





pulum dicens. Benedicat vos om-
nipotens et misericors dominus:
pater et ✠ filius: et spiritussanct⁹.
vel. In vnitate sancti spiritus be-
nedicat vos pater ✠ et filius. Rn.
Amen. ¶ Et nota q̄ quando dicit
Ite missa est / debet sacerdos et dia
con⁹ cōuerti ad populū: q̄n vero dr
Benedicamus dño. debent esse cō-
uersi versus altare. Data benedi-
ctione / inclinat se pfunde ante me
dium altaris: et iunctis manibus
dicit hanc orationem. Oratio.

Placeat tibi sancta trinitas
obsequium seruitutis mee:
et presta / vt sacrificium quod ocu-
lis tue maiestatis indignus obtu-
li: sit tibi acceptabile: mihiq; et om-
nibus pro quibus illud obtuli / sit
te miserante propitiabile. Per chri
stum dominum nostrum. Amen.
Hac oratione finita osculatur alta
re. Et erigens se / dicit Dominus
vobiscum. Rx. Et cum spiritu tuo.
Initium sancti euangelii / secun-
dum Joannem. Rx. Gloria tibi do-
mine. Qui natus est de purissima
virgine succurrat nobis hodie / et
in omni tempore.

Joā. i. A.



In principio erat
verbum. Et verbū
erat apud deum: et deus
erat verbū. Hoc erat in
principio apud deū. Om
nia per ipsum facta sūt:
et sine ipso factum est nihil. Quod
factum est in ipso vita erat: et vita
erat lux hominum. Et lux in tene-
bris lucet: et tenebre eam non com
prehenderunt. Fuit homo missus
a deo: cui nomen erat ioannes. Hic
venit in testimonium vt testimo-
nium perhiberet de lumine: vt om
nes crederent per illum. Non erat
ille lux: sed vt testimonium perhi-
beret de lumine. Erat lux vera que
illuminat omnem hominem ve-
nientem in hunc mūdum. In mū
do erat: et mundus per ipsum fa-
ctus est: et mundus eum nō cogno
uit. In propria venit / et sui eum nō
receperunt. Quotquot autem rece
perunt eum dedit eis potestatem
filios dei fieri: his qui credunt in
nomine eius. Qui non ex sangui-
nibus / neq; ex voluntate carnis /
neq; ex volūtate viri: sed ex deo na
ti sunt. (Hic genuflectitur.) Et ver
bum caro factum est: et habitauit
in nobis. Et vidimus gloriā eius:
gloriam quasi vnigeniti a patre.
Plenum gratie / et veritatis. Deo
gratias. Per hec sancta euāgelica
dicta deleantur nostra delicta. Añ.
Te inuocamus: te adoramus: te glorifica-
mus: o beata trinitas. Ps. Sit nomen do-
mini benedictum. Rx. Ex hoc nunc et vsq;
in seculum. Oremus. Oratio.

Ps. cxii.

Protector in te sperantiū de⁹
sine quo nihil est validū / ni-
hil sanctū / multiplica sup nos mi-
sericordiā tuā: vt te rectore / te duce
sic trāseamus per bona tempora-
lia / vt non amittamus eterna.

Ecclesiam tuā quesumus do
mine benignus illustra vt
beati ioannis apostoli tui et euan
geliste illuminata doctrinis ad do
na perueniat sempiterna. Per chri-
stum dominū nostrum. Rx. Amen.
Postremo vertēs se ad populū ite-
rum benedicit dicens. Oremus.
A subitanea et improuisa morte: et
a dānatiōe ppetua liberet nos pa-
ter / et filius ✠ et spūssctūs. Amē.
¶ Deinde sequuntur gratie post
missam dicēde. Añ. Trium puerorum.
Canticum. Benedicite omnia ope

Dan. iii. C.

impressum anno 1519.
vid. fol. 8 ~~[illegible]~~ vect.

¶ Missale ad usum et cõsuetudinem ecclesie Aurelianẽsis, cum multis officijs de nouo adiectis denuo diligẽter reuisum: atqꝫ in alma Parisioꝝ academia ĩpressum. additis etiam plurimis cõmoditatibus que in ceteris desiderant.



Criminis ĩ medio si qͥs natat equore forsan:
Naufragus hoc speculũ, pfugiũqꝫ petat.

¶ Ad sacerdotes exhortatio.

Qui diuina cupit summo libamina patri
Donaqꝫ sublimi mystica ferre deo.
Hec legat a tetra purgata volumina labe:
Nam prestãt faciles ad pia sacra vias.
Horum presidio mysteria sancta parabit:
Et celi domino, munera grata feret.



¶ Venale habetur in vico scriptorũ apud Petrũ Mercatoris.



Franciscus Jamet Aurelianensis.

Contenta in hoc opere.

¶ Primo. Dñicarū ac feriarum officia que cum ordinē seruent/ac per titulos satis constēt: nō opus esse duxi de his tabulam cudere.

¶ Secundo. Sanctorū atq; sanctarū officia propriū habentium: que etiam per titulos satis cōstāt

¶ Tertio sequit̃ Commune sanctorum atq; sanctaꝝ propriū non habentium. Et primo.

¶ Quarto sequunt̃ Misse votiue siue cōmunes que habentur post commune sanctorū scilicet.

¶ Finis tabule.

Dat prima vndenam iani pede septima ꝛ sextam.

Aureus nũerus.	KL			Januarius habet dies.xxxi. Luna.xxx. Nox habet horas.xvi. Dies vero.viii.	
iii	A			Circũcisio dñi.ix.lec.du.	Dies eger.
	b	iiii	no	Octa.sancti stephani.iii.lec.	
xi	c	iii	no	Octa.scti iohã.iii.lec.Genouefe du.in ec.ma.	
	d	ii	no	Octa.sanctorũ innocẽtiũ.iii.lec.	
xix	e		Nonas	Symeonis cõfes.iii.lec.	Uigilia.
viii	f	viii	id	Epiphania domini.	Festũ annuale.
	g	vii	id	Clauis.lxx.	
xvi	A	vi	id		
v	b	v	id		
	c	iiii	id	Guillermi archiepi ꝺ.Pauli primi heremite.	
xiii	d	iii	id		(meõ.tantũ.
ii	e	ii	id		
	f		Idus	Oc.epy.Hilarij epi.ix.lec.	
x	g	xix	kl	Februarij. Felicis in pincis.iii.lec.	
	A	xviii	kl	Mauri abbatis et cõfes.iii.lec.	
xviii	b	xvii	kl	Marcelli pape et mar.iii.lec.	
vii	c	xvi	kl	Antonij abbatis.iii.lec.	
	d	xv	kl	Prisce vir.iii.lec. Sol in aquario.Prima.lxx.	
xv	e	xiiii	kl	Launomari abbatis.iii.lec.	
iiii	f	xiii	kl	Fabiani et Sebastiani.mar.ix.lec.	
	g	xii	kl	Agnetis virginis.ꝛ mar.ix.lec.	
xii	A	xi	kl	Vincentij mar.ix.lec.du.	
i	b	x	kl	Emerentiane virginis.iii.lec.	
	c	ix	kl	Babile cũ tribus pueris.mar.iii.lec.	
ix	d	viii	kl	Cõuersio sancti pauli.ix.lec.	Dies eger.
	e	vii	kl	Policarpi epi et mar.ix.lec.	
xvii	f	vi	kl	Juliani epi ꝛ cõfes.iii.lec.du.in ecclia maiori.	
vi	g	vi	kl	Agnetis secundo.iii.lec.	Claues.xl.
	A	iiii	kl	Papie et Mauri mar.iii.lec.	
xiiii	b	iii	kl		
iii	c	ii	kl		

Cisi.ge.ianus epi.sibi guil.dat et hil.fe.mau.mar.sul.
Prisca.fab.ag.vincenti.paulus.iuliqꝫ batil.

In iano claris calidisqꝫ cibis potiaris.
Atqꝫ decens potus post fercula sit tibi notus.
Ledit enim medo tunc potatus vt bene credo.
Balnea tutius intres et venam findere cures.

Febrarij octavam quartā pede tertia denam.

Februarius habet dies.xxviii. Luna.xxix
Nox habet horas.xiiii. Dies vero.x.

Aureus nūerus.	KL			
	d		Brigide virginis.iii.lec. Ignatij mar.mēo.	
xi	e iiii	no	Purificatio btē marie.	Festū annuale.
xix	f iii	no	Flosculi epi ₇ cōfes.ix.lec. Blasij mar.mēo.	
viii	g ii	no	Philee ₇ Philoromi.mēo.	Dies eger.
	A	Nonas	Agathe vir.et mar.ix.lec.	
xvi	b viii	id		
v	c vii	id	Sancte helene.ix.lec.in maiori ecclesia.	
	d vi	id		Prima.xi.
xiii	e v	id		
ii	f iiii	id	Scolastice vir.iii.lec.nisi.lxx.evenerit.	
	g iii	id	Severini abbatis.iii.lec.nisi.lxx.evenerit.	
x	A ii	id		
	b	Idus		
xviii	c xvi	kl	Marcij. Valentini martyris.	
vii	d xv	kl		Sol in piscibus.
	e xiiii	kl	Iuliane virginis ₇ mar.iii.lec.nisi.lxx.evenerit	
xv	f xiii	kl		
iiii	g xii	kl		
	A xi	kl		
xii	b x	kl		
i	c ix	kl		Ultima.lxx.
	d viii	kl	Cathedra sancti petri.ix.lec.	Ver oritur.
ix	e vii	kl		
	f vi	kl	Mathie apli du.	Locus bisexti.
xvii	g v	kl		
vi	A iiii	kl		
	b iii	kl		Dies eger.
xiiii	c ii	kl		

Bri.pur.blasus agath.febro scolastica valent.
Iuli.coniunge tu petrum mathiam inde.

Nascitur occulta febris tibi februa multa.
Potibus ac escis: minui: si tunc bene nescis.
Frigus et horrorem fuge pollice funde cruorem.
Suge favum mellis: quo morbum pectore pellis.

Aureus nūerus.	KL			Martius habet dies.xxxi. Luna vero.xxx. Nox habet horas.xii. dies vero.xii.	
iii	d			Albini epi et confessoris mēo.	Dies eger
	e	vi	no		
xi	f	v	no		
	g	iiii	no		
xix	A	iii	no		
viii	b	ii	no		
	c		Nonas		
xvi	d	viii	id	Post martis nonas vbi noua luna requiras	
v	e	vii	id	Inde dies domini tertia pascha fiet.	
	f	vi	id		
xiii	g	v	id		Claues pasche.
ii	A	iiii	id	Gregorij pape et cōfessoris.ix.lec.du.	
	b	iii	id		
x	c	ii	id		Ultima quadragesime.
	d		Idus		
xviii	e	xvii	kl	Aprilis.	
vii	f	xvi	kl		
	g	xv	kl	Sol in ariete	
xv	A	xiiii	kl		
iiii	b	xiii	kl		
	c	xii	kl	Benedicti ab.ix.lec.	Equinoctiū vernale.
xii	d	xi	kl	Sedes epactarum.	Primum pascha.
i	e	x	kl		
	f	ix	kl		Locus concurrentium.
ix	g	viii	kl	Annunciatio domini.ix.lec.du.	
	A	vii	kl		
xvii	b	vi	kl	Resurrectio domini.	Festum annuale.
vi	c	v	kl		Dies eger.
	d	iiii	kl		
xiiii	e	iii	kl		
iii	f	ii	kl		

Albine suscipe tho. decoratus gregoriano.
Gertrud alba bene iuncta maria genitrice.

Martius humores gignit: variosqꝫ dolores.
Sume cibum pure: cocturas si placet vre.
Balnea sunt sana: sed queqꝫ superflua vana.
Uena nec abdenda: nec potio sit tribuenda.

Aureus nũerus.	KL			Apꝛilis habet dies.xxx. Luna vero.xxix. Nox habet hoꝛas.x. dies vero.xiiii.
	g			
xi	A	iiii	no	
	b	iii	no	Ambꝛosij epi et confessoꝛis.ix.lec.du.
xix	c	ii	no	
viii	d		Nonas	
xvi	e	viii	id	
v	f	vii	id	
	g	vi	id	
xiii	A	v	id	
ii	b	iiii	id	Dies eger.
	c	iii	id	Ultima incensio lune paschalis.
x	d	ii	id	
	e		Idus	
xviii	f	xviii	kl	Maij. Tiburcij et valeriani mar.iii.lec.
vii	g	xvii	kl	Claues rogationum.
	A	xvi	kl	
xv	b	xv	kl	Sol in tauro.
iiii	c	xiiii	kl	
	d	xiii	kl	
xii	e	xii	kl	Dies eger.
i	f	xi	kl	
	g	x	kl	
ix	A	ix	kl	Geoꝛgij martyꝛis.iii.lec. Te deum.
	b	viii	kl	
xvii	c	vii	kl	Marci euangeli.iii.lec.du. Ultimum pascha.
vi	d	vi	kl	Pꝛime rogationes.
	e	v	kl	
xiiii	f	iiii	kl	Uitalis martyꝛis.iii.lec.
iii	g	iii	kl	Petri mar. de oꝛdine pꝛedi.iii.lec. Te deum.
	A	ii	kl	(Cla. penthecostes.

Apꝛil in ambꝛosij festis ouat atqꝫ tyburti
Adduntur sancti.di.geoꝛ.marcusqꝫ vi pe.trop.

Hic pꝛobat in vere vires apꝛilis habere
Cuncta renascuntur poꝛi tunc aperiuntur
In quo scalpescit coꝛpus sanguis quoqꝫ crescit.
Ergo soluatur venter cruoꝛqꝫ minuatur

Aureus nũerus.	KL		Maius habet dies.xxxi. Luna vero.xxx. Nox habet horas. viii. dies vero.xvi
xi	b	no	Philippi et iacobi apłorũ.iii.lec.du.
	c vi	no	Alexandri euentij & theodori mar.iii.lec.
xix	d v	no	Inuẽtio sctẽ crucis fe.ãnuale & du. Dies eger.
viii	e iiii	no	Quiriaci epi et martyris.iii.lec.
	f iii	no	
xvi	g ii	no	Johannis ante portã latinã memoria tantũ.
v	A	Nonas	
	b viii	id	Liberatio aurelianensis.
xiii	c vii	id	
ii	d vi	id	Octa.sancte cru.Gordiani & epimachi mẽo.
	e v	id	Mamerti epi. Primũ pen.
x	f iiii	id	Nerei achilei et pancratij mar.iii.lec.
	g iii	id	
xviii	A ii	id	
vii	b	Idus	
	c xvii	kl	Junij.
xv	d xvi	kl	
iiii	e xv	kl	Sol in geminis.
	f xiiii	kl	Juonis confesso.ix.lec.du.in maiori eccłia.
xii	g xiii	kl	
i	A xii	kl	Constantini confes.ix.lec.du.in eadẽ eccłia.
	b xi	kl	
ix	c x	kl	
	d ix	kl	Donatiani et rogatiani mar.iii.lec.
xvii	e viii	kl	Urbani pape et mar.iii.lec. Estas oritur.
vi	f vii	kl	
	g vi	kl	
xiiii	A v	kl	Caranni martyris.iii.lec
iii	b iiii	kl	
	c iii	kl	Ultime rogationes.
xi	d ii	kl	Petronille virginis et non mar.iii.lec.

Philip.crux iungit iohan.et nicol hinc superaddit.
Honor et yuo cadunt sed et urbanus ger.habet can.

Maio secure laxari sit tibi cure
Scindatur vena sed balnea dentur amena
Cum calidis rebus sint fercula seu speciebus.
Potibus astricta sit saluia cum benedicta.

In decimo ſextam iunij quindenaq; quartā.

Aureus nūerus	Kl			Junius habet dies .xxx. Luna vero .xxix. Nox habet horas .vj. dies vero .xviii.
	e			Nichomedis martyris .iij. lec.
xix	f	iiij	no	Marcelli et petri mar. .iij. lec
viii	g	iii	no	Liphardi presbiteri et confeſ. .iii. lec. ſi poſt oct.
xvi	A	ij	no	(penthe. eueñ. .ix. lec.
v	b		Nonas	
	c	viii	id	
xiii	d	vii	id	
ii	e	vi	id	
	f	vi	id	Primi et feliciani mar. .iii. lec.
x	g	iiii	id	Dies egyptiacus.
	A	iii	id	Barnabe apl̄i. .ix. lec. duplex.
xviii	b	ii	id	Euurcij epi aurelianeñ. .ix. l. Te deū. Baſilidis
vii	c		Jdus	Ultimū penthe. (cirini naboris m̄. me.
	d	xviii	kl	Julij. Tranſlatio ſcti aniani epi aurelianeñ.
xv	e	xvii	kl	Dies egyptiacus. (ix. lec. Te deū.
iiii	f	xvi	kl	Cirici et iulite martyrum .iii. lec.
	g	xv	kl	Auiti abba. et cōfeſ. .ix. lec. Sol in cancro.
xii	A	xiiii	kl	Marci et marcelliani mar. .iii. lec.
i	b	xiii	kl	Geruaſij et prothaſij mar. .iii. lec.
	c	xii	kl	Solſticium eſtiuale.
ix	d	xi	kl	
	e	x	kl	Albani martyris .iii. lec.
xvii	f	ix	kl	Uigilia .iii. lec.
vi	g	viii	kl	Natiuitas ſcti iohānis bap.
	A	vii	kl	Gallicani martyris .iii. lec.
xiiii	b	vi	kl	Johannis et pauli mar. .iii. lec.
iii	c	v	kl	Octa. ſancti iohannis .iii. lec.
	d	iiii	kl	Leonis pape mēo. tantū. Uigilia.
xi	e	iii	kl	Apoſtolorum petri et pauli. Duplex.
	f	ii	kl	Cōmemoratio ſcti pauli apl̄i. .ix. lec. Marcialis epiſcopi mēo.

Nich. marcel. iunioq; medard. et barnabas aſtat.
Fer. quoq; geruaſi cito iohannes viſi. pe. paul.

Potio que gentes turbat (ceu medo) bibentes.
Junius vt ſuadet fugitur tibi: te quia tardet.
Ne noceat colera valet iſta refectio vera.
Lactuce frondes ede: ieiunus bibe fontes.

Aureus nūerus	KL		Julius habet dies. xxxi. Luna vero. xxx. Nox habet horas. viii. dies vero. xvi.
xix	g		
viii	A vi	no	Processi et martiniani mar. iii. lec. Eadē die Visitatio btē marie virginis.
	b v	no	
xvi	c iiii	no	Translatio martini epi. iii. lec. Te deū.
v	d iii	no	
	e ii	no	Octaue apostolorum. iii. lec
xiii	f	Nonas	
ii	g viii	id	Priscille et Aquile mar. iii. lec.
	A vii	id	Effrem confes. iii. lec.
x	b vi	id	Septem fratrum. iii. lec.
	c v	id	Transla. scti benedicti ab. iii. lec. Te deū.
xviii	d iiii	id	
vii	e iii	id	Dies egyptiacus.
	f ii	id	Dies caniculares hic incipiunt
xv	g	Idus	Diuisio apl'orū ad predicādū. iii. lec.
iiii	A xvii		Augusti
	b xvi	kl	
xii	c xv.	kl	Arnulphi epi ꝛ mar. iii. lec.
i	d xiiii	kl	Arsenij abba et confes. iii. lec. Sol in leone.
	e xiii	kl	Euspicij abba. et cōfes. iii. lec.
ix	f xii	kl	Victoris so. eius mar. ix. lec. Praxedis virginis.
	g xi	kl	Marie magdalene. ix. lec. du. Dies eger.
xvii	A x	kl	Appollinaris epi et mar. iii. lec.
vi	b ix	kl	Christine virginis et mar. iii. lec
	c viii	kl	Jacobi apli ꝛ christofori mar. ix. lec. du.
xiiii	d vii	kl	Anne matris marie. ix. lec. duplex.
iii	e vi	kl	Panthaleonis mar. iii. lec.
	f v	kl	Sansonis epi et confessoris. ix. lec.
xi	g iiii	kl	Felicis simpli. ꝛ bea. iii. l. Marthe. du. i ma. ec.
xix	A iii	kl	Abdō et sennes mar. iii. lec.
	b ii	kl	Germani epi et confessoris. ix. lec.

Jul sibi martinus capit atqꝫ be. dat turianus
Sic arnul. marga. magdale. iacobus annaqꝫ ger.

Cui vis solamen suades iuli medicamen
Venam non scindat: nec ventrem potio ledat
Somnum compescat: et balnea cuncta pauescat
Sitqꝫ recens vnda simul allia: saluia munda.

Aureus nūerus.	KL			Augustus habet dies.xxx. Luna vero.xxx. Nox habet horas.xiiii. dies vero.x.	
viii	c			Petri ad vincula.ix.lec. Machabeorū mēo.	
xvi	d	iiii	no	Stephani pape et mar.iii.lec.	
v	e	iii	no	Inuentio sancti Stephani so.eiꝰ.ix.lec.	
	f	ii	no	Terculinij mar.iii.lec.	
xiii	g		Nonas	Affre martyris.iii.lec.	
ii	A	viii	id	Trāsfi.dn̄i d.i nia.ecclia.eodē die Sixti felicissi	
	b	vii	id	Donati epi ⁊ mar.iii.lec. (mi ⁊ agapiti m̄.iii.lec	
x	c	vi	id	Cyriaci sociorūq; eius. iii.lec.	
	d	v	id	Romani martyris.mēo.	Uigilia
xviii	e	iiii	id	Laurentij martyris.	
vii	f	iii	id	Tiburcij martyris.iii.lec.	
	g	ii	id	Restitutio normanie.	
xv	A		Idus	Ipoliti sociorumq; eius.ix.lec.	
iiii	b	xix	kl	Septēbris. Eusebij cōfes.mēoria tātū.	Uigilia
	c	xviii	kl	Assumptio beate marie.	Annuale.
xii	d	xvii	kl		
i	e	xvi	kl	Octa.sancti laurentij.mēo tantū.	
	f	xv	kl	Agapiti mar.mēo.	Sol in virgine.
ix	g	xiiii	kl	Apparitio sancte crucis.iii.lec.duplex.	
	A	xiii	kl		
xvii	b	xii	kl	Priuati epi et martyris mēo.	
vi	c	xi	kl	Octa.btē marie. Timothei ⁊ siphoriani.mar.	
	d	x	kl	Autumnus oritur.	(ix.lec.
xiiii	e	ix	kl	Bartholomei apli.ix.lec.duplex.	
iii	f	viii	kl	Ludouici ↄfes.frācor regis.ix.lec.Genesij.mar	
	g	vii	kl	Herenei ⁊ habundi mar.iii.lec.	(mēo.
xi	A	vi	kl	Sulpicij epi et cōfessoris iii.lec.	
xix	b	v	kl	Augustini epi du. Hermetis martyris mēo.	
	c	iiii	kl	Decolla scti iohānis bap. Sabine virgi.ix.lec.	
viii	d	iii	kl	Felicis et adaucti mar.iii.lec.	Dies eger.
	e	ii	kl		

Pe.ste.steph.augustus habet cū lau.coro.ipol.
Sumptio.sancta subit.timo.bar.ludo.dant.au.de.fiac.

Quisquis sub augusto viuat medicamine iusto
Raro dormitet estum coitum quoq; vitet
Balnea non curet nec multum comestio duret
Nemo laxari debet vel fleubothomari

Tertia septembris parilem decima pede quartam.

Aureus nũerus.	KL		September habet dies.xxx. Luna.xxx. Nox habet horas.xij.dies vero.xij.	
xvi	f		Egidii abbatis.du. Prisci martyris mẽo.	
v	g iiii	no	Lupi epi et confessoris.ix.lec.	
	A iii	no		Dies eger.
xiii	b ii	no	Marcelli mar.iii.lec.	
ii	c	Nonas		Dies caniculares hic finiunt.
	d viii	id		
x	e vii	id	Euurcij aurelianen.epi.et confessoris.ix.lec	
	f vi	id	Natiuitas btẽ marie virginis.	Annuale.
xviii	g v	id	Gorgonij mar.mẽo tantum.	
vii	A iiii	id		
	b iii	id	Prothi et iacincti mar.mẽo.	
xv	c ii	id		
iiii	d	Idus	Octa.btẽ marie virginis.ix.lec.per dyoce.	
	e xviii	kl	Octobris. Exaltatio sancte crucis.du.	
xii	f xvii	kl	Cornelij et Cipriani.ix.lec. Nichomedis martyris mẽo.	
i	g xvi	kl		
	A xv	kl		Sol in libra.
ix	b xiiii	kl		
	c xiii	kl		
xvii	d xii	kl	Octa.sctẽ cru.ix.lec. Vigilia.	Equinoctiũ.autũ.
vi	e xi	kl	Mathei apostoli et euangeli.du.	Dies eger.
	f x	kl	Mauricij mar.so.eius.ix.lec.du.	
xiiii	g ix	kl		
iii	A viii	kl		
	b vii	kl	Firmini epi et mar. Et per dyoce.iii.lec	
xi	c vi	kl	Ciptiani et iustine mar.iii.lec.	
xix	d v	kl	Cosme et damiani mar.iii.lec.	
	e iiii	kl		
viii	f iii	kl	Michaelis archangeli.ix.lec.du.	
	g ii	kl	Hieronymi pſbi.et confes.ix.lec.duplex.	

Egi di september dat nati.virginis et crux.
Post hec audomarus matheusq; fir.et dami.mich hie.

Fructus maturi septembris sunt vallituri.
Et pira cum vino panis cum lacte caprino
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica
Tunc venam pandas species cum semine mandas.

Tertius octobris quinta decimus pede nonam

Aureus nũerus.	Kl			October habet dies.xxxi. Luna vero.xxx. Nox habet horas:xiiii.dies vero.x.	
xvi	A			Remigij epi.ix.l. Germani ⁊ vedasti epoꝝ ꝯfes.	
v	b	vi	no	Leodegarij martyris.iii.lec.	
xiii	c	v	no		Dies eger.
ii	d	iiii	no	Francisci confessoris.ix.lec.duplex.	
	e	iii	no		
x	f	ii	no	Fidis virginis et martyris.iii.lec.	
	g		Nonas	Sergij et Bachi martyris.iii.lec.	
xviii	A	viii	id		
vii	b	vii	id	Dyonisij sociorũqꝫ eius mar.ix.lec.du.	
	c	vi	id		
xv	d	v	id		
iiii	e	iiii	id		
	f	iii	id	Transla.sācti mamerti epi.du. Et ꝑ dyoce.ix.l.	
xii	g	ii	id		
i	A		Idus		
	b	xvii	kl	Novembris. Octa.scti dyonisij.iii.lec.	
ix	c	xvi	kl		
	d	xv	kl	Luce euangeliste du.	Sol in scorpione.
xvii	e	xiiii	kl	Verani epi et confesso.ix.lec.	
vi	f	xiii	kl	Sauiniani et Potentiani mar.ix.lec.	
	g	xii	kl	Hylarionis confessoris.iii.lec.	
xiiii	A	xi	kl		Dies eger.
iii	b	x	kl	Dorothei et severi mar.du.Et ꝑ dyoce.ix.lec.	
	c	ix	kl		
xi	d	viii	kl	Crispini et Crispiniani mar.du.⁊ ꝑ dioce.ix.lec.	
xix	e	vii	kl		
	f	vi	kl		Vigilia.
viii	g	v	kl	Symonis et iude apłoꝝ.ix.lec.du.	
	A	iiii	kl		
xvi	b	iii	kl		
v	c	ii	kl	Quintini mar.iii.lec.	Vigilia.

Remigat october marcum di.vult quoqꝫ geral.
Cum luci lucas abit melonus crepit et symon et quin.

October vina prebet cum carne ferina.
Necnon aucina caro tunc valet vt volucrina.
Quamuis sit sana:tamen ipsa repletio vana.
Quantum vis comede:sed non precordia lede.

Octauam quinta noni pede tertia sextam.

Aureus nūerus.	KL		Nouember habet dies.xxx. Luna.xxx. Nox habet horas.xvi.dies.viii.	
	d		Omnium sanctorū.	Festū annuale.
xiii	e iiii	no	Cōmemoratio aiarū fidelium.ix.lec.	
ii	f iii	no		
	g ii	no		
x	A	Nonas		Dies egyptiacus.
	b viii	id		
xviii	c vii	id		
vii	d vj	id	Octa.oim.sctorū.ix.lec.Quatuor coronatorū.	
	e v	id	Theodori martyris.iii.lec.	
xv	f iiii	id	Verani epi cōf.ix.l.Monitoris epi ꝛ conf.mēo.	
iiii	g iii	id	Martini epi et confessoris du. Mēne mar.mēo.	
	A ii	id		
xii	b	Idus	Bricij epi et confessoris.ix.lec.	
i	c xviii		Decēbris. Transla.scti mamerti epi ꝛ cōfes.du.	
	d xvii	kl	(in maiori eccl'ia.	
ix	e xvi	kl	Octa.sancti martini.iii.lec.	
	f xv	kl	Aniani au.epi et du.	Sol in sagitario.
xvii	g xiiii	kl	Maudeti abbatis.ix lec.in maiori ecclesia.	
vi	A xiii	kl		
	b xii	kl		
xiiii	c xi	kl	Presentatio virginis marie du.magnū.	
iii	d x	kl	Cecilie virginis.et mar.ix.lec.	
	e ix	kl	Clementis pape.ix.lec.	Hyems oritur.
xi	f viii	kl	Grisogoni mar.mēo.Octa.Aniani.	
xix	g vii	kl	Katherine vir.et mar.du.	Petri alexan=
	A vi	kl	Lini pape et mar.iii.lec.	(drini martyris.
viii	b v	kl	Vitalis et agricole mar.iii.l.	Primus aduetus.
	c iiii	kl		Dies egyptiacus.
xvi	d iii	kl	Saturnini mar.mēo.	Vigilia.iii.lec.
x	e ii	kl	Andree apostoli.duplex.	

Sanct.mor.marcellus venit et matu.mar.quoqꝫ tinus.
Currit et elizabet.clemens kathe.sequitur dre.

Vis sanus fieri: curetur reuma nouembri.
Quodqꝫ nocens vita: tua sit dieta seruata.
Balnea cum venere tunc nulli prosit habere.
Potio tunc sana: nec iusta minutio vana.

Aureus nũerus.	KL		December habet dies.xxxi. Luna vero.xxx. Nox habet horas.xviii. Dies.vi.	
xiii	f		Eligij confes.ix.lec. Crisanti et darij mẽo.	
ii	g	iiii no		Ultimus aduentus.
	A	iii no		
x	b	ii no	Translatio sancti benedicti.ix.lec.	
	c	Nonas		
xviii	d	viii id	Nicholai epi et confessoris.du.	
vii	e	vii id	Octa.sancti andree.mẽo.	Dies eger.
	f	vi id	Cõceptio btẽ ma.annuale et du.per dyoce.	
xv	g	v id		
iiii	A	iiii id	Eulalie virginis memoria tantũ.	
	b	iii id	Gentiani victoris et Fusciani mar.mẽo.	
xii	c	ii id		
i	d	Idus	Lucie virginis et mar.ix.lec.	
	e	xix kl	Januarij. Nicasij so.eius.du.in maiori eccl'ia.	
ix	f	xviii kl	Maximini abbatis.ix.lec.	O sapientia.
	g	xvii kl		
xvii	A	xvi kl	Lazarij epi et martyris.	
vi	b	xv kl		Sol in capricorno.
	c	xiiii kl		
xiii	d	xiii kl		
iii	e	xii kl	Thome apli.ix.lec.du.	Solsticiũ hy. Dies egyptiacus.
	f	xi kl		
xi	g	x kl		
xix	A	ix kl	Uigilia.iii.lec.quere ante natiuitatẽ.	
	b	viii kl	Natiuitas domini.	Festũ annuale.
viii	c	vii kl	Stephani prothomar.ix.lec.	
	d	vi kl	Johannis euãgeliste.ix.lec.	
xvi	e	v kl	Sanctorũ innocentiũ.ix.lec.	
v	f	iiii kl	Thome archiepi et confes.ix.lec.	
	g	iii kl		
xiii	A	ii kl	Siluestri pres. & Colũbe vir.iii.lec.in sctõrali.	

Eligi barba.nicol.conceptus sancta lucia.
Postulat inde thomas sibi na t.steph.io.pueri sil.

Sane sunt membris calide res mense decembris.
Frigus vitetur:capitalis vena secetur.
Lotio sit vana nec plurima potio sana.
Sit tepidus potus:nam frigus abhorreo totus.

Rota littere dñical. Rota nũeri aurei.





¶ Ad inueniendum litteram dominicalem hanc nota regulam. Ultra millenarios et centenarios recipe residuos dñi incarnationis annos: et incipe numerare. i.ij.iij.&c. immediate post crucem vsq; ad annũ currẽtem: vel alias quemcunq; tibi placentẽ. Et quã litteram sub isto anno inuenies: eandem dominicalẽ non dubites

¶ Ad inueniẽdum aureũ numerũ. Ultra millenarios et centenarios accipe residuos dñi incarnationis annos et incipe numerare i.ij.iij.&c. immediate post crucem vsq; ad annum currentẽ: vel alias quemcunq; tibi placentem. Et quem numerum sub isto anno inuenies eundem aureum numerũ esse non dubites.

¶ Nota istam collectam ad inueniendum septuagesimam: et per consequens alia festa mobilia perpetuis temporibus.

i ij iij iiij v vj vij viij ix
Domine deus infunde nobis dona gratie beati apostoli iacobi.
x xj xij xiij xiiij xv xvj xvij xviij xix
pijs meritis reple tuos famulos bonis qui subdis colla gentium.

¶ Nota ꝙ quelibet dictio istius collecte tenet vnum annũ: et quot sunt littere in qualibet dictione: tot sunt septimane a die dominica sequente diem natalis domini vsq; ad .lxx. et numerus desuper est aureus numerus. Cum autem perfeceris reincipe. Domine deus. Et hoc anno presenti. M.ccccc.xix. aureus numerus est .xix. sequenti anno erit .j. et sic consequenter. ¶ Et nota ꝙ inter .lxx. et primam dominicã quadragesime sunt tres ebdomade. Et inter primã dominicã quadragesime & diem pasche sunt .vj. ebdomade. Et a pascha vsq; rogationes sunt dies xxxvj. Et a rogationibus vsq; ad ascensionem sunt dies .iiij. Et ab ascẽsione vsq; ad pẽthecostẽ sunt dies decẽ. Et dominica post: est festum trinitatis. Et feria quinta post: festum corporis christi. Et ita calculando omnia festa mobilia patebunt.

Speculũ sacerdotũ missam celebrare volentiũ. Primo ante missã habẽda sunt tria. Intẽtionis discussio. Gñalis cõtritio. Et pura cõfessio. Intẽtiõis discussio. Ne pp̃ter vanam gloriã celebret. Ne pp̃ter alicuius psone fauorẽ. Ne pp̃ter lucrũ tẽporale. Ne propter cõsuetudinẽ. Gñalis ꝯtritio. De omissis que facere debuit. Et de commissis corde ꝫ opere. Pura confessio. Notabiliũ criminũ notorũ et ignotorũ. In missa sit. Diligens circa locũ: id est vt recipere possit vtrũqꝫ. Diligentior circa calicẽ: ne sit fractus vel reparatus. Diligentissimꝰ circa materiã: ne hostia sit corrupta: vinum acetosum: aut desit aqua. In canone sit diligentia. Magna in signis / vt diligẽter faciat. Maior in verbis. vt veraciter dicat. Maxima i intentione / vt firma fide cõsecrare intẽdat. In cõsecratiõe habeat diligentiã ad cõficiendũ corpus christi. Reuerẽtiã ad tangẽdũ corpus christi. Deuotionẽ ad sumendum corpus christi. In tangendo corpus christi sit reuerentia. Magna propter cõtinentiã tam excelentis corporis christi. Maior propter cõtinentiã tam excellẽtis aĩe christi. Maxima pp̃ter cõtinẽtiã tam excellẽtis diuinitatis christi. Quid in consecrando intendit facere. Deum per lachrymas colere. Mortẽ christi memorare. Totam ecclesiam adunare. Quid in consecrando intendit consequi. Augmẽtum dilectionis. In separabilitatẽ vnionis. Acceleratio- nem fruitionis. Sit humilis oratio in primo et in secundo memento. Ne tam idignus minister indigne recipiat / tam dignissimũ mysterium. Ne tam indeuotus presbyter tã iustissimũ iudicẽ flectat in suum iudiciũ. Ne tam immundus hospes / tam excellẽtissimum hospitẽ a se repellat fetore criminũ. Et vt eũ dñs piissimus participem faciat electorꝫ sacerdotum. In primo memẽto pro se et pro viuis oret. Ut sint participes tanti mysterij. Auditores abiles missarum beneficij. Contemptores humiles vanitatum mũdi. Satisfactores stabiles defectus proprij. Et sectatores vigiles diuini beneficij. In secũdo memento pro defunctis oret. Ut per suauissimũ mysteriũ habeant cõtinuũ subsidiũ. Ut per preces ecclesie fideliũ / habeant suaue a penis refrigerium. Ut per hoc nostrum diuinũ viaticũ habeant securũ reditũ ad sctõrũ ꝯsortiũ. Post missã sit summa gratiarũ actio. De tanto pane suauissimo angelorum creatore creaturarũ recepto. De tanto cibo perpetuo oim sanctorũ creatore creaturarũ recepto. De tanto viatico proficuo christi electorũ creatore creaturarũ recepto.

Debita humana bene instituẽda

Mane deo vitam commendat vir bonus omnem.

Predicet et laudes gratus vbiqꝫ deo.

Nocte memor culpe: relegẽsqꝫ errata diurna.

Peniteat: veniam postulat: inde cubat.



¶ Missale ad consuetudinē dioce
sis Aurelianēsis Et primo. ¶ Do
minica prima aduentus domini.
Ad magnā missam. Introitus.

AD te leuaui ani
mam meā / de⁹
meus in te con=
fido non erube
scam. neq̃ irri=
deāt me ĩimici
mei: eteni͂ vni=
uersi qui te expectant non confun
dentur. ps. Vias tuas dn̄e demonstra
michi: et semitas tuas edoce me. Gloria
patri. ¶ Nota q̄ nō dicitur Gloria
in excelsis. per totū aduētum / nisi
in festis. ix. lectionum. Oratio.

EXcita q̄s dn̄e potētiā tuam
et veni: vt ab imminētibus
peccatorū nostrorum periculis. te
mereamur protegente eripi: te li=
berante saluari. Qui viuis ꝛ reg.
Lectio epistole beati Pauli apo=
stoli: Ad Romanos. xiij. cap.

FRatres. Sciētes quia ho=
ra est: iā nos de somno sur
gere. Nūc autē propior est nostra
salus: quā cum credidimus. Nox



precessit: dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis sic vt in die honeste ambulemus. Non in cõmessatiõibus et ebrietatibus: nõ in cubilibus et impudicicijs. non in cõtentione et emulatione. Sed induimini: dñm nostrũ iesum christũ. ℟. Uniuersi q̃ te expectant non cõfundentur dñe. ℣. Uias tuas domine notas fac michi: et semitas tuas edoce me. Alleluya. ℣. Ostẽde nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Prosa.

Salus eterna indeficiẽs mũdi vita. Lux sempiterna et redẽptio vere nostra. Condolens humana perire secla: per tentantis numina. Non linquens excelsa adisti ima: propria clementia. Mox tua spõtanea gratia: assumens humana. Que fuerãt perdita: omnia saluasti terrea. Ferens mundo gaudia. Tu animas et corpa nostra christe expia. Ut possideas lucida: nosmet habitacula. Aduentu primo iustifica. In secũdo nosq3 libera. Ut cũ facta luce magna: iudicabis oĩa. Compti stola icorrupta nosmet tua subsequamur mox vestigia: quocũq3 visa. Scd̃m matheũ. xxj.



In illo tẽpore. Cũ appropiquasset iesus hierosolymis / et venisset bethphage ad mõtem oliueti: tunc misit duos discipulos suos dicens eis. Ite in castellũ quod cõtra vos est: et statim inuenietis asinã alligatã: et pullũ cũ ea. Soluite: et adducite mihi. Et si q̃s vobis aliq̃d dixerit / dicite quia dñs his opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc autẽ totũ factũ est / vt adĩpleretur quod dictũ est per prophetam dicentẽ. Dicite filie syon: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens sup asinam et pullũ filium subiugalis. Euntes autẽ discipuli: fecerũt sicut preceperat illis iesus. Et adduxerũt asinam et pullum: et imposuerũt sup eos vestimenta sua: et eum desup sedere fecerunt. Plurima autẽ turba: strauerunt vestimẽta sua in via. Alij autem cedebãt ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe autẽ que precedebãt et que sequebantur: clamabãt dicẽtes. Osanna filio dauid: bñdictus qui venit in noĩe dñi. Credo. Et dicit oĩbus diebus dñicis de quocũq3 fiat missa: pterq3 de defunctis. Offr.

Ad te domine leuaui animã meã: deus meus in te cõfido non erubescã. neq3 irrideant me inimici mei: eteni vniuersi q̃ te expectãt non cõfundẽtur. Secreta.

Hec sacra nos dñe q̃sumus potenti virtute mundatos ad suum faciant puriores venire principiũ. P. Prefatio cõis. Cõio.

Dominus dabit benignitatẽ: et terra nostra dabit fructũ suum. Postcõio.

Suscipiamus dñe misericordiam tuã in medio tẽpli tui et reparationis nostre ventura sollennia: cõgruis honoribus precedamus. Per dñm nostrum iesum christũ filiũ tuũ. ¶ Feria. ij. et. iiij. omnia vt s: excepto q non dicitur

Prosa / nec Credo. ¶ Feria.iiij. Lectio ysaie prophete. xxviij.

HEc dicit dñs. Ecce mittam in fundamentis syon lapidem probatum: angularē preciosum: in fundamento fundatū. Et oīs q̄ crediderit in eū: nō cōturbabitur. Festinet vt ponat iudicium in pondere: et iustitiā in mensura Et subuertet grando spem mendacij: et in protectione aquarū inundabūt. Hoc eni a dño deo exercituum vt mirabile faceret iudicium: et magnificaret iustitiam. Propterea expectat dñs vt misereatur nostri: et ideo exaltabitur parcens nobis. Quia deus iudicij dominus: beati omnes qui expectant eum. Scdm Matheū. xiij.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate et orate qa nescitis quādo tēpus sit. Sicut homo peregre proficiscēs. relinquēs domū suā: ꝛ dans potestatem cuiusqꝫ operis: ꝛ ianitores precepit vigilare: vigilate nescitis autē quādo dñs dom⁹ veniat. Sero / an media nocte / an gallicātu / an mane. Ne cū venerit repente: iueniat vos dormiētes. Quod autē vobis dico. oībus dico: vigilate. ¶ Feria.v. oīa vt i dñica precedēti: excepto q̄ non dicit Prosa nec Credo. ¶ Feria.vj. Lectio epistole beati iacobi apostoli. v.

CArissimi. Paciētes estote: vsqꝫ ad aduētum dñi. Ecce agricola expectat preciosum fructū terre patienter ferēs donec accipiat tēporaneū ꝛ serotinū. Patientes igit estote ꝛ vos: ꝛ ↄfirmate corda vestra quoniā aduētus dñi appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrū: vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam expectat. Exēplū accipite fratres laboris et patiētie prophetarum: qui locuti sunt in noīe domini nostri iesu christi.

Secundum Matheum. iij.

IN illo tēpore. Uenit iohannes baptista predicās in deserto iudee: et dicens. Penitentiā agite: appropinquabit eni regnū celorum. Hic est eni qui dictus est per ysaiam prophetam dicentem Uox clamantis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas eius. Ipse autē iohānes habebat vestimentū de pilis camelorū: et zonā pelliceā sup lūbos ei⁹. Esca autem eius erat locusta: et mel siluestre. Tūc exibat ad eum hierosolyma et oīs iudea: ꝛ oīs regio circa iordanē / ꝛ baptizabātur ab eo in iordane: confitētes peccata sua. ¶ Sabbato missa de beata maria virgine introitus. Rorate celi desuper. ℞. Quere infra in missis cōmunibus. ¶ Dominica secunda aduentus. Introitus.

POpulus syon ecce dominus veniet ad saluādas gētes ꝛ auditā faciet dñs gloriā vocis sue i letitia cordis vestri. ps. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. Glia pa. Oro

EXcita q̄s domine corda nostra ad preparādas vnigeniti tui vias: vt per ei⁹ aduētū purificatis tibi mētibus seruire mereamur. Qui. Lectio epistole beati pauli apli ad Romanos. xv.

Fratres. Quecu̅q3 scripta sunt / ad nostra̅ doctrina̅ scripta sunt. vt per patie̅tia̅ et ɔso latione̅ scripturaru̅ / spem habeamus. Deus aute̅ patie̅tie ⁊ solatij det vobis idipsum sapere in alterutru̅ scd̅m iesu̅ christu̅: vt vnanimes vno ore honorificetis deu̅: et patre̅ dn̅i nr̅i iesu christi. Propter qd̅ suscipite inuice̅: sicut ⁊ christus suscepit vos in honore̅ dei. Dico eni̅ iesum christu̅ ministru̅ fuisse circu̅cisiõis ꝓpter vitate̅ dei: ad ɔfirma̅das ꝓmissiões patru̅. Gentes aute̅ sup mi̅a honorare deu̅: sicut scriptu̅ est. Propterea confitebor tibi in ge̅tibus dn̅e: ⁊ noi̅ tuo ca̅tabo. Et iter̃ dicit. Letamini ge̅tes cu̅ plebe eius. Et iteru̅. Laudate oe̅s ge̅tes dn̅m: ⁊ magnificate eu̅ oe̅s populi. Et rursum ysaias ait. Erit radix iesse et q̄ exurget regere ge̅tes: in ipsu̅ ge̅tes sperabunt. Deus aute̅ spei repleat vos oi̅ gaudio ⁊ pace in crede̅do: vt habundetis in spe: ⁊ virtute sp̅us sancti. R.

Ex syon species decoris eius deus manifeste veniet. V. Co̅gregate illi sanctos eius q̄ ordinauerũt testame̅tu̅ eius sup sacrificia. Alla. V. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domu̅ dn̅i ibimus. V. Sta̅tes era̅t pedes nostri in atrijs tuis hirl̅m. Isti duo V. dicunt per ebdomadam alternatim. Prosa.

Regna̅tem sempiterna per secla susceptura. Concio deuote co̅crepa. Diuino sono factori reddendo debita. Que̅ iubila̅t agmina celica eius vultu exhylarata. Que̅ expecta̅t oi̅a terrea eius nutu examina̅da. Districtu̅ ad iudicia. Clemente̅ in pote̅tia. Tua nos salua xp̅e cleme̅tia propter quos passus est dira. Ad poli astra subleua nitida q̄ sorde tergis scl̅a. Influe salus vera effuga pericula. Omnia vt sint munda tribue pacifica. Ut hic tua salui mia. Leti regni post adeamus supera. Quo regnas secula per infinita. Ame̅. Scd̅m Lucam. xxi.



In illo tp̅e Dixit iesus discipulis suis. Eru̅t signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: et i̅ terris pressura ge̅tiu̅ pre co̅fusione sonitus maris et fluctuum. Aresce̅tibus hoi̅bus pre timore et expectatiõe: q̄ supuenient vniuerso orbi. Na̅ virtutes celor̃ mouebunt. Et tu̅c videbu̅t filiu̅ hoi̅s venie̅te̅ in nubibus: cu̅ potestate magna ⁊ maiestate. His aute̅ fieri incipie̅tibus: respicite ⁊ leuate capita vestra: qm̅ appropinquat rede̅ptio vestra. Et dixit illis similitudine̅. Uidete ficulnea̅: et oe̅s arbores. Cu̅ ꝓducu̅t ia̅ ex se fructu̅: scitis q̄a prope est estas. Ita ⁊ vos cu̅ videritis hec fieri: scitote quonia̅ prope est regnu̅ dei. Ame̅ dico vobis: quia no̅ preteribit gn̅atio hec donec oi̅a fia̅t. Celu̅ et terra tra̅sibunt: verba aute̅ mea no̅ tra̅sie̅t. Credo. Offr. Deus tu ɔuerte̅s viuificabis nos / ⁊ plebs tua letabitur in te: oste̅de nobis dn̅e misericordia̅ tuam / ⁊ salutare tuum da nobis. Secreta.

Placare quesumus dn̅e humilitatis nostre precibus ⁊ hostijs: et vbi nulla suppetu̅t me=

ritorum suffragia tue nobis indul gentie succurre presidijs. Per do.
Cōio. Hierusalem surge et sta in excelso: et vide iocunditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcōio.
Repleti cibo spiritualis alimonie supplices te dn̄e deprecamur: vt huius participatione misterij doceas nos terrena despicere/ et amare celestia. Per dominum. ¶ Feria.ij.et.iij.oia vt s: excepto q̄ non dicitur Prosa / nec Credo. ¶ Fer.iiij. ad Hebreos. x.
Fratres. Nolite amittere confidētiā vestrā: que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes reportetis remissionē. Adhuc eni modicū aliquātulūq: qui ventur⁹ est veniet/ et nō tardabit. Iustus autem meus: ex fide viuit. Quos si subtraxerit se: non placebit anime mee. Nos aūt non sumus subtractionis filij in perditionē: sed fidei in acquisitionē anime.
Secundum Matheum. iij.
In illo tpe. Videns iohānes multos phariseorū et saduceorū venientes ad baptismū suū: dicit eis. Progenies viperarū q̄s demōstrabit vobis fugere a ventura ira. Facite ergo fructū dignū penitentie: et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus abraham. Dico eni vobis: quoniā potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Iam eni securis: ad radicem arboris posita est. Omnis eni arbor que nō facit fructum bonū: excidet et in ignē mittetur. Ego quidē baptizo vos in aqua in penitētiā. Qui autem post me venturus est fortior me est: cuius non sum dignus calciamēta portare. Ipse vos baptizabit i spiritu sancto: et igne. Cuius ventilabrum in manu sua: et permūdabit aream suā: et congregabit triticum in horreū suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. ¶ Feria.v.oia vt s i dn̄ica p̄cedenti: sed nō dr Prosa/ nec Credo
¶ Feria.vj. Lec.ysaie p̄phete.
Hec dicit dominus. Audite me qui sequimini quod iustum est: ⁊ queritis dominū. Attēdite ad petram vnde excisi estis: ⁊ ad cauernā laci de qua p̄cisi estis. Attēdite ad abrahā patrē vestrū: et ad sarā que peperit vos. Quia vnum vocaui eum: et benedixi ei: et multiplicaui eum. Consolabitur ergo dn̄s syon: ⁊ cōsolabitur omnes ruinas eius: et ponet desertū eius quasi delicias: et solitudinē eius quasi ortum domini. Gaudium ⁊ letitia inuenietur in ea: gratiarum actio/ et vox laudis. Attēdite ad me popule meus: ⁊ tribus mea/ me audite: quia lex a me exiet: et iudiciū meū in lucē populorum requiescet. Prope est iustus me⁹: egressus est saluator meus. et brachia mea populos iudicabūt. Me insule expectabunt: et brachium meum sustinebunt. Leuate in celum oculos vestros: et videte sub terra deorsum. quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimentū conteretur: et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autē mea in sempiternū erit: et iustitia mea in generatione et

generationem ait dominus oīpotens. Scdm Matheum. xi.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis. Inter natos mulierū non surrexit maior iohāne baptista. Qui autē minor est in regnū celorum/maior est illo. A diebus autem iohānis baptiste vsqȝ nūc: regnum celorū vim patitur: et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex vsqȝ ad iohannem prophetauerunt. Et si vultis recipere: iohannes ipse est helyas qui venturus est: qui habet aures audiēdi audiat. ¶ Sabbato de beata maria. Introit⁹. Rorate. vt in missis cōībus. ¶ Dñica. iii. in aduentu domini. Introitus.

Gaudete in dño semp/iterum dico gaudete modestia vestra nota sit omnibus hominibus / dominus prope est. nichil soliciti sitis: sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. ps. Et pax dei que exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra et intelligētias vestras. Oro.

Aurem tuam quesum⁹ domine precibus nostris accommoda: et mentis nostre tenebras: gratia tue visitationis illustra. Qui viuis et regnas deus.

Ad Corinthios. iiii.

Fratres: sic nos existimet homo / vt ministros christi: et dispensatores misteriorū dei. Hic iam queritur inter dispēsatores: vt fidelis quis inueniat. Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die sed neqȝ meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: domin⁹ est. Itaqȝ nolite ante tēpus iudicare: quoad usqȝ veniat dominus/qui et illuminabit abscōdita tenebrarū: et manifestabit consilia cordiū. Et tūc laus erit: vnicuiqȝ a deo. ℣. Qui sedes domine super cherubin excita potētiam tuam et veni. ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Alleluya. ℣. Excita domine potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos.

Qui regis sceptra Prosa. forti dextra solus cuncta. Tu plebi tuam ostende magnā excitando potentiam. Presta dona illi salutifera. Quem predixerūt pphetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesum mitte domine arua.

Secundum Matheum. xi.



In illo tpe Cū audisset iohānes ī vinculis opera christi: mittens duos ex discipulis suis: ait illi. Tu es qui vēturus es an alium expectamus? Et respondēs iesus ait illis. Euntes renunciate iohāni: que vidistis et audistis. Ceci vident: claudi ambulāt: leprosi mūdantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt/pauperes euangelizātur. Et beatus est: qui non fuerit scādalizatus in me. Illis autem abeuntibus cepit iesus dicere ad turbas de iohāne. Quid existis in

desertum videre? Harundinẽ vento agitatã? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus vestitũ? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis et plusq̃ prophetam. Hic est enim: de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelũ meum: ante faciem tuã qui preparabit viam tuam ante te. Credo. Offr. Benedixisti domine terram tuam / auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. Secreta.

Deuotionis nostre tibi quesumus domine hostia iugiter immoletur / que et sacri peragat instituta mysterij et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per do. Cõio. Dicite pusillanimes cõfortamini et nolite timere ecce de⁹ noster veniet et saluabit nos. Postcõ.

Imploram⁹ domine clemẽtiam tuam: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos / ad festa ventura nos preparẽt. Per dñm.

¶ Feria secunda et tertia omnia vt supra: excepto q̃ non dicit̃ Prosa / nec Credo. ¶ Feria.iiij. quattuor temporum. Introitus.

Rorate celi desuper ꝛ nubes pluant iustum / aperiatur terra: et germinet saluatorem. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuũ eius annunciat firmamentũ. Sequẽs oratio dicitur sine Dominus vobiscum: sed dicitur tantũ Orem⁹

Presta quesumus Oro. omnipotens et misericors de⁹ vt redemptionis nostre vẽtura solẽnitas: et presentis vite subsidia nobis conferat et eterne beatitudinis premia largiatur. Per dñz.

Lectio ysaie prophete. ij.

In diebus illis. Dixit ysaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in vertice montium: et eleuabitur super colles et fluẽt ad eum omnes gẽtes: et ibũt populi multi et dicent. Uenite ascẽdamus ad montẽ domini: et ad domũ dei iacob. et docebit nos vias suas: et ambulabim⁹ in semitis eius. q̃a de syon exibit lex: et verbũ dñi de hierusalẽ. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebũtur vltra ad prelium. Domus iacob venite ꝛ ambulem⁹ in lumine domini dei nostri. ℟. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales: ꝛ introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montẽ domini aut quis stabit in loco sancto eius innocẽs manibus ꝛ mũdo corde. Dicitur Dñs vobiscũ. Oratio.

Festina q̃s dñe ne tardaueris et auxiliũ nobis superne virtutis impẽde: vt aduentus tui consolationibus subleuentur qui in tua pietate cõfidũt. Qui vi.

Lectio ysaie prophete. vij.

In diebus illis. Locut⁹ est dñs ad achaz dicens. Pete tibi signum a dño deo tuo in profundũ inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam: et non tẽtabo dominum. Et dixit Audite ergo domus dauid. Nunquid parũ est vobis molestos es-

se hominibus quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dñs: ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabit nomen eius emmanuel. Butyrũ et mel comedet: vt sciat reprobare malum: et eligere bonum. R℟.
Prope est dñs omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocant eum in veritate. V℣. Laudẽ domini loquetur os meũ et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Secundũ Lucam. primo.



In illo tpe Missꝰ est angelus gabriel a deo in ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth: ad vginẽ desponsatã viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomẽ virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena: dominus tecũ. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset: turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio? Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enĩ gratiã apud dominum. Ecce concipies in vtero & paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominꝰ deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternũ: & regni eius nõ erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritussanctus supueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq3 et quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi que vocatur sterilis: q̃a non erit ĩpossibile apud deum omne verbũ. Dixit autẽ maria. Ecce ancilla domini. Fiat michi: scđm verbum tuum.
Offr. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus vẽtris tui. Secreta
Accepta tibi sint domine quesumꝰ nostra ieiunia: que et expiando nos tua gratia dignos efficiant. et ad sempiterna promissa perducãt. Per dominũ nostrum iesum christũ filiũ tuũ. Qui tecum. Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel. Postcõio.
Salutaris tui domine munere satiati te supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu renouemur effectu. Per dñm nostrũ. ¶ Feria. vi. Introitus.
Prope esto dñe et omnes vie tue veritas/ ĩitio cognoui de testimõijs tuis: quia ineternum tu es. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloria pa. Oratio.
Excita quesumꝰ domine potentiam tuam & veni: vt hij qui in tua pietate cõfidunt. ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis et regnas deus.
Lectio ysaie prophete. xi.
Hec dicit dñs deꝰ. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et re

quiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectꝰ. spiritus cōsilij et fortitudinis. spiritus scientie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini. Non scd'm visionem oculorum iudicabit: neqꝫ scd'm auditum aurium arguet. sed iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spiritu labiorum suorum iterficiet impium. Et erit iustitia cingulū lumborum eius: et fides cinctoriū renum eius. ℟. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob.

Secundum Lucam. primo.



In illo tēpore. Exurgēs maria abijt in montana cum festinatiōe in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie: et salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationē marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sctō elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutatiōis tue in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Offr. Deus tu conuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostende nobis domine misericordiam tuā: et salutare tuū da nobis. Secreta

Presta quesumus domine/ vt dicato munere congruētem nostre deuotiōis offeramus effectum. Per dominum nostrū.

Cōio. Ecce dominus veniet et omnes scti eiꝰ cū eo: et erit in die illa lux magna.

Prosint nobis Postcōio. domine sumpta mysteria. pariterqꝫ nos a peccatis exuāt/ et presidijs tue propiciationis attollant. Per dominū nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecū.

¶ Sabbato in ieiunijs quattuor temporum. Introitus.

Veni et ostēde nobis faciem tuam domine qui sedes super cherubī/ et salui erimus. ps. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. ¶ Orationes sequētes prophetiarum dicūtur sine Dominꝰ vobiscū: sed tantūmodo Oremꝰ.

Deus qui con- Oratio. spicis quia ex nostra prauitate affligimur. concede propicius. vt ex tua visitatione consolemur. Qui vi. Le. ysaie pphete. xix

In diebus illis. Clamabūt ad dominum a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: et cognoscent egyptij dominum in die illa: et colēt eum in hostijs et muneribꝰ/ et vota vouebūt

domino et soluent. Et percutiet dominus egyptū plaga: et sanabit eam et reuertentur ad dominū et placabitur eis et sanabit eos: dominus deus noster. ℟. A summo celo egressio eius ⁊ occursus eius vsqꝫ ad summū eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annūciat firmamentū. fine Dn̄s vobiscū. Orō.

Adesto domine supplicationibus nostris: ⁊ presentis vota ieiunijs placita tibi deuotione exhibere cōcede. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus scti deus Per oīa secula seculorū. Amen.

Lectio ysaie prophete. xxxv.

Hec dicit dominus deꝰ. Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Germinās germinabit et exultabit letabunda ⁊ laudans Glīa libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gloriam domini ⁊ decorem dei nostri Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate Dicite pusillanimes: confortamini ⁊ nolite timere. Ecce enim deus vester vltionem adducet retributiōis. deꝰ ipse veniet et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorum patebūt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorū: quia scisse sunt in deserto aque. et torrentes in solitudine. Et que erat arida in stagnum: ⁊ sitiens in fontes aquarum. Dicit dominus omnipotens. ℟. In sole posuit tabernaculum suum et ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius ⁊ occursus eius vsqꝫ ad summum eius. fine Dominus vobiscū. Oratio.

Indignos nos famulos tuos quesumus domine quos actionis proprie culpa contristat. vnigeniti filij tui nos aduētu letifica. Qui tecum viuit et regnat.

Lectio ysaie prophete. xl.

Hec dicit dominus deꝰ. Super montē excelsum ascende tu qui euāgelizas syon: exalta in fortitudine vocē tuam qui euāgelizas hierusalem. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. ecce deus vester. Ecce dominus in fortitudine veniet: ⁊ brachiū eius dominabitur. Ecce merces eius cū eo: et opus illius coram ipso. Sicut pastor gregem suū pascet: in brachio suo congregabit agnos. et in sinu suo leuabit eos: dominꝰ deus noster. ℟. Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciē tuā et salui erimus. ℣. Excita domine potentiam tuam et veni/ vt saluos facias nos fine Dominus vobiscū. Oratio.

Deus qui pro animarū expiatione nostrarū sacri ieiunij instituta mandasti. fragilitati nostre adiumenta concede. et effectum celestium mandatorum benignus ispira. Per dominum nostrum iesum christū filiū tuū.

Lectio ysaie prophete. xlv.

Hec dicit dominus. Christo meo cyro cuius apprehēdi dexteram / vt subijciam ante faciem eius gentes: et dorsa regum vertam. Et aperiam coram eo ianuas: et porte non claudentur.

Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cōteram: et vectes ferreos confringā Et dabo tibi thesauros abscōditos: et archana secretorum. vt scias quia ego dominus qui inuoco nomen tuum deus israel: propter iacob seruum meum et israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te et non cognouisti me. Ego dominus et non est amplius. Extra me non est deus. Accinxi te: et non cognouisti me vt sciāt hij qui ab ortu solis et qui ab occidente: quoniā absqꝫ me nō est deus. Ego dominus: et non est alter formans lucem: ꝛ creans tenebras: faciens pacem / et creans malum. Ego dominus faciēs omnia hec. Rorate celi desuper: ꝛ nubes pluant iustum / aperiatur terra / et germinet saluatorē. Et iusticia oriatur simul / ego domin⁹ creaui eum. ℟. Excita domine potētiam tuam et veni / vt saluos facias nos ℣. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph qui sedes super cherubin appare corā effraim beniamin et manasse. Sine Dn̄s vobiscū. Oratio.

Miserationum tuarū quesumus domine preueniamur auxilio. vt in huius solennitate ieiunij omniū tibi sit deuotio grata fidelium. Per dn̄m nostrū

Lectio Danielis prophete. iij.

In dieb⁹ illis. Angelus domini descendit cum azaria et socijs eius in fornacē: et excussit flammā ignis de fornace et fecit medium fornacis quasi ventū roris flantem. Flāma autē diffusa est super fornacem cubitis quadragintanouem: ꝛ incendit quos repit iuxta fornacē de caldeis ministros regis qui eam incēdebāt. Illos autem omnino non tetigit ignis neqꝫ cōtristauit: nec quicq̄ molestie itulit. Tunc hij tres quasi ex vno ore hymnum dicebant: ꝛ magnificabant deū in fornace dicentes. Bn̄dictus es dn̄e deus patrum nostrorum: et laudabilis et gloriosus: et superexaltatus in secula. Et benedictum nomen glorie tue sanctum et laudabile et superexaltatum in om̄ibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue: et laudabilis et gloriosus / et superexaltatus in secula. Bn̄dictus es in throno sancto regni tui: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos: ꝛ sedes super cherubin et laudabilis et superexaltat⁹ in secula. Benedictus es domine in firmamento celi: ꝛ laudabilis et gloriosus ꝛ superexaltatus in secula. Benedicite omnia opera domini domino: benedicite celi dn̄o. Bn̄dicite angeli domini domino: hymnū dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite aque om̄es que super celos sunt domino: bn̄dicite omnes virtutes dn̄i domino. Benedicite sol ꝛ luna domino: hymnum dicite et superaltate eū in secula. Bn̄dicite stelle celi dn̄o: bn̄dicite imber et ros dn̄o. Bn̄dicite om̄is spiritus dei dn̄o: hymnū dicite et superaltate eum in secula. Benedicite ignis et estus dn̄o: benedicite noctes et dies dn̄o. Benedicite lux et tenebre dn̄o: hymnum dici-

te et superaltate eũ in secula. Benedicite frigus et cauma dño: benedicite pruina et niues domino. Benedicite fulgura et nubes domino: hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicat terra dominum: benedicite montes et colles domino. Benedicite oĩa nascentia terre dño: hymnum dicite et superaltate eum in secula. Benedicite maria et flumina domino: benedicite fõtes domino. Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite oñes volucres celi domino: benedicite oñes bestie et pecora domino. Benedicite filij hominum domino: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicat israel dominũ: benedicite sacerdotes dñi dño. Bñdicite serui dñi dño: hymnũ dicite et super exaltate eũ in secula. Benedicite spiritus et anime iustorum domino: bñdicite sancti et humiles corde dño: hymnũ dicite et superaltate eũ in secula. Bñdicite anania azaria misael dño: hymnũ dicite et superaltate eũ in secula. Tract⁹.

Bñdict⁹ es in firmamẽto celi: et laudabilis et gl'iosus in secula. cũ Dñs vo.

Oro. Deus qui trib⁹ pueris mitigasti flãmas ignium/ cõcede ppicius. vt nos famulos tuos non exurat flãma vicioꝝ Per. Ad Thessalonicenses. ij.ij.

Fratres. Rogam⁹ vos per aduẽtum domini nostri iesu christi: et nostre congregationis in ipsum: vt nõ cito moueamini a vestro sensu neqꝫ terreamini. neqꝫ per spiritũ. neqꝫ per sermonẽ neqꝫ per epistolam tanq̃ per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primum. et reuelat⁹ fuerit homo peccati filius perditionis qui aduersatur. et extollitur supra omne qd̃ dicitur deus aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat/ ostẽdens se tanq̃ sit deus. Non retinetis qꝫ cum adhuc essem apud vos: hec dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tẽpore. Nã misteriũ iam operat' iniquitatis tãtũ: vt qui tenet nũc teneat/ donec de medio fiat. Et tũc reuelabit' ille iniquus quẽ dñs ies⁹ iterficiet spũ oris sui. Et destruet illustratiõe aduẽtus sui. Tract⁹.

Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouẽ ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin appare corã effraim bẽiamin et manasse. ℣. Excita dñe potẽtiã tuam et veni/ vt saluos facias nos.

Secundum Lucam. iij.



Anno quintodecimo iperij tiberij cesaris pcurãte pontio pylato iudeam tetrarcha aũt galilee herode philippo autẽ fr̃e ei⁹ tetrarcha ituree: et trachonitidis regionis et lisania abiline tetrarcha sub principibus sacerdotũ anna et caypha factũ est verbũ dñi sup iohãnẽ zacharie filium in deserto. Et venit in omnẽ regionem iordanis predicans baptismum penitentie in re

missionẽ pctõꝝ: sicut scriptũ est in libro sermonũ ysaie prophete. Uox clamantis in deserto parate viã dñi: rectas facite semitas dei nostri. Omis vallis ĩplebit ꝛ omnis mons et collis humiliabit: ꝛ erũt praua in directa/ et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro: salutare dei. Offr. Exulta satis filia syon: predica filia hierusalẽ ecce rex tuus venit tibi sanct⁹ et saluator. Secreta.

Ecclesie tue dñe munera sãctifica: ꝛ concede vt per hec veneranda mysteria pane celesti refici mereamur. Per dominũ. Cõmunio. Exultauit vt gygas ad currẽdã viã: a summo celo egressio eius.

Quesumus dñe Postcõio. de⁹ noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparatiõis nostre munimine ꝯtulisti: ꝛ presens nobis remedium esse facias et futurum. Per do. ¶ Dominica. iiij. in aduentu. Introitus.

Rorate celi desuper: et nubes pluãt iustum/ aperiat terra: et germinet saluatorẽ. Ps. Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuum eius annũciat firmamentum. Gloria patri. Oratio.

Excita domine potẽtiam tuam et veni: et magna nobis virtute succurre/ vt per auxilium gratie tue qđ nostra peccata prepediũt/ ĩdulgẽtia tue propitiationis acceleret. Qui tecum viuit et regnat in vnitate.

Ad philippenses. iiij.

Fratres. Gaudete in domino semp/ iterũ dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus dñs prope est. Nichil soliciti sitis: sed in oĩ oratiõe ꝛ obsecratiõe cũ gratiarũ actione: petitiões vestre innotescant apud deũ. Et pax dei que exuperat oẽm sensũ: custodiat corda vestra ꝛ intelligentias vr̃as. In christo iesu domino nostro. ℞. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum omnibus qui iuocant eũ in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum ꝛ benedicat omnis caro nomẽ sanctũ eius. Alleluya. ℣. Ueni dñe et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Prosa.

Iubilemus omnes vna: deo nostro qui creauit omnia. Per quẽ cuncta cõdita sunt secula. Celũ quod plurima luce choruscat ꝛ diuersa sydera. Sol mũdi scema noctium decus luna cetera splendẽtia. Mare solum alta planaqꝫ ꝓfunda flumina. Aeris ampla spacia quo discurrũt aues vẽti atqꝫ pluuia. Hec simul cuncta tibi soli deo patri militant. Nunc et in euum sine fine per secla: laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolem vnicam. Pati in terra misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur: vt corpora nostra et corda. Regas ꝛ protegas ꝛ dones pctõꝝ veniã. Scdm iohãnẽ. j.



In illo tpe Miserũt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannem: vt interrogarẽt eum Tu qs es? Et cõfessus est: et non

negauit et confessus est quia non sum ego christus. Quid ergo? Helyas es tu. Et dixit. Nõ sum. Propheta es tu? Et dixit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his qui miserũt nos? Quid dicis de teipõ? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viã domini: sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis: Et interrogauerũt eũ: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus neqꝫ helyzas, neqꝫ ꝑpheta? Respõdit iohãnes dicẽs. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrũ stat quem vos ne scitis. Ipse est qui post me venturus est. qui ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem vbi erat iohannes baptizans. Credo. Offer. Confortamini et iam nolite timere ecce enim deus noster retribuet iudicium ipse veniet vt saluos nos faciat. Secreta.

Sacrificijs presentibus domine quesumus placatus intende: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per dominũ nostrum iesum. Cõmunio. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Postcõio.

Sumptis muneribus domine quesumus: vt cum frequentatione mysterij crescat nostre salutis effectus. Per dominũ nostrum iesum christum filiũ tuum. Qui tecum viuit et regnat. et

Per aduẽtũ dicunt iste collecte

Conscientias nostras quesumus domine visitãdo purifica: vt veniens iesus christus filius tuus dominus noster cũ omnibus sanctis: paratam in nobis inueniat mãsionem. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Presta quesumus omnipotens deus: vt filij tui ventura solennia, et presentis nobis vite remedia cõferat: et premia eterna cõcedat. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spirit⁹ sancti de⁹. Per omnia secula seculorum. Amẽ.

Deus qui conspicis quia in tua pietate cõfidimus: cõcede ꝓpicius, vt de celesti tua semper protectiõe gaudeamus. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per oĩa secula sclorum. Amẽ.

Preces ppli tui respice quesumus omnipotens deus. vt q̃ iuste pro peccatis nostris affligimur. pietatis tue visitatione consolemur. Per.

Hac nos quesumus domine mala nr̃a toto corde respuere. vt veniente filio tuo domino nostro: bona ei⁹ capere valeamus. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuũ Qui tecum viuit.

In vigilia natalis domini. Introitus.

Hodie scietis quia veniet dominus et saluabit nos et mane videbitis gloriam eius. Ps. Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum: et vniuersi qui habitant in eo. Gloria patri et filio et spiritui sctõ. Oratio.

Deus qui nos redemptiõis nostre annua expectatiõe letificas. p̄sta vt vnigenitũ tuũ quem redemptorẽ nostrũ leti suscipimus / venietẽ quoq; iudicem securi videamus: Dñm nostrũ iesum christum filium tuum. Qui.

Lectio Isaie prophete. lxij.

Hec dicit dominus de⁹. Propter syon non tacebo: et propter hierusalẽ nõ quiescam donec egrediatur vt splendor iustus eius: et saluator eius vt lampas accendatur. Et videbũt gentes iustum tuum: et cuncti reges inclytũ tuũ Et vocabitur tibi nomen nouum quod os dñi noĩauit. Et eris corona glorie in manu dñi: et dyadema regni in manu dei tui. Nõ vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis volũtas mea in ea: et terra tua inhabitabitur: q̄a cõplacuit dño i te. Ad romanos. j

Fratres. Paulus seruus christi iesu vocatus apostolus segregatus in euãgelium dei quod ante promiserat per prophetas suos i scripturis sanctis de filio suo / q̄ factus est ei ex semine dauid scdm carnẽ. Qui predestinatus est filius dei in v̄tute scdm spiritum sanctificatiõis / ex resurrectione mortuorũ iesu christi domini nostri. per quem accepim⁹ gratiam et apostolatũ ad obediendũ fidei in omibus gentibus pro nomine eius in quibus estis et vos vocati iesu christi dñi nostri. ℟. Hodie scietis quia veniet dñs et saluabit nos et mane videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouẽ ioseph. Qui sedes super cherubin: appare coram effraim beniamin et manasse. Alleluya. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre: et regnabit super nos saluator mundi. Scdm Matheum. j.



In illo tẽpore. Cũ esset desponsata mater iesu maria ioseph / anteq̄ conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitãte: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugẽ tuam. Quod eni in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autẽ filium: et vocabis nomẽ eius iesum. Ipse eni saluũ faciet populũ suũ: a peccatis eorũ Non dicitur Credo / nisi sit dñica Offr. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Secreta.

Da nobis q̄s ops deus / vt sicut ad adorãda filij tui natalicia preuenim⁹: sic eius munera capiamus sempit̃na gaudẽtes Per eundẽ dominũ nostrũ. Cõio. Reuelabitur gloria dñi: et videbit omis caro salutare dei nostri. Postcõio.

Da nobis q̄s dñe vnigeniti filij tui recẽsita natiuitate respirare: cui⁹ celesti mysterio pascimur et potamur. Qui tecum.

Genealogia ieſu chriſti.



Sequens euangeliũ legiť poſt nonũ ℟. in nocte natiuitatis dñi.



Dominus vobiſcum.

Et cũ ſpiritu tuo. Initium ſan

cti euange lij: ſecundum ma

theum. Gloria tibi domine.



Liber generationis ie-

ſu chriſti filij dauid fi li j abra

ham. Abraham genuit y ſaac.

Iſaac autem ge nuit ia cob.

Iacob autẽ genuit iudã et fra-

tres eius. Iudas autem ge nu-

it phares et zaram de tha mar

Phares autẽ genuit eſ rõ. Eſrõ

autem ge nuit a ram. Aram

autem genuit aminadab. Ami

nadab autem ge nuit naa ſon

Naason autem genuit salmon. Salmon autem ge nuit booz de ra ab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth au tem ge nuit ies se. Jesse autem ge nuit dauid regem. Dauid autē rex ge nuit salomonem ex ea que fuit vri e. Salomon autē genuit roboam. Roboam autē ge nuit abi am. Abia au tem

genuit a za. Aza autem ge= nuit iosaphat. Josaphat autem genuit ioram. Jorā autem ge= nuit oziam. Ozias autem ge= nuit ioathan. Joathan autem genu it a chaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias au tem genuit manassen. Manas= ses autem genuit a mon. Amō autem ge nuit iosi am. Josias

autem genuit iechoniam et fratres eius in transmigratiõe babylonis. Et post trãsmigrationẽ babylonis ieconias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit elyachim. Elyachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autẽ genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus qui vocatur christus. Omnes ergo generationes ab abraham vsq ad dauid: generatio=

nes quattuordecim. Et a dauid vsq ad transmigrationem ba=bylo nis generatiões quattuor decim. Et a trãsmigratione ba bylonis vsq ad christum genera tiones quattuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater iesu ma ria ioseph anteq̃ cõuenirent in uenta est in vtero habens de spi ritu sancto.

Finito euangelio incipit Te deũ ṽ. sacerd. Bñdictus qui venit. De us in adiutorium. Dñe ad adiu. Gloria Sicut erat. Alleluya. ¶ Sequitur missa in gallicantu.



Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie ge= nui te. ps. Quare fre muerũt gẽtes: et popu li meditati sunt iania. Gloria patri. Kyrie clemens. Glo ria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui hãc sacratissimã noctẽ veri luminis / fecisti illustratiõe clarescere: da q̃s vt cu ius lucis mysteria in terra cogno uim⁹: eius quoq gaudijs in celo pfruamur. Qui tecum.

Lectio ysaie prophete. ix.

Hec dicit dñs deus. Popul⁹ gẽtiũ qui ambulabat in te nebris: vidit lucẽ magnã. Habitã tibus in regiõe vmbre mortis lux orta est eis. Paruulus enĩ nat⁹ est nobis. et fili⁹ datus est nobis: ⁊ fa ctus est principat⁹ sup humerum ei⁹. ⁊ vocabit nomẽ eius admira= bilis ꝯsiliarius. deus fortis: pater futuri seculi. princeps pacis. Mul= tiplicabit eius ĩperiũ: ⁊ pacis non erit finis. Sup soliũ dauid et sup regnũ eius sedebit / vt cõfirmet il lud et corroboret in iudicio ⁊ iusti= tia: amodo et vsq in sempiternũ.

Lec. eple btĩ ~~petri~~ apli ad Titũ ij b. ij. + Pauli

Carissime: apparuit gratia dei saluatoris nostri oībus hoībus. erudiēs nos vt abnegantes impietatē et secularia desideria / sobrie et iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo: expectantes beatam spem et aduētū glorie magni dei et saluatoris nr̄i iesu christi. Qui dedit semetipsū pro nobis: vt nos redimeret ab omī iniq̄tate / ꝛ mūdaret sibi populū acceptabilem: sectatorem bonorū operū. Hec loquere et exhortare. In christo iesu: domino nostro. ℟. Tecū princi pium in die virtutis tue: in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dominus domino meo / sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos: scabellum pedū tuorū. Alleluya. ℣⁹. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Prosa.

Nato canūt oīa dn̄o pie agmina. Syllabatim neumata perstringendo organica. Hac die sacrata in qua noua sūt gaudia: mūdo plena edita. Hac nocte precelsa intonuit et gloria: in voce āgelica. Fulserūt ꝛ immania nocte media: pastorib⁹ lumina. Dum fouēt sua pecora subito diua: percipiunt monita. Natus alma vgine qui extat ante secula. Est immēsa in celo gloria: pax et in terra. Hūc ergo celi caterua altissime iubilat. Et tanto canore: cremat alta poli machina. Sonet et per omīa hac in die gloria: voce clara reddita. Humana cōcrepāt cuncta / natū deū in terra. Confracta sunt iperia: hostis crudelissima. Pax in terra reddita: nūc letent̄ omīa / nati per exordia. Solus qui intuetur omnia. Solus qui cōdidit omīa Ipse sua pietate soluet oīa pctā nostra. Amen.

Secundum Lucam. ij.



In illo tpe Exijt edictū a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatē. Ascēdit autē et ioseph a galilea: de ciuitate nazareth / in iudeā ciuitatē dauid: que vocat̄ bethleē / eo q̄ esset de domo et familia dauid: vt profiteretur cū maria despōsata sibi vxore pregnāte. Factū est autem cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret: ꝛ peperit filium suum primogenitū. Et pannis eum inuoluit et reclinauit / eum in presepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem: vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini / astitit iuxta illos: et claritas dei circunfulsit illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enī euangelizo vobis gaudium magnum quod erit oī populo: q̄a natus est vobis hodie saluator mundi: qui est christus dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc vobis signū. Inuenietꝭ infantē pānis inuolutū: et positū in presepio. Et subito facta est cum

angelo multitudo militie celestis exercitus laudātiū deū et dicētiū. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hoībus: bone voluntatis. Credo. Offr. Letent̄ celi ꝛ exultet terra ante faciē dn̄i qm̄ venit. Secreta

Accepta tibi sit domine q̄s hodierne festiuitatꝫ oblatio: vt tua gratia largiēte per hec sacro sancta cōmercia in illius inueniamur forma / in quo tecū est nostra substantia. Qui tecū. Prefatio. Quia per incarnati verbi. Infra actionē. Cōmunicantes et noctē. Cōio. In splēdoribus sanctorum ex vtero ante luciferꝫ genui te. Quo dicto incipiunt̄ an̄e de lau. scilicet cum alijs ꝛ dicūtur sine iubilo oēs an̄e. Quem vidistis. Nō dicit̄ cp̄z. nec hyꝰ: sed dicta an̄a. Paruulus. statim dyaconus incipit an̄a. Gloria in excelsis deo. sup psal. Bn̄dictꝰ. Finita antiphona sine iubilo dicatur Postcōmunio. Oratio.

Da nobis quesumus domine deus noster. vt qui natiuitatem domini nostri iesu christi nos frequentare gaudemus: dignis cōuersationibus ad eius mereamur pertinere consortiū. Qui tecum. Loco de Ite missa est: dicitur an̄. Completi sunt dies marie vt pareret filiū suum primogenitū. R℣. Deo gratias. ¶ In mane. Introitus.

Lux fulgebit hodie super nos / quia natus est nobis dominus. ꝛ vocabitur admirabilis deus: princeps pacis / pater futuri seculi: cuiꝰ regni nō erit finis. ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominꝰ fortitudinē ꝛ precinxit se. Kyrie sempiterne. Gl'ia in excelsis deo. Oro.

Da nobis q̄s oīpotēs deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce pfundimur hoc / in nostro resplēdeat opere: quod per fidem fulget in mente. Per eundē. ¶ De sancta anastasia. Oratio.

Da quesumꝰ oīpotens deꝰ: vt qui btē anastasie martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominū nostrum iesum.

Lectio ysaie prophete. lxj.

Hec dicit dn̄s deus. Spiritꝰ dn̄i super me. eo q͞ vnxerit me. ad annūciandū māsuetis misit me / vt mederer cōtritos corde: et predicarem captiuis indulgentiam et clausis apertionē. vt predicarem annū placabilē domino et diem vltionis deo nostro. Ut cōsolarer omnes lugentes: et ponerem fortitudinē lugentibus syon Et darem eis coronam pro cinere oleum gaudij pro luctu. pallium laudis pro spiritu meroris. Et vocabunt̄ in ea fortes iusticie: plātatio dn̄i ad glorificandū. Ecce dn̄s auditū fecit in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo: et opus illius corā illo. Et vocabunt eos populus sanctꝰ: redēpti a dn̄o deo nostro. Ad tytum. iij.

Carissime. Apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibꝰ iusticie que fecimꝰ nos. sed scd̄m suā misericordiā saluos nos fecit Per

lauacrum regenerationis et reno uationis spiritus sancti: quē effu dit in nos abunde. per iesum chri stum saluatorē nostrū. Ut iustifi cati gratia ipsius heredes simus: scdm spem vite eterne. In christo iesu dño nostro. ℟. Benedict9 qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. ℣. A domino factum est: et est mirabile in oculis nostris. Alleluia ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem/ et precin xit se virtute. Alleluia Prosa.

Celeste organū hodie sonu it in terris. Ad partū vir ginis superum cecinit caterua. Quid facis humana turba: cur nō gaudes cum supera. Uigilat pastorū cura vox audit angelica. Cantabant inclyta carmina ple na pace et gloria. Ad christū re ferunt: ppria nobis canūt ex gra tia. Nec cunctor sunt hec dona: sed mens quorū erit bona. Non sunt absolute data: differenter sunt prolata. Affectus deserens vicia adsit nobis pax est illa: quia bonis est promissa. Iunguntur superis terrea ob hoc quidē laus est iuncta: sed decenter fit diuisa. Gaude homo dum perpendis ta lia. Gaude caro facta verbi socia Subeunt duces gregum lumi na: lucis per indicia. Nunciant eius ortum sydera: bethleem vsq preuia. Inuenitur rex celorum: iter animalia. Arto iacet in pre sepi rex qui cingit omnia. Stel la maris quem tu paris: colit hec ecclesia. Ipsi nostra per te pia: placeant seruitia. Resonēt cun cta redempta. Scdm Lucam. ij.



In illo tpe Pastores loquebant adin uicē. Trāseam9 vsq bethleē. et vi deamus hoc ver bū qđ factū est: qđ dñs ostendit nobis. Et vene rūt festinātes et iuenerūt mariā et ioseph: et infantē positū in psepio. Uidētes autē cognouerūt de ver bo/ quod dictū erat illis de puero hoc. Et omes qui audierūt mira ti sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autē conseruabat oīa verba hec: confe rens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes et laudātes deū: in oibus que audierant et vi derant: sicut dictum est ad illos. Credo. Offr. Deus eni firmauit orbem terre qui nō cōmouebit: parata se des tua de9 extūc a seculo tu es. Prosa.

Letemur gaudijs quos re demit verbū patris a rea tus laqueo primi parētis dei ius sa spernētis artē per hostis. Heu quādo paradisum deserēs exul ve nit in exicialē mūdi istius laborē. Postuma huic ples oīs reueret nisi hanc in carne christus nat9 le uaret et prima corona vestiret at q rursus i illo collocaret. Secret.

Munera nostra qs dñe nati uitatis hodierne mysterijs apta pueniāt: et sicut homo geni tus idem refulsit de9 sic nobis hec terrena substātia cōferat qđ diui nū est. Per eūdē. De sctā anastasia.

Accipe qs dñe mu Secre. nera dignanter oblata. et

beate anastasie suffragātib⁹ meritis/ad nře salutis auxiliũ puenire cõcede. P do. Cõio. Exulta filia syon lauda filia hiřlm/ ecce rex tu⁹ venit sanctus et saluato: mũdi. Postcõio.

Huius nos dñe sacramenti semper nouitas natalis instauret: cui⁹ natiuitas singularis humanã repulit vetustatẽ. P do.

Alia de sancta anastasia.

Satiasti dñe familiã tuam muneribꝰ sacris. ei⁹ q̃s semper interuẽtiõe nos refoue: cuius solẽnia celebramꝰ. P do. Loco de Ite missa est. Or an. Ecce cõpleta sũt oia q̃ dicta sũt per ãgelũ de vgine maria.



In die natalis dñi. Introitus.



Puer nat⁹ est nobis et filius datus est nobis cuius imperiũ super humerũ ei⁹ et vocabitur nomen ei⁹ magni consilij angelus. Ps. Notũ fecit dñs salutare suum: ante conspectũ gentium reuelauit iustitiã suam. Gloria. Cũcti potẽs ge. Gloria in excelsis. Oro.

Concede quesumus omnipotens deus. vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet/ quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eũdem.

Lectio ysaie prophete. iij.

Hec dicit domin⁹. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia egoipse qui loquebar ecce adsum. Quã pulcri supra mõtes pedes annunciantis et predicantis pacem: annunciantis bonũ: predicantis salutem dicentis. Syon. Regnabit deus tuus. Vox speculatorũ tuorum leuauerũt vocem: simul laudabunt/quia oculo ad oculum videbunt: cum cõuerterit dñs syon Gaudete et laudate simul deserta hierusalẽ: quia consolatus est dominus populũ suum: redemit hierusalẽ. Parauit dñs brachiũ sanctũ suũ: in oculis oĩm gentiũ. Et videbunt oẽs fines terre: salutare dei nostri. Ad hebreos. j.

Fratres Multipharie multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis. locutus est nobis in filio. quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit ⁊ secula. Qui cum sit splendor glorie et figura substantie eius: portansq; omnia verbo virtutis sue purgationem peccatorum faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus. quanto differen-

tius p̄re illis nomen hereditauit. Cui eni dixit aliquãdo angelorũ/ filius me⁹ es tu: ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrẽ: et ipse erit michi in filium. Et cũ iterũ introduxit primogenitũ in orbẽ terre: dixit. Et adorent eũ: oẽs angeli eius. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos flammã ignis. Ad filium autem Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam. et odisti iniquitatem. propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo exultatiõis p̄re participib⁹ tuis. Et tu in principio dñe terrã fundasti: et opera manuũ tuarũ sunt celi. Ipsi peribunt tu autem p̄manebis: et omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos: et mutabunt. Tu autẽ idem ipse es: et anni tui nõ deficiẽt. ℟. Viderũt oẽs fines terre: salutare dei nostri iubilate deo oĩs terra. ℣. Notum fecit dñs salutare suũ: ante ɔspectũ gentiũ reuelauit iustitiã suam. Alleluya. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis. venite gentes et adorate dominũ: quia hodie descendit lux magna super terrã. Prosa.

Letabũdus exultet fidelis chorus alla. Regem regum intacte p̄fudit thorus res miranda. Angelus consilij nat⁹ est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciẽs stella semper rutilãs semper clara. Sicut sydus radium p̄fert virgo filiũ pari forma. Neq̃ sydus radio neq̃ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani cõformat ysopo valle nostra

Verbũ ens altissimi corporari passum est carne sũpta. Isayas cecinit synagoga meminit nunq̃ tamen desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gẽtilibus sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera crede vel vetera cur dãnaberis gẽs misera. Quẽ docet littera natum considera ipsum genuit puerpera Alleluya.

Initiũ scti euãgelij scdꝫ iohẽm. j.

In principio erat verbũ: et verbum erat apud deum: ꝛ deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum. Oĩa per ipsum facta sunt: et sine ipso factũ est nichil. Quod factum est, in ipso vita erat: et vita erat lux hominũ. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eã non cõprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimoniũ: vt testimonium perhiberet de lumine. vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominẽ venientẽ in hũc mũdum. In mundo erat: ꝛ mundus per ipsum factus est. et mundus eum nõ cognouit. In propria venit: et sui eũ nõ receperũt. Quotquot autẽ receperũt eũ: dedit eis potestatẽ filios dei fieri. His qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus neq̃ ex voluntate carnis. neq̃ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius: gloriam quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie: ꝛ veritatis. Credo. Offer.

Qui sunt celi: et tua est terra: orbē terrarū et plenitudinē eius tu fundasti: iustitia et iudiciū preparatio sedis tue. Secreta.

Oblata domine munera noua unigeniti tui natiuitate sanctifica. nosq; per hec a peccatorū nostrorū maculis emūda. Per eūdem. Prefatio. Quia per incarnati. Infra actionē. Cōmunicantes et diē. Cōio. Uiderūt oēs fines terre salutare dei nostri. Postcōio.

Presta q̄s oīpotēs de⁹. ut natus hodie saluator mundi sicut diuine nobis generatiōis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

Alie orationes de natiuitate.

Respice nos misericors de⁹. et mentibus humanis nascente christo summe veritatis lumen ostende. Per eundē. Alia.

Omnipotēs sempiterne deus. qui hanc diem per incarnationē verbi tui et partum beate marie virginis consecrasti da populis tuis in hac celebritate consortium ut qui tua gratia sunt redempti tua sint adoptione securi. Per eundē dn̄m. Alia oratio.

Largire quesumus domine famulis tuis spei fidei et caritatis augmentū. ut qui natiuitate filij tui dn̄i nostri gloriantur/ et aduersa mundi te gubernāte non sentiant: et quod temporaliter celebrare desiderāt. sine fine percipiant. Per eundem. Alia.

Concede quesumus omnipotens deus. ut quos sub peccati iugo vetusta seruit⁹ tenet eos unigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet. Qui tecum.

In die scti stephani. Introitus



Etenim sederūt principes et aduersum me loq̄bātur/ et iniqui psecuti sūt me. adiuua me dn̄e deus meus: q̄a seruus tuus exercebat in tuis iustificationibus. ps. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege domini. Gloria patri et filio. Oratio.

Da nobis quesumus domine imitari quod colimus: ut discamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebram⁹. q̄ nouit etiam pro persecutorib⁹ exorare: dn̄m nostrum iesum christū filium tuū. Qui tecū viuit et reg.

Lectio actuū apostolorū. vj. et. vij.

In diebus illis. Stephan⁹ plenus gratia et fortitudine: faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerūt autē quidam de synagoga que appellabatur libertinorum et cyrenensium et alexandrinorū: et eorū qui erant a cilicia et asya disputantes cum stephano. Et nō poterant resistere sapientie: et spiritui qui loquebatur. Audiētes autē hec/ dissecabantur cordibus suis: et stridebant dētibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intendens in celum vidit gloriam dei: et iesum stantem a dextris dei: et ait. Ecce video celos apertos: et filiū hominis stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: continuerūt aures suas. et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et



eijcientes eum extra ciuitatẽ lapi dabant. Et testes deposuerunt ve stimenta sua secus pedes adole= scentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum: inuocan tem et dicentem. Domine iesu: su scipe spiritum meum. Positis au tem genibus: clamauit voce ma= gna dicens. Dñe: ne statuas illis hoc peccatũ. Et cum hoc dixisset: obdormiuit in domino. ℟. Sede runt principes et aduersum me loquebã= tur: et iniqui persecuti sunt me. ℣. Adiu ua me domine de⁹ meus: saluum me fac propter misericordiã tuam. Alla. ℣⁹. Uideo celos apertos: et iesum stantem a dextris virtutis dei. Prosa.

Magnus deus in vniuersa terra. Magna sunt eius vbiqꝫ omnia: in celo atqꝫ in terra opera. Qui es rex regũ dñs oĩm a patre genitus ante secula. Cu ius caritas vera celum subleuat stephanũ de terra. Atqꝫ perenni vita ornat candida dignanter co= rona. Plenus eteni stephan⁹ dei= tate atqꝫ gratia. Magna dabat prodigia docẽs verissima dogma ta. Cum autẽ pdicaret iam pre= sentia nostre redemptionis noua gaudia. Intẽto in supna celi pa tet ianua. Dixitqꝫ circũstãti ple bi voce publica sacra plen⁹ gratia Ecce dei video admirabilẽ glo= riam claritate fulgida. Atqꝫ ie= sum stantem in virtutis dei dexte ra. Cũ hoc audisset impia gens iudaica. Dans fremitũ concita quassat lapidibus stephani mem bra. Sed stat fortit patiẽs mar= tyr et orat. Ne his christe noxam statuas sed iam accipe aiam meã Et cum hoc dixisset obdormiuit in dño pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane sempitna im= petra gaudia. Amen.

Secundum Matheum. xxiij.



In illo tpe Dicebat iesus turbis iu deorum: et prin= cipibus sacerdo tũ. Ecce ego mit to ad vos pphe= tas et sapientes et scribas: ꝛ ex il lis occidetis et crucifiget̃: ꝛ ex eis flagellabitis ĩ synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ci= uitatẽ: vt veniat sup vos oĩs san guis iustus qui effusus est sup ter ram. A sanguine abel iusti: vsqꝫ ad sanguinem zacharie filij bara chie/quem occidistis inter tẽplũ ꝛ altare. Amen dico vobis: venient hec oĩa super generationẽ istã. Hierusalẽ hierusalem que occidis prophetas: et lapidas eos qui ad te missi sunt. quotiens volui con= gregare filios tuos quemadmo= dum gallina cõgregat pullos su= os sub alas: et noluisti. Ecce relin quetur vobis domus vestra deser ta. Dico autẽ vobis nõ me videbi= tis amodo: donec dicatis. Benedi ctus qui venit: in nomine domini Credo. Offr. In virtute tua do= mine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Suscipe dñe munera p bea= ti stephani prothomarty= ris tui cõmẽorationẽ. vt sicut illũ passio effecit gloriosũ. sic nos de=

notio reddat innocuos. Per. Prefatio. Quia per incarnati. et Cõmunicãtes. Cõio. Uideo celos apertos et iesum stantem a dextris virtutis dei dñe iesu accipe spiritũ meũ: ne statuas illis hoc peccatũ: quia nesciũt quid faciunt. Postcõmunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: et intercedente beato stephano ꝓthomartyre tuo / sempiterna ꝓtectiõe confirment. Per dñm. ¶ In die sancti iohãnis euãgeliste. Introitus



In medio ecclesie apuit os ei⁹: et impleuit eum dñs spiritu sapientie et intellectus / stola glorie induit eum. Ps. Iocunditatẽ et exultationẽ thesaurizauit super eum: et nomine eterno hereditauit illum. Gloria patri. Oratio.

Ecclesiam tuã quesum⁹ domine benignus illustra vt beati iohãnis apostoli tui et euangeliste illumiata doctrinis. ad dona perueniat sempiterna. Per.

Lectio libri sapiẽtie. Eccliasti. xv

Qui timet deum: faciet bona. Et qui continens est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illũ. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illũ: et non cõfundetur: et exaltabit illum apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius: et implebit eum spiritu sapientie et intellectus. et stola glorie induet eũ. Iocunditatẽ et exultationem thesaurizabit super eum. Et nomine eterno hereditabit illũ: dñs deus noster. ℟. Exijt sermo inter fratres ꝙ discipulus ille non moritur. ℣. Sed sic eum volo manere donec veniã / tu me sequere. Alla. ℣. Hic est discipulus ille qui testimoniũ ꝓhibet de his: et scimus quia verũ est testimoniũ eius. Prosa.

Organicis canamus modulis nunc iohannis solennia Omnigenis dño vocibus reddẽtes odas debitas. Qui in suis sãctis mirabilis nimis mltiplici virtutum flore eos decorat ac mirifice adornat. Nam et in ipsis quasi quibusdã musicis instrumẽtis digito proprio fides agitat fides virtutum sonora. Has vniuerse percurrens singula. Permiscet singulis diatessarõ mellifluã melodiã. Quã generat virtutũ mater illa. Que alijs decẽter cõposita reddit suauem symphoniam. Qua sine cũcta fiũt dissona: nec non et friuola. Qua cũ oĩa fiunt cõsona necnon vtilia. Qua iusti bene morati rite petentes excelsa Poli sydera alacres decãtãt noua cãtica i cythara treicia. Quorum agentes festa consortia mereamur in celesti patria. Amen.

Secundum Johannem. xxj.



In illo tpe Dixit ies⁹ petro. Sequere me. Conuersus autẽ petrus: vidit iiũ discipulum quẽ diligebat iesus sequẽtem: qui et recu-

buit in cena supra pectus eius: et dixit. Dñe: quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus: dixit iesu. Dñe: hic autem quid? Dixit ei iesus. Sic eum volo manere donec veniã. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: qꝛ discipulus ille non moritur. Et non dixit ei iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his et scripsit hec. Et scimus: quia verum est testimoniũ eius. ¶ Credo. Offer. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Suscipe munera dñe que in eius tibi solẽnitate deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinio liberari. Per dñz. Prefatio. Quia per incarnati. et Cõmunicantes. Cõio. Exijt sermo inter fratres ꝙ discipulus ille non moritur. ⁊ non dixit iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. Postcõio.

Refecti cibo potuqꝫ celesti deus noster te suppliciter deprecamur: vt in cuius hec commemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per. ¶ In festo sanctoꝝ innocẽtiũ. Introitus



Ex ore ĩfantium deus ⁊ lactẽtiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos. ps. Domine dñs noster: ꝙ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Nõ dr Gloria patri: nec Gloria in excel. nec Ite missa est: nisi sit dñica. Oro.

Deus cuiꝰ hodierna die preconium innocẽtes martyres: non loquendo sed moriẽdo cõfessi sunt. omnia in nobis vicioꝝ mala mortifica. vt fidem tuã quã lingua nostra loquitur: etiã moribus vita fateatur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. xiiij.

In diebus illis. Uidi supra montem syon agnum stantem: et cum eo centũ quadragintaquattuor milia: habẽtes nomẽ eius ⁊ nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Et audiui vocẽ de celo tanꝗ vocem aquarũ multarum: et tanꝗ vocẽ tonitrui magni. Et vocem quã audiui: sicut cytharedorũ cytharizantiũ in cytharis suis. Et cãtabãt quasi canticum nouũ ante sedem dei: ⁊ ante quattuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticũ: nisi illa centũ quadragintaquattuor milia: qui empti sunt de terra. Hij sunt qui cum mulieribꝰ nõ sunt coinquinati: virgines enim sunt: hij sequũtur agnũ quocũqꝫ ierit. Hij empti sunt ex oĩbus primitie deo et agno: et in ore ipsoꝝ non est inuentũ mendaciũ. Sine macula sunt: ante thronũ dei. ℟. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. ℣. Laqueus contritus est et nos liberati sumꝰ. adiutoriũ nostrũ in nomine dñi qui fecit celũ et terrã. Nõ dicit Alleluya: nisi sit dñica. sed dicitur Laus tibi christe. ℣. Sub

throno dei oes scti clamat vidica sanguinem nostru deus noster ieternu. Prosa.
Celsa pueri concrepent melodia. Pia innocetum colestes tripudia. Quos ifans christus hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frendens insania. Herodiane fraudis / ob nulla crimina. In bethleem ipsius cuncta & per cofinia. A bimatu & infra iuxta nascendi tempora. Herodes rex christi nati veres infelix imperia. Infremit totus et erigit arma supba dextera. Querit lucis et celi rege cu mete turbida. Ut extinguat qui vita prestat per sua iacula. Dum no valet intueri lucem spledida / nebulosa queretis pectora. Ira feruet fraudes auget herodes seuus: vt pdat piorum agmina. Castra militu dux iniquus aggregat / ferru figit in me bra tenera. Inter vbera lac effudit / anteq sanguinis fieret coagula. Hostis nature natos euiscerat atq iugulat. Ante psternit qua etas paruula sumat robora. Qua beata sunt inocentu ab herode cesa corpuscula. Qua felices existut matres que fuderut talia pignora. O dulces innocentu acies / o pia lactetiu pro christo certamina. Paruorum trucidant milia / membris ex teneris manat lactis flumina. Ciues angelici veniunt in obuia / mira victoria vite captat pmia turba candidissima. Tu christe quesumus mente deuotissima. Nostra qui venisti / reformare secula innocetum gloria. perfrui nos concedas per eterna. Amen. Scdm Matheum. y.



In illo tpe Angelus dni apparuit in somnis ioseph: dicens. Surge & accipe puerum & matre eius. & fuge in egyptu: et esto ibi vsq dum dicam tibi. Futuru est enim vt herodes querat pueru ad perdendu eu Qui cosurgens accepit puerum & matre eius nocte / & secessit in egyptum: et erat ibi vsq ad obitu herodis: vt adipleret quod dictu est per pphetam dicente. Ex egypto vocaui filium meu. Tuc herodes videns q illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittens occidit oes pueros qui erat in bethlee: et in oibus finibus eius. A bimatu et infra: scdm tepus quod exquisierat a magis. Tunc adimpletu est quod dictu est per hieremiam propheta: dicetem. Vox in rama audita est: plorat9 & vlulatus multus rachel plorans filios suos. Et noluit cosolari: qa no sunt. Credo. Offer. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venatiu: laqueus cotritus est & nos liberati sum9. Secreta
Sanctorum tuorum inocetiu nobis domine pia no desit oratio. que et munera nostra tibi conciliet: & tua nobis indulgetia semper obtineat. Per dnm. Prefatio
Quia per icarnati. et Comunicantes. Coio. Vox in rama audita est: ploratus et vlulat9 rachel plorans filios suos & noluit cosolari quia no sunt.
Votiua dne Postcoio.
dona pcepimus que sctorum

innocẽtũ nobis pcibus/et pſentis qs dñe pariter ⁊ eterne tribuat cõferre subsidiũ. Per dominum.

In festo scti thome. Introit⁹.

Letabit iustus in dño et sperabit in eo: et laudabunt oẽs recti corde. ps Exaudi deus orationẽ meã cũ depcor: a timore inimici eripe aiam meã Gloria in excelsis dicitur. Oro.

Deus pro cui⁹ ecclesia gloriosus martyr et pontifex thomas gladijs impiorũ occubuit/ pſta qs. vt oẽs qui ei⁹ implorãt auxiliũ petitiõis sue salutarẽ ꝯsequãt effectũ. P do. Lec. libri sapie. xxxi

Beatus vir qui inuẽtus est sine macula: ⁊ qui post aurũ non abijt/ nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic ⁊ laudabimus eũ? Fecit eni mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et perfectus inuẽtus est: ⁊ erit illi gloria eterna. Qui potuit trãsgredi et nõ est trãsgressus: et facere mala ⁊ non fecit? Ideo stabilita sunt bona illius in dño / et elemosinas illi⁹ enarrabit: oĩs ecclia sctõr. R

Posuisti dñe sup caput eius coronã de lapide pcioso. V. Desideriũ aie eius tribuisti ei: ⁊ volũtate labior ei⁹ nõ fraudasti eũ. Alla. V. Letabit iustus i dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabũt oẽs recti corde



Scdʒ iohẽm. xij

In illo tpe Dixit ieſ⁹ discipulis suis. Amẽ amen dico vobis. Nisi granum frumẽti cadẽs in terra mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autẽ mortuum fuerit: multũ fructũ affert. Qui amat animã suã: perdet eã. Et qui odit aiam suã in hoc mundo: in vitam eternã custodit eam. Si qs michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus: qui in celis est. Offr.

Posuisti dñe i capite ei⁹ coronã de lapide pcioso. vitã petijt a te ⁊ tribuisti ei alla

Suscipe munera Secreta. dñe que in bti thome martyris tui atqꝫ põtificis veneranda solẽnitate deferimus: et presta vt ipsius pio interuentu mereamur aduersa mũdi tollerare/ et ad celestia regna pia deuotione pperare Per do. Prefatio. Quia per incarnati. et Cõmunicãtes. Cõio. Qui michi ministrat me sequat: ⁊ vbi sum ego illic et minister meus erit. Postcõio.

Sacris repleti munerib⁹ domine deus noster qs. vt interueniẽte beato thoma martyre tuo atqꝫ pontifice/ mereamur mãdatis tuis perseuerãter intẽdere: et incursus psequẽtiũ cõstãter tollerare. Per dominũ nostrum.

Dñica infra octa. Introitus.

Dum medium silentiũ tenerẽt/ oĩa ⁊ nox in suo cursu mediũ iter haberet: oipotens sermo tuus dñe de celis a regalibus sedibus venit. ps Dominus regnauit decorẽ indutus est: indutus est domin⁹ fortitudinẽ ⁊ precinxit se.

Deus qui salutis Oratio. eterne beate marie virginitate fecũda humano generi pre

mia prestitisti tribue quesumus. vt ipsam pro nobis itercedere sentiamus: per quam meruimus auctorẽ vite suscipere. Dñm nostrũ iesum christũ filium tuũ. Qui tecum. Lectio eplẽ beati petri apostoli ad Galathas. iiij.

Fratres. Quãto tẽpore heres paruul⁹ est: nichil differt a seruo/cum sit dñs oĩm: sed sub tutoribus et actorib⁹ est. vsq ad prefinitũ tẽpus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruiẽtes At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filiũ suum natũ ex muliere factum sub lege: vt illos qui sub lege erant redimeret/ vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autẽ estis filij dei: misit deus spiritũ filij sui in corda vestra clamantẽ abba pater. Itaq iam nõ est seruus: sed fili⁹. Quod si filius: ꝛ heres per deũ. ℞. Speciosus forma pre filijs hoim: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonũ/dico ego opera mea regi lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. Alleluya. ℣. Dñs regnauit decorẽ induit: induit dñs fortitudinem et precinxit se virtute. Prosa. Letabũdus. vts fo. xij. Scdm Lucam ij.



In illo tẽpore. Erat ioseph et maria mater iesu: mirantes super his que dicebanť de illo. Et bñdixit illis symeon/et dixit ad mariã matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: et resurrectionẽ multorum in israel: et in signũ cui contradicetur. Et tuã ipsius animã pertransibit gladius: vt reuelenť ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna pphetissa filia phanuel de tribu aser. Hec pcesserat in diebus multis et vixerat cũ viro suo annis septem: a vginitate sua. Et hec vidua erat vsq ad annos octogintaquattuor: que non discedebat de tẽplo ieiunijs ꝛ orationibus seruiẽs deo die ac nocte. Et hec ipsa hora supueniẽs confitebatur domino: et loquebať de illo omnibus qui expectabant redẽptionẽ israel. Et vt pfecerũt oĩa scdm legẽ dñi/reuersi sũt in galileam in ciuitatẽ suam nazareth. Puer autem crescebat et cõfortabatur: plenus sapientia. Et gratia dei: erat in illo. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui non cõmouebitur parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusq susceptis: et celestibus nos munda mysterijs. ꝛ cleměter exaudi. Per Prefatio. Quia per icarnati. et Cõmunicãtes. Coĩo. Tolle puerum et matrem eius et vade in terram iuda. defuncti enim sunt qui querebant animam pueri. Postcõmunio.

Presta quesumus domine deus noster/vt qui natiuitatem domini nr̃i iesu christi nos frequentare gaudem⁹: dignis cõuersationibus ad eius peruenire mereamur consortium. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia. ꝛc.



In fes. circũcisiõis dñi. Introi.



Puer nat⁹ est nobis et filius datus est nobis cuius imperiũ super humerũ ei⁹ et vocabitur nomen ei⁹ magni consilij angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauũ: fac quesum⁹ eius nos perpetua diuinitate muniri / cui⁹ sumus carnali cõmertio reparati. Qui tecum. Ad tytum. ij.

Apparuit gratia dei et saluatoris nostri omnibus hoĩbus erudiẽs nos: vt abnegantes impietatẽ et secularia desideria / sobrie et iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo: expectantes beatam spem et aduẽtũ glorie magni dei et saluatoris nr̃i iesu christi. Qui dedit semetipsũ pro nobis: vt nos redimeret ab omĩ iniqtate / ꝛ mũdaret sibi populũ acceptabilem: sectatorem bonorũ operũ. Hec loquere et exhortare. In christo iesu: dño nostro. ℟. Viderunt oẽs fines terre salutare dei nostri iubilate deo omĩs terra. ℣. Notũ fecit dñs salutare suum: ante conspectũ gentiũ reuelauit iustitiam suam. Alla. ℣. Multipharie olim deus loquẽs patribus in prophetis nouissime diebus istis locut⁹ est nobis in filio suo. Prosa. Letabũdus. vt s. fo. xij. Scd̃m Lucam. ij.



In illo tpe Postq̃ cõsummati sũt dies octo: vt circũcideret puer: vocatum est nomẽ ei⁹ iesus. Quod vocatũ est ab angelo: priusq̃ in vtero cõciperetur. Credo. Offer. Tui sunt celi ꝛ tua est terra / orbem terrarum ꝛ plenitudinẽ eius tu fundasti: iustitia et iudiciũ ꝑparatio sedis tue. Oro

Presta quesum⁹ dñe vt per hec munera que dñi nostri iesu christi archane natiuitat̃ mysterio gerimus: purificate mẽtis intelligentiã consequamur. Per eundẽ dñm nostrũ iesum christũ.

Prefatio. Quia per icarnati. et Cõicantes. Cõio. Viderũt oẽs fines terre salutare dei nostri. Postcõio.

Presta quesumus domine / vt qđ saluatoris nostri iterata solennitate suscepimus: perpetue nobis redemptiõis cõferat medicinam. Per eundem.

¶ In octabis sancti stephani ꝛ sancti iohannis et sanctorum innocentium totum officium sicut in die festi eorum ¶ In vigi. epy. Introit⁹

Lux fulgebit hodie sup nos / quia natus est nobis dominus: et vocabitur admirabilis deus: princeps pacis: pater futuri seculi / cuius regni non erit finis. ps. Dominus regnauit decorem idutus est: indutus est dominus fortitudinem ꝛ precinxit se. Gloria patri. Oratio.

Corda nostra quesum⁹ domine venture solennitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus: et perueniamus ad patriã claritatis eterne. Per dñm nostrum iesum christum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti de⁹. ꝛc. ¶ Lectio epl'e beati petri apostoli. Ad Tytũ iij.

Apparuit benignitas ꝛ humanitas: saluatoris nostri dei. Non ex operibus iusticie que fecim⁹ nos: sed scdm suã misericordiam saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis ꝛ renouationis spiritus sancti: quẽ effudit in nos abunde. per iesum christum saluatorẽ nostrũ. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus: scdm spem vite eterne. In christo iesu: domio nostro. ℟. Benedict⁹ qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. ℣. A domino factum est: ꝛ est mirabile in oculis nostris. Alleluya. ℣ Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem / et precinxit se virtute.

Secundum Matheum. ij.



In illo tẽpore. Defuncto herode: ecce apparuit angelus domini in sõnis ioseph dicens. Surge / et accipe puerũ et matrem eius / ꝛ vade in terram israel. Defuncti enim sunt: qui querebant animã pueri. Qui consurgens: accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israel. Audiens autem ꝙ archelaus regnaret ĩ iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et ammonitus in somnis: secessit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitatem: que vocatur nazareth. vt adimpleret̃ qđ dictum est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur. Offr. Deus enim firmauit orbem terre: qui non cõmouebitur. parata sedes tua de⁹ extunc a seculo tu es. Secreta.

Tribue quesum⁹ domine: vt eum presentib⁹ immolemus sacrificijs et sumam⁹ / quẽ venture solennitatis pia munera preloquuntur iesum christũ dñm nostrũ. Qui te. Cõio. Tolle puerum et matrem eius et vade in terram iuda. defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcõio.

Illumina quesum⁹ domine populum tuum. et splendore gratie tue cor eius semper accẽde. vt saluatoris mũdi stella famulante manifestata natiuitas / mẽtib⁹ eorum ꝛ reuelet̃ sẽp ꝛ crescat.

Per eundem dominũ nostrum iesum christũ filiũ tuũ Qui tecũ. ℞
¶ In die epyphanie legit̃ genealogia post ix. ℞m



Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euangelii secundum Lucam. ℞ iij.

Gloria tibi domine.

Factũ est cũ baptizaretur omnis populus: et iesu baptizato et orante apertum est celum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de celo facta est: tu es filius meus dilectus in te complacui michi. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorum triginta vt putabatur filius ioseph. Qui fuit hely. Qui fuit mathat. Qui fuit leui.

Qui fuit melchi. Qui fuit iamne. Qui fu it ioseph. Qui fuit mathathie. Qui fu-it amos. Qui fu it naum. Qui fu it esly. Qui fu it nagge. Qui fuit mathat. Qui fu it matha thie. Qui fuit semei. Qui fu it io seph. Qui fu it iuda. Qui fu it iohanna. Qui fuit re-

sa. Qui fu it zorobabel. Qui fu it salathiel. Qui fu it ne ri. Qui fuit melchi. Qui fuit addi. Qui fu it co san. Qui fuit helmodan. Qui fu it her. Qui fu it ie su. Qui fu it eli ezer. Qui fu it iorim. Qui fu-it ma that. Qui fuit leui. Qui fuit symeon. Qui fu-

it iu da. Qui fuit ioseph. Qui fuit iona. Qui fuit ely-a chim. Qui fu it melcha. Qui fu it menna. Qui fuit mathatha. Qui fuit na-than. Qui fuit dauid. Qui fu it iei se. Qui fuit obeth. Qui fuit booz. Qui fuit sal-mon. Qui fu it naason. Qui fu it aminadab. Qui fu it

a ram. Qui fuit esrom. Qui fuit phares. Qui fuit iu de. Qui fuit iacob. Qui fuit ysaac. Qui fuit abrahe. Qui fuit thare. Qui fu it nachor. Qui fuit seruch. Qui fuit ra gau. Qui fuit phalech. Qui fu it he ber. Qui fuit sale. Qui fuit cainam. Qui fuit arfa-xat. Qui fu it sem. Qui fu-

it noe. Qui fuit la mech.

Qui fuit mathusale. Qui fuit

enoch. Qui fu it ia red.

Qui fuit malalehel. Qui fuit cai

nam. Qui fuit e nos. Qui

fu it seth. Qui fu it adam

Qui fu it de i. Jesus an-

tem plenus spiritu sancto: re-

gressus est a iordane.

Te deum laudamus.

Hoc dicto statim dicitur cum residuo matutinarum.



In die epyphanie. Introitus.



Ecce aduenit dominator dominus et regnum in manu eius et potestas et imperium. Ps. Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Gloria patri. Kyrie fons bonitatis.

Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propicius. vt qui iam te ex fide cognouimus: vsque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem dominum

Lectio isaye prophete. lx.

Surge illuminare hierusalem quia venit lumen tuum: et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram: et ca-

ligo populos. Super te autē orietur dominus: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti cōgregati sunt venerūt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere surgent. Tunc videbis et afflues: et mirabitur ꝛ dilatabitur cor tuum: quādo conuersa fuerit ad te multitudo maris. fortitudo gētium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madyan et effa. Omnes de sabba venient: aurum et thus deferentes: et laudem dño annunciātes.

℟. Omnes de sabba venient aurum et thus deferentes: ꝛ laudem domino annūciantes. ℣. Surge et illuminare hierusalem quia gloria domini super te orta est. Alleluya. ℣. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Prosa.

Epyphaniam dño canamus gloriosam. Qua prolem deivere magi adorant. Immensam caldei perseqꝫ cuius venerantur potentiā. Quē cūcti propheteventurū cecinere gentes ad saluandas. Cuius maiestas ita est inclinata / vt assumeret serui formam. Ante secula qui deus ꝛ tēpora / homo factus est in mariam. Balaam de quo vaticinans exibit ex iacob rutilans / inquit stella. Et confringet ducum agmina: regionis moab maxima potētia. Huic magi munera deferūt preclara / aurū simul thus et myrrham. Thure deum predicant auro regem magnum / hominē mortalem myrrha. In somnis hos monet angelus / ne redeāt ad regem commotū propter regna. Pauebat etenim nimium regē natum / verens amittere regni iura. Magi stella sibi micante preuia. Pergunt alacres itinera patriam que eos ducebat ad propriam / linquentes herodis mādata. Qui percussus corda nimiū preira. Extimplo mādat eludia magica non linqui taliter impunita / sed mox priuari eos vita. Omnis nunc caterua tinnulū iungat laudibus organi neuma. Mystice offerens regi regum christo munera preciosa. Poscens vt per orbē regna omnia protegat / in secula sempiterna. Amen.

Secundum Matheum. ij.



Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi venerunt ab oriente hierosolymā dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriēte: et venimus adorare eum. Audiēs autem herodes rex turbatus est: et omnis hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum. et scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceret. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetā dicentē. Et tu bethleē terra iuda: nequaqꝫ minima es in principibus iuda. Ex te enim

exiet dux: qui regat populũ meũ israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligẽter didicit ab eis tẽpus stelle que apparuit eis. Et mittens eos in bethleẽ: dixit. Ite et iterrogate diligenter de puero: et cum inueneritis renũciate michi: vt et ego veniens adorẽ eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam viderãt in oriẽte: antecedebat eos vsq₃ dũ veniẽs staret sup͂ ubi erat puer. Uidentes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ / inuenerũt puerũ cũ maria matre eius. Et pcidẽtes adorauerũt eũ. Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera. Aurum / thus / et myrrham. Et respõso accepto in somnis ne redirent ad herodẽ: per aliã viã reuersi sũt in regionẽ suam. Credo. Offr. Reges tharsis et insule munera offerent / reges arabum et sabba dona adducent. et adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. Secreta. Ecclesie tue quesumus dñe dona ppicius intuere: quibus non iam aurum thus et myrrha profertur: sed quod eisdẽ muneribus declaratur / immolatur / et sumitur. Qui tecum. Prefatio Quia cũ vnigenit⁹. Infra actionem. Cõmunicantes et diẽ. Cõio Uidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominũ Presta quesu- Postcõio. mus omnipotens deus. vt que solenni celebram⁹ officio / purificate mentis intelligentia consequamur. Per dominũ nostrũ iesum christum. Dñica ifra octanas epyphanie. Introitus. In excelso throno vidi sedere virum quẽ adorat multitudo angelorum psallentes in vnũ / ecce cui⁹ imperij numen est ineternum. ps. Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Gloria in excelsis dicit per omnes octanas et Credo. Oratio. Uota quesum⁹ domine populi tui supplicantis: celesti pietate prosequere. vt que agẽda sunt videant: et adiplenda que viderint conualescant. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Ad Romanos. xij. Fratres. Obsecro vos per misericordiã dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam deo placentem: rationabile obsequium vestrum. Et nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis que sit voluntas dei bona et beneplacens: ⁊ perfecta. Dico enim per gratiam que data est michi omnibus qui sunt inter vos. non plus sapere / quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiq₃ sicut deus diuisit mensurã fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autẽ mẽbra nõ eundẽ actum habẽt: ita multi vnũ corpus sum⁹ in christo. Singuli autẽ alter alterius membra. In christo iesu: domino nr̃o. Rm Benedictus dominus deus israel: qui facis mirabilia magna solus a seculo. V. Suscipiant mõtes pacẽ populo tuo

et colles iustitiam. Alleluya. v. Iubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. Prosa. Epyphaniam. vts fo. xix. Scdm Lucam. ij.



In illo tpe Cu fact⁹ esset iesus anno duodecim: ascedetibus illis hierosolymam/ scdm cosuetudine diei festi. Cosummatisqz dieb⁹ cu rediret/ remasit puer iesus in hierusale: et no cognouerut paretes ei⁹ Existimantes aute illum in comitatu esse: venerut iter diei/ et requirebant eum inter cognatos et notos. Et no inuenietes/ regressi sunt in hierusalem: requirentes eum. Et factum est post triduu: inuenerunt illu in teplo sedentem in medio doctoru/ audiente illos: et iterrogante. Stupebat aute oes qui eum audiebant: sup prudetia et responsis eius. Et videtes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illu. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis? Nesciebatis qa in his que patris mei sunt: oportet me esse? Et ipsi no intellexerunt verbu quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis et venit nazareth: et erat subdit⁹ illis. Et mater eius coseruabat omia verba hec/ conferens in corde suo. Et iesus proficiebat sapietia etate et gratia: apud deum et hoies. Credo. Offer. Iubilate deo ois terra iubilate deo ois terra: seruite domino in letitia. itrate in ↄspectu eius in exultatioe: quia dns ipse est deus. Secreta.

Oblatu tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per d. Prefatio. Quia cum vnigenitus. et Comunicantes. Coio. Fili quid fecisti nobis sic? ego et pater tuus doletes querebam⁹ te: et quid est quod me querebatis. nesciebatis quia in his que patris mei sunt: oportet me esse. Postcomunio.

Supplices te rogamus omnipotes deus/ vt quos tuis reficis sacrametis. tibi etia placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per dominu nostrum.

¶ Fer. iiij. Epla ad Romanos iij

Fratres. Scimus quonia quecuqz lex loquit: his qui sunt in lege loquit. vt omne os obstruatur/ et subditus fiat ois mundus deo. Quia ex operibus legis: non iustificabit ois caro coram illo. Per legem eni agnitio peccati Nuc aut sine lege iustitia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Iustitia aute dei: per fidem iesu christi: in oes et sup omnes qui credunt in eum. Non est eni distinctio. Oes enim peccauerunt: et egent gloria dei. iustificati gratis per gratia ipsius: per redemptione que est in christo iesu: que pposuit deus propiciatore per fidem et sanguine ipsius ad ostensionem iusticie sue. propter remissione precedentiu delictoru in sustentatione dei: ad ostensione iusticie eius in hoc tepore. vt sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est iesu christi domini nostri.

Secundum Johannem. primo.

In illo tēpore. Uidit iohannes iesum venientē ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi post me veniet vir qui ante me factus est/ quia prior me erat: et ego nesciebā eum. Sed vt manifesteē in israel: ꝑpterea veni ego ī aqua baptizans et testimoniū ꝑhibuit iohānes dicens. Quia vidi spiritū descendentē quasi columbā de celo: ⁊ māsit sup eum. Et ego nesciebam eū. Sed qui misit me baptizare in aqua ille michi dixit. Sup quem videris spiritū descendentē et manētē sup eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimoniū ꝑhibui: q̄a hic est filius dei. ℭ Fer. vj. Lec. epl'e beati petri apostoli. ij. i.

Carissimi. Nō indoctas fabulas secuti: notā fecimus vobis dñi nostri iesu christi virtutem et prescientiā: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre gloriā ⁊ honorē: voce delapsa ad eum huiuscemodi: a magnifica gloria. Hic est filius meus dilect⁹ in quo michi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuim⁹ de celo allatam: cum essemus cū ipso in monte sancto. Et habemus firmiorē propheticū sermonē. cui bñfacitis attendētes quasi lucerne in caliginoso loco: donec dies illucescat/ ⁊ lucifer oriatur in cordibus vestris. Hoc primum intelligentes: ꝙ omnis ꝓphetia vel scriptura/ propria interpretatiōe nō fit. Non eni volūtate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto īspirati. locuti sunt sancti dei hoīes. Scdm Lucā iij.

In illo tpe. Existimante populo et cogitātibus oībus in cordibus suis de iohāne: ne forte ipse esset christ⁹. Respōdit iohānes dicens omibus. Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autē fortior me/ cuius nō sum dign⁹ soluere corrigiam calciamentorū eius Ipse vos baptizabit in spiritu sācto ⁊ igne. Cuius ventilabrum in manu eius. et purgabit aream suam: ⁊ congregabit triticū in horreum suū: paleas autē suas cōburet igne iextinguibili. Multa quidem et alia exhortans: euāgelizabat populo. Herodes autē tetrarcha cū corriperet ab illo de herodiade vxore fratris sui/ ⁊ de oībus malis que fecit herodes: adiecit ⁊ hoc supra omnia/ ⁊ inclusit iohannem in carcerē. Factū est autē cū baptizaretur omis populus ⁊ iesu baptizato et orāte apertū est celum. Et descēdit spirit⁹ sanct⁹ corporali specie/ sicut colūba in ipsū. Et vox de celo facta est. Tu es filius meus dilectus/ in te complacuit michi. ℭ In octauis epyphanie Ad missam. Introitus.

Ecce aduenit dominator dominus ⁊ regnū in manu eius. ⁊ potestas et imperium. ps. Deus iudiciū tuū regi da et iustitiā tuā filio regis. Gloria in excelis dr p oēs octa. et Credo. Oro.

Deus cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit presta q̄s: vt per eū quē similem nobis foris agnouim⁹:

itus reformari mereamur. Qui tecum. Lectio ysaie pphete. xij.

Domine deus meus hono-rificabo te / laudẽ tribuã noĩ tuo qui facis mirabiles res: cõsiliũ tuũ ãtiquũ verũ fiat. Dñe excelsum est brachiũ tuũ: de⁹ sabbaoth corona spei que ornata est gloria. Exultet desertũ: et exultẽt solitudines iordanis. Et populus me⁹ videbit altitudinẽ dñi: ⁊ maiestatẽ dei: et erit cõgregat⁹ et redẽptus per deũ. Et veniet in syon cum letitia / ⁊ letitia sempiterna: sup caput eius laus et exultatio. Et aperiã in montib⁹ flumina / in irriguis cãpis fontes disrũpam: et terrã sitientẽ sine aqua confundam. Ecce puer meus exaltabit ⁊ eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fõtibus saluatoris: et dicetis in illa die cõfitemini dño: ⁊ inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius. Cantate dño qa mirabilia fecit: annũciate hoc in vniuersa terra. Dicit dñs: omps. ℞. Oẽs de sabba venient / aurũ ⁊ thus deferentes: ⁊ laudẽ dño annũciantes. ℣. Surge ⁊ illuminare hierusalẽ: quia gloria dñi sup te orta est. Alla. ℣⁹. Uidimus stellã eius in oriẽte: ⁊ venim⁹ cũ muneríb⁹ adorare dñz. Scdʒ matheũ. iij



In illo tpe Uenit ies⁹ a galilea in iordanẽ ad iohãnẽ / vt baptizaretur ab eo. Johãnes autez phibebat eum dicẽs. Ego a te debeo baptizari. et tu venis ad me? Respõdẽs autem iesus dixit ei. Sine modo. Sic eni decet nos implere oẽm iustitiã. Tunc dimisit eũ. Baptizatus autem iesus: ascẽdit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi. Et vidit spiritũ dei descendentẽ sicut colũbã: et veniẽtẽ supra se. Et ecce vox de celo dicẽs. Hic est fili⁹ meus dilectus: in quo michi bene complacui. Offr. Reges tharsis et isule munera offerent: reges arabũ et sabba dona adducent et adorabũt eum omnes reges terre oẽs gẽtes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi dñe pro nati filij tui apparitiõe deferim⁹ suppliciter exorantes / vt sicut ipse nostrorum est auctor munerũ. sic ipse sit misericors et susceptor: iesus christus filius tuus dñs noster. Qui te. Prefatio. Quia cũ vnigenitus. ⁊ Communicantes. Cõio. Uidim⁹ stellã ei⁹ i oriẽte: ⁊ venimus cũ mũerib⁹ adorare dñm. Postcõ.

Celesti lumine qsumus dñe nos semp et vbiq3 preueni. vt mysteriũ cuius nos participes esse voluisti / et puro cernamus intuitu: ⁊ digno percipiam⁹ effectu Per dñm. ¶ Dñica prima post octa. epyphanie dñi. Introitus.



Omnis terra adoret te de⁹ ⁊ psallat tibi: psalmum dicat noĩ tuo altissime. Ps. Jubilate deo omnis terra / psalmũ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Gloria patri et filio. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: qui celestia simul ⁊ terrena moderaris / supplicationes populi tui clemẽter exaudi: et pacẽ tuã

nostris concede temporibus. Per dñm nostrũ. Ad Romanos. xij.

Fratres. Habẽtes donationes: scd̃m gratiã que data est nobis differentes. Siue pphetiam scd̃m rationẽ fidei. Siue ministeriũ in ministrãdo: Siue qui docet in doctrina: Qui exhortat: in exhortãdo: Qui tribuit: in simplicitate: Qui preest: in solicitudine: Qui miseretur: i hylaritate: Dilectio: sine simulatione: Odiẽtes malũ: adherẽtes bono. Caritatem fraternitatis: inuicẽ diligẽtes. Honore inuicẽ preuenientes. Solicitudine nõ pigri: spiritu feruentes. dño seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes Orationi instãtes: necessitatibus sanctorũ cõmunicãtes. Hospitalitatem sectãtes. Bñdicite psequẽtibus vos: bñdicite ꝛ nolite maledicere. Gaudere cũ gaudẽtibus: flere cum flẽtibus. Idipsum inuicem sentiẽtes. non alta sapientes sed humilib⁹ cõsentiẽtes. ℟. Misit dñs verbũ suũ ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de iteritu eorum. ℣. Cõfiteant dño misericordie eius: ꝛ mirabilia eius filijs hominũ. Alleluya. ℣. Laudate dominum oẽs gentes: ꝛ collaudate eũ omnes populi. Scd̃m Johannem. ij.



In illo tpe Nuptie facte sũt in chana galilee ꝛ erat mat iesu ibi. Uocat⁹ est aũt iesus ꝛ discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiente vino dixit mater iesu ad eum. Uinũ non habent. Et dixit ei iesus. Quid michi et tibi est mulier: Nondum venit hora mea. Dixit mater ei⁹ ministris. Quodcũq3 dixerit vobis: facite. Erãt autẽ ibi lapidee ydrie sex posite / scd̃m purificationẽ iudeorum: capientes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus. Implete ydrias aqua. Et impleuerunt eas: vsq3 ad summum. Et dixit eis iesus. Haurite nũc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autẽ gustauit architrin⁹ aquã vinum factũ: et non sciebat vnde esset. Ministri autem sciebãt qui hauserant aquã. Uocat spõsum architriclinus: et dicit ei. Ois homo primũ bonũ vinũ ponit: et cũ inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Tu autẽ bonũ vinũ seruasti: vsq3 adhuc. Hoc fecit iesus initiũ signorũ in chana galilee: ꝛ manifestauit gloriã suã. Et crediderunt in eũ discipuli eius. Offer.

Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra psalmum dicite nomini eius / venite et audite: et narrabo vobis omnes qui timetis deum: quãta fecit dñs anime mee alleluya. Secreta.

Oblata tibi domine munera sanctifica: nosq3 a peccatorum nostrorũ maculis emũda. Per dñm. Cõio. Dixit domin⁹ implete ydrias aqua / et ferte architrino: dũ gustasset architriclin⁹ aquã vinũ factũ / dicit sponso. seruasti vinũ bonũ vsq3 adhuc: hoc signũ fecit iesus primum: coram discipulis suis. Postcõio.

Augeatur in nobis domine q̃s tue v̾tutis operatio / vt diuinis vegetati sacramentis. ad eorum promissa capienda tuo

munere preparemur. Per dominum nostrum iesum. ¶ Feria quarta. ad Collocenses. j.

Fratres. Audistis dispensationem dei que data est michi in vobis. vt impleã verbũ dei. Mysterium quod absconditum fuit a seculis et a generationibus / nunc autem manifestatũ est sanctis eius: quibus voluit dominus notas facere diuitias glorie sacramẽti huius in gentibus quod est christ⁹ in vobis spes glorie. quem nos annunciamus corripiẽtes omnem hominem: ⁊ docentes in omni sapientia. vt exhibeamus omnem hominem perfectum. In christo iesu: domino nostro. Secundum Lucam. iiij.

In illo tempore. Egressus est iesus in virtute spiritus in galileam: et fama exijt per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: et magnificabatur ab omibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus et intrauit scḋm consuetudinem suam die sabbati in synagogam. Et surrexit legere: et traditus est illi liber isaye prophete. Et vt reuoluit librum: inuenit locum vbi scriptum erat. Spiritus domini super me: ꝑpter q̄ vnxit me: euãgelizare pauperibus misit me. Sanare contritos corde: et predicare captiuis remissionem: et cecis visum. Dimittere confractos in remissionẽ: ꝑdicare annũ dñi acceptũ. et diẽ retributiõis. Et cũ plicuisset librum: reddidit ministro et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos Quia hodie ipleta est hec scriptura: in auribus vestris. Et omẽs testimonium illi dabant: ⁊ mirabãtur in verbis gratie: que procedebant de ore ipsius. ¶ Feria sexta. Ad Tymotheum. primo.

Carissime. Fidelis sermo et omni acceptione dign⁹: q̄a christus iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. quorum primus ego sum. Et ideo misericordiam cõsecutus sum. vt in me primo ostenderet christus iesus omnẽ patiẽtiã / ad iformationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternã. Regi autem seculorum immortali inuisibili soli deo honor et gloria: in secula seculorũ amen. Scḋm Marcũ. vj.

In illo tẽpore. Uenit iesus in patriam suã: et sequebãtur illum discipuli sui: ⁊ facto sabbato cepit i synagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia: et que est sapientia que data est illi. et virtutes tales que per manus eius efficiunt. Nonne hic est fabri filius et marie: frater iacobi et ioseph et iude et symonis? Nonne ⁊ sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis iesus. Quia nõ est propheta sine honore / nisi in patria sua ⁊ in domo sua / et in cognatiõe sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllã facere: nisi paucos ifirmos iposititis manib⁹ curauit. Et mirabatur ꝑpter incredulitatem illorum. ¶ Dominica.ij.post octa.epy. Introitus.


Dorate deũ oĩes angeli eius: audiuit ⁊ letata est syon ⁊ exultauerunt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: infirmitatem nostrã ꝓpicius respice/ atq; ad protegẽdum nos dexterã tue maiestatis extẽde. Per dominũ. Ad Romanos. xij.

Fratres. Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos/ nulli malum pro malo reddẽtes. Prouidentes bona/ non tantũ coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Sed si fieri potest quod ex vobis est: cum oĩbus hoĩbus pacem habentes. Non vosmetipsos defendẽtes carissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est enim. Mihi vindictã: ⁊ ego retribuã dicit dñs Sed si esurierit inimicus tuus. ciba illũ. Si sitit: potũ da illi. Hoc eñi faciẽs: carbones ignis cõgeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malũ. R. Timebunt gẽtes nomẽ tuũ dñe: ⁊ oẽs reges terre gloriã tuã. V. Qm̃ edificauit dñs syõ et videbitur in maiestate sua. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Scd̃m Matheum. viij.



In illo tpe Cũ descẽdisset iesus de mõte: secute sunt eũ turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eũ dicẽs. Domine si vis potes me mũdare. Et extendẽs manũ: tetigit eum dicẽs. Volo mundare. Et cõfestim mũdata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris sed vade ostende te sacerdoti/ ⁊ offer munus tuũ quod ꝓcepit moyses: in testimoniũ illis. Cũ autem introisset capharnaũ: accessit ad eum centurio rogãs eũ: ⁊ dicens. Dñe: puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniã et curabo eum. Et respõdẽs cẽturio ait. Domine/ nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ: sed tantũ dic verbo/ et sanabitur puer meus. Nã et ego homo sum sub potestate constitutus habẽs sub me milites Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: ⁊ venit. Et seruo meo fac hoc/ et facit. Audiẽs autẽ iesus miratus est: et sequẽtibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantã fidẽ in israel. Dico autẽ vobis q multi ab oriente et occidente veniẽt: ⁊ recũbent cũ abrahã et isaac ⁊ iacob in regno celorũ. Filij autẽ regni eijciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentiũ. Et dixit iesus cẽturioni. Vade. et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offr. Dextera domini fecit virtutem/ dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam. ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Hec hostia quesumus domine emũdet nostra delicta ⁊ ad sacrificiũ celebrãdũ subditorũ tibi corpora menteq; sanctificet. Per dñm. Cõio. Mirabant oẽs de his que ꝓcedebãt de ore dei. Postcõio.

Quos tantis domine largiris uti mysterijs. psta quesumus vt effectib⁹ nos eorum veraciter aptare digneris. Per dominū

Feria.iiij. ad Hebreos. iij.

Fratres. Considerate apostolum et pōtificem cōfessionis nostre iesum/ qui fidelis est ei qui fecit illum: sicut et moyses in omni domo illius. Amplioris autē glorie iste pre moyse dignus est habitus: quāto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omis nāq domus: fabricatur ab aliquo. Qui autem creauit oīa: deus est. Et moyses quidē fidelis erat in tota domo ei⁹: tāq famulus in testimoniū eorū que dicenda erāt. Christus vero: tāq filius in domo sua. Que dom⁹ sumus nos: si fiduciā et gloriā spei vsq ad finem firmum retineam⁹

Secundum Marcum. primo.

In illo tēpore. Uenit ad iesū leprosus deprecans eum: et genu flexo dixit. Dñe: si vis potes me mūdare. Jesus autem misertus eius. extēdit manū suam. Et tangens eum ait illi. Uolo mūdare. Et cum hoc dixisset/ statim discessit ab eo lepra. et mūdatus est. Et comminatus est ei. Statimq eiecit illum et dixit ei. Uide nemini dixeris: sed vade ostēde te principi sacerdotum: et offer pro emūdatione tua que precepit moyses in testimoniū illis. At ille egressus cepit predicare / et diffamare sermonē. ita vt iam nō posset manifeste in ciuitatem introire. Sed foris in desertis locis esse. Et conueniebant ad eum vndiq.

Feria sexta. Lectio epistole beati iohannis apostoli. ij.

Carissimi. Qui se dicit in luce esse: et fratrē suū odit. in tenebris est vsq adhuc. Qui diligit fratrē suū/ in lumine manet. et scandalū in eo nō est. Qui autem odit fratrē suū/ in tenebris est et in tenebris ambulat et nescit quo eat quoniā tenebre obcecauerūt oculos ei⁹. Scribo vobis filioli: quoniā remittunt vobis peccata propter nomē eius. Scribo vobis patres: quoniā cognouistis eū qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes: quoniā vicistis malignū. Scribo vobis īfantes: quoniam cognouistis patrē. Scribo vobis iuuenes: quoniā fortes estis. Et verbum dei in vobis manet: et vicistis malignū. Scdʒ matheū iiij

In illo tēpore. Circuibat iesus totam galileā docēs in synagogis eorū/ et predicās euangeliū regni/ et sanans oēm lāguorem: et oēm infirmitatē in populo. Et abijt opinio eius: in totā syriam. Et obtulerunt ei oēs male habētes varijs lāguoribus et tormentis oppressos: et qui demonia habebāt et lunaticos et paralyticos: et curauit eos.

Dominica tertia post octa.epy. Introitus.


Adorate deū oēs angeli eius: audiuit et letata est syō/ et exultauerunt filie iude. ps. Domin⁹ regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis ꝯstitutos p humana scis fragilitate non posse sub=

sistere. da nobis salutem mētis et corporis vt ea que pro peccatis nostris patimur. te adiuuāte vincamus. Per. Ad Romanos. xiij.

Fratres. Nemini q̄cq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enī diligit proximū: legem impleuit. Nam nō adulterabis. non occides. nō furaberis. nō falsum testimoniū dices. nō cōcupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mādatū. in hoc verbo instauratur. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operat̄. Plenitudo ergo legis est dilectio. ℟. Timebūt gentes nomen tuū dn̄e: et oēs reges terre gloriam tuā. ℣. Quoniā edificauit dn̄s syon: et videbitur in maiestate sua. Alla ℣. Dn̄s regnauit exultet terra: letentur insule multe. Scd̄m Matheū. viij.



In illo tp̄e Ascendente iesu in nauiculam: secuti sunt eū discipuli eius Et ecce mot⁹ magnus fact⁹ est in mari: ita vt nauicula operiret̄ fluctibus. Erat autē illis: vētus contrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius: ⁊ suscitauerunt eū dicentes. Dn̄e: salua nos perimus. Et dixit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tūc surgens: imperauit ventis et mari: ⁊ facta est tranquillitas magna. Porro hoīes mirati sūt: dicētes. Qualis est hic? Quia venti ⁊ mare obediunt ei. Credo. Offr. Dextera domini fecit virtutem/ dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam. ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Concede quesumus oīps deus: vt huius sacrificij munus oblatū/ fragilitatē nostrā ab omni malo purget semp ⁊ muniat. Per do. Cōio. Mirabant̄ oēs de his que pcedebāt de ore dei. Postcōio.

Munera tua nos deus a delectatiōibus terrenis expediant/ ⁊ celestibus semper instruant alimentis. Per dn̄m nostrū.

¶ Feria. iiij. Ad Romanos. v.

Fratres. Sicut per vnū hominē in hunc mundū peccatū itrauit: et per peccatū mors: ita et in oēs hoīes mors ptransijt. in quo oēs peccauerunt: vsq̄ ad legem enī peccatum erat in mūdo. Peccatū autē nō iputat̄: cū lex nō est. Sed regnauit mors ab adam vsq̄ ad moysen/ etiā in illos q̄ nō peccauerūt in similitudinē preuaricatiōis ade/ q̄ est forma futuri. Sed nō sicut delictū: ita et donū. Nam iudiciū ex vno: in cōdēpnationē. Gratia autē ex multis delictis: in iustificationem.

Secundum Lucam. ix.

In illo tp̄e. Factū est ambulātibus illis in via: dixit qui dā ad iesum. Sequar te: quocūq̄ ieris. Et ait illi iesus. Vulpes foueas habent: et volucres celi nidos: filius autē hoīs nō habet vbi reclinet caput suū. Dixit autē ad alterū. Sequere me. Ille autē dixit. Dn̄e/ permitte mihi primum ire: et sepelire patrē meū. Dixitq̄ ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Tu autē vade: annūcia regnū dei. Et alter ait. Se-

quar te dñe. Sed primũ permitte michi renũciare his que domi sũt Et ait illi iesus. Nemo mittẽs manum suam ad aratrũ et aspiciens retro: aptus est regno dei.

¶ Feria.vi.ad Tymotheũ. ij.f.

Carissime. Noli erubescere testimoniũ dñi nostri neqꝫ me vinctũ eius. sed collabora euãgelio scdm virtutẽ dei: qui nos liberauit et vocauit vocatione sua sancta. Non scdm opera nostra: sed scdm ppositũ suũ et gratiam que data est nobis in christo iesu: ante tẽpora secularia. Manifesta ta est autẽ nũc per illuminationẽ saluatoris nr̃i iesu christi/ qui destruxit quidẽ mortẽ/ illuminauit autem vitam: et incorruptionem per euãgeliũ/ in quo positus sum ego predicator et apostolus et magister gẽtiũ. Ob quã causam: etiam hec patior/ sed nõ confundor. Scio eni cui credidi et certus sum: quia potens est depositũ meũ seruare in illũ diem. Formam habe sanorũ verborũ que a me audisti in fide et dilectione. In christo iesu: domino nostro.

Secundum Marcum. x.

In illo tpe. Offerebant iesu paruulos: vt tangeret eos. Discipuli autẽ: cõminabãt offerẽtibus. Quos cũ videret iesus: indigne tulit et ait ad illos. Sinite paruulos venire ad me: et ne phibueritis eos. Taliũ est eni regnũ dei. Amen dico vobis: quicunqꝫ nõ receperit regnũ dei velut paruulus non intrabit in illud. Et complexans eos et imponens manus super illos: docebat eos.

¶ Dñica.iiij.post oc.epy. Introi.



Adorate deũ omẽs angeli eius: audiuit et letata est syon/ et exultauerunt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Familiã tuam quesumus dñe cõtinua pietate custodi. vt que i sola spe gratie celestis innititur: tua semp ptectione muniatur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omĩa secula seculorum. Amen.

Ad Collocenses. iij.

Fratres. Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie. benignitatem humilitatẽ/ modestiã/ patiẽtiam/ supportãtes inuicẽ: et donãtes vobismetipsis. si quis aduersus aliquem habet querelã sicut et dñs donauit vobis: ita et vos. Super omĩa autem hec caritatẽ habete/ quod est vinculũ pfectiõis. Et pax christi exultet in cordibus vestris: in qua et vos vocati estis in vno corpore et grati estote. Verbũ christi habitet in vobis abũdãter in oĩ sapientia: docentes et commonẽtes vosmetipsos in psalmis/ hymnis/ et canticis spiritalibus: in gratia cantantes in cordibus vestris. In christo iesu: domino nostro. R. Timebunt gẽtes nomẽ tuum domine: et oẽs reges terre gloriã tuã. V. Qm̃ edificauit dñs syon: et videbitur in maiestate sua. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe.

Secundum Matheum. xiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnũ celorũ hoi qui seminauit bonum semen in agro suo. Cũ autẽ dormirent hoies: venit inimicus eius: et supseminauit zizania in medio tritici ꝛ abijt Cũ autẽ creuisset herba ꝛ fecisset fructũ: tũc apparuerũt ꝛ zizania Accedentes autẽ serui patrifamilias: dixerunt ei. Dñe: nõne bonũ semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Uis imus ꝛ colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad messem. Et in tẽpore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizaniam et alligate eam per fasciculos ad comburendũ. Triticũ autẽ: congregate in horreũ meum. Offer.

Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam. et narrabo opera dñi. Secreta

Hostias tibi domine placationis offerimus. vt et delicta nostra miseratus absoluas: ꝛ nutãtia corda tu dirigas. Per do.

Cõio. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Postcõio.

Quesumus oĩpotens deus: vt illiꝰ salutaris capiamꝰ effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominũ nostrum iesum christum filiũ filium tuum. Qui tecum.

¶ Feria. iiij. Ad Romanos. ij.

Fratres. Scimus quoniã iudicium dei est: scdm veritatem in eos qui nequiter agunt. Existimas autẽ hoc o homo qui iudicas eos qui impie agunt et facis ea: quoniam tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius et patientie et longanimitatis contemnis: ignorans quoniam benignitas dei ad penitentiã te adducit? Scdm autem duritiã tuam et cor inpenitens: tibi thesaurizas iram in die ire ꝛ reuelationis iusti iudicij dei. qui reddet vnicuiqꝫ scdm opera sua. His quidem qui scdm patientiam fructũ agunt boni operis: gloriam et honorem et incorruptionẽ querentibus vitam eternã. His autem qui ex contentiõe ꝛ qui nõ acquiescũt veritati credunt autẽ iniquitati: ira et indignatio. tribulatio ꝛ angustia in oẽm aiam hominis operantis malum iudei primũ et greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum.

Secundum Matheum. xiij.

In illo tpe. Accesserũt ad iesum discipuli eius dicẽtes. Edissere nobis parabolam: zizaniorum agri. Qui respõdens: ait. Qui seminat bonum semen: est filius hominis. Ager autẽ est mundus. Bonũ vero semen hij sunt filij regni. zizania autem filij sunt neqꝫ. Inimicus autem qui seminauit ea: est diabolus. Messis vero consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni cõburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos / et colligent de regno eius omnia scandala. et

eos qui faciūt iniqtatē & mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit flet⁹: et stridor dētiū. Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi: audiat.

Feria.vj.ad Romanos. ij.

Fratres. Nō est psonarū acceptio apud deū. Quicūq enī sine lege peccauerūt: sine lege peribūt. Et quicūq in lege peccauerunt. per legē iudicabunt. Nō enī auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabunt. Cū enī gētes que legē nō habent/ naturaliter ea que legis sūt faciūt. eiusmodi legē nō habētes ipsi sibi sunt lex. Qui ostēdūt op⁹ legis scriptū in cordib⁹ suis/ testimoniū reddente illis cōscientia ipsorū/ & inter se inuicē cogitationū accusantiū. aut etiā defendentiū: in die cū iudicabit dñs occulta hoim scdm euāgeliū meū. Per iesū christum dñm. Scdm Marcum. v.

In illo tpe. Uenit iesus trās fretū: in regionē gerasenorum. Et exeūti illi de naui. stati occurrit ei de monumētis homo in spiritu imundo q̄ domiciliū habebat in monumentis: & neq cathenis iam eū quisq potuerat ligare quoniā sepe cōpedibus & cathenis vinct⁹ dirupisset cathenas: et cōpedes cōminuisset. Et nemo poterat eū domare: sed semp nocte ac die in monumētis. & in montibus erat clamās: & ócidēs se lapidib⁹. Uidens autem iesum a longe: cucurrit & adorauit eū. Et clamans voce magna: dixit. Quid michi et tibi iesu fili dei summi? Adiuro te per deum: ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus immūde: ab hoie. Et interrogabat eum Quod tibi nomen est? Et dixit ei. Legio nomen est mihi: quia multi sum⁹. Et deprecabat eum multū: ne se expelleret extra regionē. Erat autem ibi circa montē grex porcorū magnus pascēs: & deprecabant eū spiritus dicētes. Mitte nos in porcos: vt in eos itroeam⁹ Et cōcessit eis statim iesus. Et exeuntes spiritus imundi itroierūt in porcos. Et magno ipetu grex precipitat⁹ est in mare ad duo milia/ et suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos: fugerunt et nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sūt videre quid esset facti. Et veniunt ad iesum et vident illum quia demonio vexabatur. sedentē vestitū et sane mentis: et timuerūt. Et narrauerunt illis que viderant: qualiter factū esset ei qui demoniū habuerat: et de porcis: & rogare ceperunt eū vt discederet de finibus eorū. Cumq ascēdisset nauē cepit illū deprecari qui a demonio vexat⁹ fuerat: vt esset cū illo. Et non pmisit illum: sed ait illi. Uade in domum tuam ad tuos: et annuncia illis quanta tibi dominus fecerit et misertus sit tui. Et abijt et cepit predicare in decapoli/ quanta sibi fecisset iesus: et omnes mirabantur.

Dñica.v.post oc.epy. Introi.



Adorate deū omēs angeli eius: audiuit & letata est syon & exultauerunt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

CONserua populum tuũ deus. et tuo nomini fac deuotum. vt diuinis subiectus officijs et temporalia viriliter / et eterna dona percipiat. Per dñm nostrũ iesum christum filiũ tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus scti deus. Per oĩa secula scło℞.

Lectio epl'e bti iohãnis apł'i. i. iiij.

CArissimi. Omnis qui diligit fratrẽ suũ: ex deo natus est ꝛ cognoscit deum. Qui autem non diligit fratrem suum non habet caritatem: et nõ nouit deum. quoniam deus caritas est. Et ex hoc apparuit caritas dei in nobis quoniã filium suũ vnigenitũ misit deus in mundũ / vt viuam⁹ per eum. In hoc est caritas: non quasi nos dilexerimus deum. sed quoniam ipse dilexit nos: ꝛ misit filiũ suum propiciationẽ pro peccatis nostris. Carissimi si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnq̃. Si diligamus inuicẽ / deus in nobis manet: et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus: quoniam in eo manem⁹ / et ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidim⁹ et testificamur: quoniam pater misit filium suum saluatorẽ mundi Quisquis confessus fuerit / quoniam iesus est filius dei. de⁹ in eo manet: et ipse in deo. Grn. Timebunt gentes nomen tuum domine: ꝛ omnes reges terre gloriã tuam. V. Quoniã edificauit dominus syon: et videbitur in maiestate sua. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe.

Secundum Marcum. vi.



IN illo tpe Cũ esset sero factũ: erat nauis in medio mari: et iesus solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enĩ ventus contrarius eis. Et circa quartã vigiliam noctis / venit ad eos ambulans super mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulãtem supra mare: putauerunt fantasma esse: et exclamauerũt. Omnes enĩ viderunt eum: et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: ꝛ dixit illis. Confidite / ego sum: nolite timere. Et ascẽdit ad illos in nauẽ: et cessauit vẽtus: ꝛ plus magis intra se stupebant. Non enĩ intellexerãt de panib⁹. Erat enĩ cor eorũ obcecatũ. Et cum trãsfretassent venerunt in terrã genazareth: et applicuerũt. Cumq̃ egressi essent de naui ꝯtinuo cognouerũt eũ. Et pcurrentes vniuersã regionẽ illã ceperũt in grabat⁹ eos qui se male habebãt circumferre vbi audiebãt eũ esse. Et quocũq̃ introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates / in plateis ponebãt ĩfirmos: ꝛ deprecabanẽ eum / vt vel fimbriã vestimẽti eius tangerẽt. Et quotquot tangebãt eum: salui fiebãt.

Offr. Dextera domini fecit virtutẽ / dextera domini exaltauit me: nõ moriar sed viuam. et narrabo opera domini.

HEc nos oblatio Secreta. deus: mundet quesumus ꝛ renouet: gubernet et protegat.

Per dñm nostrũ iesũ. Cõio. Mi rabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Postcõmunio.

Celestibus dñe pasti delitijs quesumus. vt semper eadẽ per que veraciter viuimus/ appetamus. Per dñm. ¶ Fer. iiij. Lectio eplẽ beati petri apostoli. j. iiij.

Carissimi. Nolite peregrinari in feruore qui ad temptationẽ vobis sit/ quasi noui aliquid vobis contingat: sed cõmunicantes christi passionibus gaudete/ vt et in reuelationem glorie eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine christi beati eritis: quoniã glorie dei spirit⁹ in vobis requiescit. Nemo aũt vestrum patiatur: quasi homicida aut fur: aut maledicus/ aut alienorum appetitor. Si autẽ vt christianus: nõ erubescat. Glorificet autẽ deum in isto nomine: quoniam tẽpus inchoationis iudicium de domo dei. Si autẽ primũ a nobis quis finis eorũ qui nõ credunt dei euangelio. Et si iustus vix saluabitur: ipius et peccator vbi parebunt? Itaqꝫ et hi qui patiuntur scdm voluntatẽ dei: fideli creatori commendant animas suas: in bñfactis. Scdm Johannem. vj.

In illo tpe. Cũ sero factum esset descenderũt discipuli iesu ad mare. Et cũ ascẽdissent nauim: venerunt trans mare in capharnaũ ⁊ tenebre iã facte erant: et nõ venerat ad eos iesus. Mare autem vento magno flante: exurgebat. Cũ remigassent ergo quasi stadia viginti quinqꝫ aut triginta vidẽt iesũ ambulãtẽ sup mare: et primũ naui fieri: ⁊ timuerunt. Ille aũt dixit eis. Ego sum. Nolite timere. Voluerunt ergo accipere eũ in naui: et statim fuit nauis ad terrã quã ibant. Altera die turba que stabat trans mare vt vidit q̃a nauicula alia nõ erat ibi nisi vna: et q̃a nõ itroisset cũ discipl̃is suis iesus in naui: sed soli discipuli ei⁹ abissent: alie vero supuenerũt naues a tiberiade: iuxta locũ vbi mãducauerant panes gr̃as agentes dño. Cũ ergo vidisset turba q̃a iesus nõ esset ibi neqꝫ discipuli eius: ascẽderũt in nauiculas ⁊ venerũt in capharnaũ querẽtes iesum. Et cũ iuenissent eũ trãs mare dixerũt ei. Rabbi: quãdo huc venisti? Respõdit iesus: ⁊ dixit. Amẽ amẽ dico vobis: queritis me non q̃a vidistis signa: sed quia mãducastis ex panib⁹ ⁊ saturati estis. Operamini: nõ cibũ qui perit: sed qui pmanet in vitã eternã quẽ filius hoĩs vobis dabit: hũc autem signauit deus pater. Dixerũt ergo ad eum Quid faciemus vt operemur opa dei? Respondit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eũ quẽ misit ille. ¶ Feria. vj. Lectio epistole beati petri apostoli. j. v.

Carissimi. Obsecro senior et testis xp̃i passionũ: qui et eius que i futuro reuelãda est glorie cõmunicator. Pascite q̃ est in vobis gregẽ dei: puidẽtes nõ coacte sed spõtanee scdm deum/ neqꝫ turpis lucri gratia: sed voluntarie. Neqꝫ vt dominãtes in cleris: sed forma gregis estote ex animo Et cũ apparuerit princeps pastorũ/ pcipiatis imarcessibilẽ glorie

coronã. Sīiliter adolescẽtes subditi estote senioribus. Oẽs autẽ iuicẽ humilitatẽ īsinuate: qa deus superbis resistit: humilibus autẽ dat gratiam. Scdm Lucam. vij.

In illo tpe. Rogabat iesum quidã phariseus / vt mãducaret cum illo. Et igressus domũ pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod iesus accubuisset ī domo pharisei / attulit alabastrum vnguẽti. Et stans retro secus pedes dñi: lachrymis cepit rigare pedes eius & capillis suis tergebat: et osculabat pedes eius / et vnguẽto vngebat. Uidẽs autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicẽs. Hic si esset ppheta: sciret vtiq; que & qualis est mulier que tãgit eum: quia peccatrix est. Et respõdens iesus: dixit ad illũ. Symon. Habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidã feneratori / vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Et respõdens symõ dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit symoni. Uides hãc mulierẽ. Intraui in domũ tuã: aquã pedibus meis non dedisti. Hec autem / lachrymis rigauit pedes meos: & capillis suis tersit. Osculum michi nõ dedisti. Hec autẽ ex quo intraui / non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxisti. Hec autem: vnguẽto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi Remittũt ei peccata multa: quoniam dilexit multũ. ¶ Dominica in septuagesima. Introitus.



Circũdederunt me gemitus mortis / dolores inferni circũdederũt me: & ī tribulatione mea iuocaui dñm et exaudiuit de tẽplo sctõ suo vocẽ meã. Ps. Diligã te domine virtus mea dñs firmamentũ meũ & refugiũ meũ: & liberator meus. Gloria pa. ¶ Nota q̃ a modo vsq; ad pascha non dr Glia in excel. nisi in festis. ix. lec. Oro.

Preces ppli tui q̃s dñe clemẽter exaudi: vt q̃ iuste p peccatis nostris affligimur: pro nois tui glia misericorditer liberemur. Per. Ad Corinthios. j. ix.

Fratres. Nescitis q̃ hij qui in stadio currũt: oẽs quidẽ currũt: sed vnus accipit brauium Sic currite: vt comprehendatis. Oĩs autẽ qui in agone contendit: ab omibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilẽ coronam accipiant: nos autẽ incorruptã. Ego igit sic curro: nõ quasi in incertũ: Sic pugno: non quasi aerẽ verberãs. Sed castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs predicauerim / ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniã pres nri oẽs sub nube fuerũt: & oẽs mare trãsierũt et oẽs in moyse baptizati sunt in nube et in mari. Et oẽs eandẽ escam spiritalẽ mãducauerũt et oẽs eũdem potũ spiritalẽ biberũt. Bibebãt autẽ de spiritali: cõsequẽte eos petra. Petra autẽ erat christus. R.

Adiutor in opportunitatibus in tribulatione / sperent in te qui nouerunt te: quoniam non derelinquis querentes te domine. V. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit ineternum. exurge domine non preualeat homo. Tractus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. V. Fiant aures tue intendentes: in orationem serui tui V. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? V. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.

Se. Matheum xx



In illo tempore Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro ociosos: et illis dixit. Ite et vos in vineam meam: et quod iustum fuerit dabo vobis Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa vndecimam vero exiit: et inuenit alios stantes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in in vineam meam. Cum sero autem factum esset: dicit dominus vinee procuratori suo. Voca operarios: et redde illis mercedem. incipiens a nouissimis: vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant: acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes. Hii nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei et estus? At ille respondens vni eorum: dixit. Amice. non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est: et vade. Volo autem et huic nouissimo dare: sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Credo. Offr. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Concede nobis misericors deus: et digne tuis semper deseruire altaribus: et eorum perpetua participatione saluari. Per dominum.

Coio. Illumina faciem tuam super seruum tuum: et saluum me fac in tua misericordia domine non confundar: quoniam inuocaui te. Postcom.

Fideles tui deus perpetuis donis firmentur: vt eadem et percipiendo requirant: et querendo sine fine percipiant. Per dominum.

Feria. iiii. epistola ad Hebreos iiii.

Fratres. Festinemus ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim dei sermo et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens vsque ad diuisionem anime ac spiritus. compagum quoque ac medullarum et discretor cogitationum et intentionum cor-

dis. Et nō est vlla creatura inuisi bilis: in conspectu eius. Oia autē nuda et aperta sunt oculis ei⁹/ ad quem nobis sermo. Habētes ergo pontificē magnū: qui penetrauit celos iesum filiū dei: teneam⁹ spei nostre ꝯfessionē. Nō eni habem⁹ pōtificē qui nō possit cōpati infirmitatib⁹ nostris. tētatū autē per oīa. pro similitudine absq; peccato. Adeam⁹ ergo cum fiducia ad thronū gratie ei⁹ vt misericordiā cōsequamur: et gratiā iueniam⁹ in auxilio oportuno. Per iesū christū: dnm nostrū. Scd'z marcū .ix.

In illo tpe. Egressus iesus ibat per galileam: nec volebat quēq; scire. Docebat aūt discipulos suos: et dicebat illis. Quoniam filius hois tradet in man⁹ hoim/ ꝛ occidēt eū. Et occisus/ tertia die resurget. At illi ignorabāt verbū/ ꝛ timebāt eū interrogare Et venerūt capharnaū. Qui cum domi essent/ interrogauit eos. Quid in via tractabat͛s? At illi tacuerūt. Siquidē iter se in via disputauerant: quis esset illorū maior. Et residēs vocauit duodecim. et ait illis. Si quis vult primus esse: erit omniū nouissimis/ ꝛ omnium minister. Et accipiens puerum: statuit eum in medio eorū. Quem cum complexus esset: ait illis. Quisquis vnū ex huiusmodi pueris recepit in nomine meo: me recepit. Et quicunq; me suscipit/ nō me suscipit: sed suscipit eū qui me misit. ¶ Feria .vj. epla vt in dñica ꝑcedēti. Scdm Johā .iij.

In illo tpe. Facta est questio ex discipulis iohānis cū iudeis de purificatiōe: et venerūt ad iohānē: et dixerūt ei. Rabbi: q erat tecū trans iordanē/ cui tu testimoniū perhibuisti: ecce hic baptizat: et oēs veniunt ad eum. Respondit iohānes et dixit eis. Non potest homo accipere quicq;: nisi datum fuerit ei de celo. Ipsi vos michi testimoniū ꝑhibetis. quod dixerim ego nō sum christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi/ qui stat ꝛ audit eum: gaudio gaudet. ꝓpter vocē spōsi. Hoc ergo gaudium meum ipletū est. illū oportet crescere: me aūt minui. Qui de sursum venit: sup oēs est. Qui est de terra de terra est: ꝛ de terra loquit͛. Qui de celo venit: super omnes est: et quod vidit et audiuit/ hoc testat͛. et testimoniū ei⁹ nemo accipit. Qui autem acceperit testimoniū eius signauit: quia deus verax est. Quē eni misit deus: verba dei loquit͛. Nō eni ad mensurā dat deus spiritū. Pater diligit filiū: ꝛ oīa dedit in manu eius. Qui credit in filiū: habet vitā eternā. Qui autē incredulus est filio: nō videbit vitam: sed ira dei/ manet sup eum.

¶ Dominica in lx. Introitus.

Exurge quare obdormis domine exurge ꝛ ne repellas in finem: quare faciē tuā auertis/ obliuisceris tribulationem nostram. adhesit in terra venter noster: exurge domine adiuua nos et libera nos. ps. Deus auribus nostris audiuim⁹: patres nostri annunciauerunt nobis. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus/concede propicius: vt contra omnia aduersa doctoris gentium protectiōe muniamur. Per dn̄m nostrū iesum christum filiū tuum. ℣. Lectio epistole beati pauli apl̄i. Ad Corinthios .ij. xj. et xij.

Paul.

Fratres. Libēter suffertis insipientes: cū sitis ipsi sapientes. Sustinetis eni: si qs vos in seruitutē redigit. si quis deuorat. si quis accipit. si quis extollit si quis in faciem vos cedit. Scd̄m ignobilitatē dico/ quasi nos infirmi fuerim⁹ in hac parte. In quo quis audet. In insipiētia dico: audeo et ego. Hebrei sunt et ego. Israelite sunt et ego. Semen abrahe sunt: et ego. Ministri christi sūt et ego. Vt min⁹ sapiens dico. plus ego. In laborib⁹ plurimis. in carceribus abūdantius. in plagis supra modū: in mortibus frequēter A iudeis quīquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidat⁹ sum/ ter naufragiū feci. Nocte ac die in profundū maris fui. in itinerib⁹ sepe. Periculis fluminum. periculis latronū. periculis ex genere. periculis ex gētibus. periculis in ciuitate. periculis in solitudīe. periculis in mari. periculis in falsis fratribus. In labore et erumna. in vigilijs multis. In fame et siti: in ieiunijs mult. In frigore et nuditate. Preter illa que extrīsecus sunt instātia mea: quotidiana solicitudo omniū ecclesiarū. Quis infirmatur: et ego non infirmor? Quis scandalizat: et ego nō vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus et pater domini nr̄i iesu christi: scit qui est benedictus in secula: quia non mentior. Diuisio. Damasci prepositus gentis arethe regis/ custodiebat ciuitatē damascenorū: vt me cōprehenderet Et per fenestrā dimissus sum in sporta per murū: et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: nō expedit quidē. Veniā autem ad visiones: et reuelationes dn̄i. Scio hoīem in christo ante annos quattuordecim: siue in corpore/ siue extra corpus nescio: deus scit. raptū huiusmodi vsqz ad tertiū celū. Et scio huiusmodi hoīem siue in corpore: siue extra corpus nescio: de⁹ scit. quoniā raptus est in paradisum: et audiuit archana vba que nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. pro me autē nihil nisi in īfirmitatib⁹ meis. Nam et si voluero gloriari: nō ero insipiēs Veritatē eni dicā. Parco autē ne quis me existimet supra id qd̄ videt in me: aut audit aliquid ex me Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane: vt me collaphizet. Propter quod ter dominū rogaui vt discederet a me/ et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficit. Libēter igit gloriabor in infirmitatibus meis. vt inhabitet in me virtus christi. ℟.

Sciant gentes quoniā nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terrā. ℣. Deus me⁹ pone illos vt rotā: et sicut stipulam ante faciē venti. Tractus

Commouisti domine terram et cõturbasti eam. ℣. Sana cõtritiones eius: quia mota est. ℣. Ut fugiant a facie arcus: vt liberentur electi tui.

Secundum Lucam. viij.



In illo tẽpore. Cũ turba plurima conueniret ad iesum: et de ciuitatibus properarent ad eũ / dixit per similitudinẽ. Exijt qui seminat seminare semen suũ. Et dum seminat: aliud cecidit secus viam et cõculcatũ est: et volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã: et natũ aruit / quia non habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terram bonã: et ortum fecit fructũ centuplũ. Hec dicens: clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabãt autẽ eũ discipuli eius: que esset hec parabola. Quib⁹ ipse dixit. Uobis datum est nosse mysteriũ regni dei: ceteris autẽ in parabolis. vt vidẽtes non videant: et audiẽtes nõ intelligant. Est autẽ hec parabola. Semen est verbũ dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt. deinde venit dyabol⁹: et tollit verbum de cordibus eorũ. ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: hi sunt qui cũ audierint. cũ gaudio suscipiũt verbũ: et hi radices non habent. quia ad tẽpus credunt: et in tẽpore tẽptationis recedunt. Quod aũt in spinis cecidit: hi sunt qui audierũt / et a sollicitudinibus / et diuitijs / et voluptatibus vite euntes suffocant: et non referũt fructũ. Quod autẽ in terram bonã: hi sunt qui in corde bono et optimo audiẽtes verbũ retinent / et fructũ afferũt in patiẽtia.

Credo. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis / vt non moueant vestigia mea. inclina aurem tuã et exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperãtes in te dñe. Secre.

Tuere quesumus dñe plebem tuã / et sacrã solẽnitatem gratie celestis largitate psequere / vt visibilibus adiuta solatijs / ad inuisibilia bona prõptius incitetur. Per do. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Postcõio.

Sit nobis quesumus domine sacer cibus potusq salutaris / qui et temporalẽ vitam muniat. et prestet eternam. Per.

¶ Feria.iiij. Ad hebreos. xij.

Fratres. Recogitate dñm iesum christũ: qualem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum cõtradictionẽ: vt nõ fatigemini animis vestris deficiẽtes. Nondũ eni vsq ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnantes: et obliti estis cõsolationis que vobis tãq filijs loquitur dicẽs. Fili mi: noli negligere disciplinam dñi: neq fatigeris dũ ab eo argueris. Quẽ eni diligit deus castigat / flagellat autẽ oẽm filiũ quẽ recipit. In disciplina perseuerate. Tanq filijs vobis se offert deus. Quis eni filius quẽ non corripit pater? Quod si extra discipli

nam estis: cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri et non filij estis. Deinde pr̄es quidē carnis nostre habuim⁹ eruditores ⁊ reuerebamur eos. Non multomagis obtēperabim⁹ patri spirituū: et viuemus. Secundū Matheum. iiij

× Marcum

In illo tp̄e. Docente iesu ad mare: cōgregata est ad eū turba multa ita vt in nauem ascēdens sederet in mari. Et om̄is turba circa mare: sup terrā erat. Et docebat eos in parabolis multa. et dicebat eos in doctrina sua. audite. Exijt seminās ad seminādū. Et dum seminat aliud cecidit circa viam: ⁊ volucres venerunt ⁊ comederūt illud. Aliud vero cecidit supra petrosam vbi nō habuit terram multā / et statim exortū est: quia non habebat altitudinē terre. Et quādo exort⁹ est sol exestuauit. et eo quod nō habebat radicē / exaruit. Et aliud cecidit in spinas et ascenderunt spine. et suffocauerunt illud: et fructū non dedit. Et aliud cecidit in terrā bonā: et dabat fructū ascendentē et crescētē. Et afferebat vnū triginta. et vnū sexaginta. et vnum centū. Et dicebat. Qui habet aures audiēdi: audiat. ¶ Feria. vj. ad Hebreos. xij.

Fratres. Om̄is disciplina in presenti quidē videt̄ non esse gaudij: sed meroris. Postea autē fructū pacatissimū exercitatis: per eā reddet iusticie. Propter quod remissas man⁹ / et soluta genua erigite: et gressus rectos facite pedib⁹ vestris: vt nō claudicās quis erret. magis autē sanet̄. Pacem sequimini cū oibus: ⁊ sanctimoniam / sine qua nemo videbit deum: cōtemplātes / ne quis desit gratia dei. Ne qua radix amaritudinis sursum germinās īpediat: et per illam inquinent̄ multi. Ne quis fornicator aut prophan⁹ vt esau: qui ꝓpter vnā escam vendidit primogenita sua. Scitote enī: quoniā et postea cupiēs hereditare benedictionē: reprobatus est.

Secundum Matheum. xiij.

In illo tp̄e. Exiens iesus de domo / sedebat secus mare. Et cōgregate sunt ad eum turbe multe: ita vt in nauiculā ascēdēs sederet. Et oīs turba stabat in litore: et locutus est eis multa in parabolis dicēs. Ecce exijt qui seminat seminare. Et dum seminat / quedā ceciderūt secus viam: et venerunt volucres / et comederūt ea Alia autē ceciderūt in petrosa vbi non habebant terrā multā: et cōtinuo exorta sunt: quia non habebant altitudinē terre. Sole autē orto estuauerūt: et quia non habebant radicē aruerūt. Alia autem ceciderūt in spinas: ⁊ creuerūt spine: et suffocauerunt ea. Alia vero ceciderunt in terrā bonā: ⁊ dabāt fructū. aliud cētesimū. aliud sexagesimū. aliud tricesimū. Qui habet aures audiendi: audiat. Et accedētes discipuli: dixerūt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondēs: ait eis. Quia vobis datum est nosse mysteriū regni celorum: illis autē nō est datum. Qui enī habet / dabit̄ ei: et abundabit. Qui autē nō habet: ⁊ quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis. quia videntes non vi

dent: ꝛ audiẽtes non audiũt/ neqꝫ intelligũt. Ut impleat in eis pro-phetia ysaie dicẽtis. Auditu audie-tis et nõ intelligetis: ꝛ videntes vi debitis. et nõ videbitis. Incrassa-tum est autẽ cor populi hui⁹: ꝛ au-ribus grauiter audierunt: et ocu-los suos clauserũt. Nequando vi deant oculis et auribus audiant/ et corde intelligant et cõuertant: et sanẽ eos. ¶ Dominica in quin-quagesima. Introitus.

Esto michi in deũ pro tectorem/ et in locũ re fugij: vt saluũ me fa-cias. quoniam firma mentũ meum et refu gium meũ es tu: et propter nomẽ tuum dux michi eris/ et enutries me. Ps. In te dñe speraui non confun-dar ineternum: in iustitia tua libera me. Gloria patri et filio. Oratio.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi. atqꝫ a peccatorũ vinculis absolu-tos: ab omni nos aduersitate cu-stodi. Per dñm nostrũ iesum chri stum. Ad Corinthios. j.xiij.

Fratres. Si linguis hoim loquar et angelorũ: carita tem autẽ nõ habeam. factus sum velut es sonans/ aut cymbalũ tin niens. Et si habuero ꝓphetiam: ꝛ nouerim mysteria oĩa: et oẽm sciẽ tiam: ꝛ habuero omnẽ fidẽ/ ita vt montes transferã: caritatẽ autẽ non habuero: nichil sum. Et si di-stribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas: et si tradidero corpus meum/ ita vt ardeã: cari-tatem autẽ nõ habuero: nichil mi chi prodest. Caritas patiẽs est/ be nigna est. Caritas nõ emulat: nõ agit perperã: nõ inflat: nõ est am bitiosa: non querit que sua sunt. Non irritat: nõ cogitat malũ: nõ gaudet sup iniquitate: cõgaudet autẽ veritati. Omnia suffert: oĩa credit: oĩa sperat: oĩa sustinet. Ca ritas nunqꝫ excidit. Siue ꝓphetie euacuabunt: siue lingue cessabũt siue sciẽtia destruet. Ex parte enĩ cognoscimus: ꝛ ex parte ꝓpheta-mus. Cũ autẽ venerit quod perfe ctum est: euacuabit quod ex par-te est. Cum essem paruul⁹: loque-bar vt paruulus. sapiebam vt par uulus. cogitabam vt paruulus. Quãdo aũt fact⁹ sum vir: euacua ui que erãt paruuli. Videm⁹ nũc per speculũ in enigmate: tũc autẽ facie ad faciem. Nũc cognosco ex parte: tũc autẽ cognoscã sicut ꝛ co gnit⁹ sum. Nũc autẽ manẽt fides spes ꝛ caritas: tria hec. Maior au tẽ horũ: est caritas. ℟. Tu es de⁹ qui facis mirabilia sol⁹: notã fecisti in gẽ tibus ꝟtutẽ tuã. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuũ filios israel et ioseph.

Iubilate deo oĩs Tractus. terra: seruite dño in letitia. ℣. Introite in conspectu eius in exultatiõe: scitote qꝛ dñs ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos ꝛ nõ ipsi nos: nos aũt popul⁹ eius et oues pascue ei⁹. Scdm Lucã xviij.



In illo tpe Assũpsit iesus duodecim discipulos suos et ait illis. Ecce ascendimus hie rosolymã: ꝛ con summabũt om nia que scripta

sunt per prophetas de filio hoīs. Tradetur eni gẽtibus: et illudet/ et flagellabit/ et cõspuet. Et postq̃ flagellauerint occident eum: et die tertia resurget. Et ipsi nichil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebant. Factũ est aũt cũ appropinquaret hierico: cecus quidã sedebat secus viam mendicãs. Et cum audiret turbã pretereuntẽ interrogabat quid hoc esset. Dixerũt autem ei: q̃ iesus nazarenus transiret. Et clamauit: dicens. Jesu fili dauid/ miserere mei. Et qui preibãt: increpabant eum vt taceret. Ipse vero multomagis clamabat. Fili dauid: miserere mei. Stans autẽ iesus: iussit illũ adduci ad se. Et cũ appropinquasset: iterrogauit eũ dicens. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Dñe/ vt videam. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: ⁊ sequebatur illũ magnificãs deum. Et oīs plebs vt vidit: dedit gloriã deo. Credo. Offr. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas. benedictus es domine doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronũciaui omnia iudicia oris tui. Secreta.

Hec hostia dñe q̃s emundet nostra delicta. et ad sacrificium celebrãdum: subditorũ tibi corpora mentesq̃ sanctificet. Per dñm nostrũ. Cõio. Mãducauerũt ⁊ saturati sũt nimis ⁊ desideriũ eorũ attulit eis dñs: nõ sunt fraudati a desiderio suo. Postcõio. Repleti sumus dñe donorũ participatione celestiũ: presta q̃s. vt eadẽ ⁊ sumamus iugiter/ et incessabiliter ambiamus. Per dominũ nostrum.

Feria. iiij. in sacros cineres.

Benedictio cinerum. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: parce metuẽtibus. propiciare supplicibus: et mittere digneris sanctũ angelũ tuũ de celis. qui be✠dicat ⁊ sctificet cineres istos vt sint remediũ salubre omnibus nomen tuũ humiliter iplorãtibus: ac semetipsos per cõscientiã delictorum suorũ accusantibus: ac in conspectu diuine clemẽtie tue/ facinora sua deplorãtibus. vel serenissimã pietatẽ tuam suppliciter obnixeq̃ flagitãtibus: presta que sumus per inuocationẽ sanctissimi noīs tui: vt quicũq̃ eos sup se portauerint vel se aspersèrint pro redẽptione peccatorũ suorũ sanitatem corporis: et animeq̃ tutelã percipiant. Per do. Preces/ orationes/ et absolutio populi sup añ Intret oratio mea. Dicũt septẽ psalmi penitẽtiales: scz Dñe ne in furore. cum alijs. Añ. Intret oratio mea in conspectu tuo domine: inclina aurem tuã ad precem meã. In fine Kyrieleyson. Christe eleysõ. Kyrieleyson. Pat noster. Et ne nos. Sed libera nos. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis dñe auxiliũ de sctõ. ℟. Et de syon tuere eos. ℣. Esto nobis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. Domine exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Adesto dñe supplicationibus nostris/ ⁊ me etiã qui misericordia tua primus indigeo

clemēter exaudi. vt quē nō electione meriti: sed dono gratie tue operis huius cōstituisti ministrum: da fiduciā tui muneris exequēdi/ et ipse in nostro ministerio qđ tue pietatis est operare. Per christū dn̄m nostrū. Alia oratio.

Exaudi dn̄e preces nostras: et confitētiū tibi parce peccatis. vt quos cōsciētie reatus accusat indulgentie tue pietatis absoluat. Per christum. Alia oratio.

PReueniat hos famulos tuos quesum⁹ dn̄e misericordia tua/ vt oēs iniquitates eorū celeri indulgētia deleant. Per christum dn̄m nostrū. Alia oratio.

PResta quesum⁹ dn̄e his famulis tuis penitentie fructum/ vt ecclesie tue sancte: a cui⁹ integritate deuiarant peccando: admissorū reddant innoxij veniā obsequēdo. Per christū. Alia orō.

ADesto dn̄e supplicationibus nostris/ nec sit ab his famulis tuis clemētie tue longinqua miseratio. sana vulnera/ eorumqꝫ peccata remitte. vt nullis a te iniquitatibus separati/ tibi domino semper valeant adherere. Per christū dn̄m nostrū. Alia oratio.

DOmine deus noster qui offensiōe nostra nō vinceris sed satisfactione placaris: respice propici⁹ ad hos famulos tuos qui se tibi peccasse grauiter confitentur: tuū est absolutionē criminū dare/ et veniā prestare peccātibus qui dixisti penitentiā te malle peccatorū ꝙ mortē concede. ergo dn̄e hoc: vt tibi penitētie excubias celebrent: et correctis actib⁹ suis cōferri sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per christum dominum nostrum. Alia oratio.

DEus humani generis benignissime cōditor et misericordissime reformator ꝗ hoīem inuidia diaboli ab eternitate deiectum vnigeniti filij tui sanguine redemisti. viuifica hos famulos tuos quos tibi nullaten⁹ mori desideras: qui nō derelinquis deuios assume correctos. Moueāt pietatem tuā q̄s dn̄e horum famulorum tuorū lachrymosa suspiria. tu eorum medere lāguoribus. tu iacētibus manū porrige salutarē ne ecclesia tua aliqua sui corporis portiōe vastetur. ne grex tuus detrimentū sustineat. ne de familie tue dānis inimicus exultet. Ne renatos lauachro salutari/ mors secūda possideat. Tibi ergo supplices preces tibi fletū cordis effundimus. tu parce cōfitētibus vt sic in hac mortalitate peccata sua defleant: te adiuuante qualiter in tremendi iudicij die sententiā damnationis euadant. vt nesciant qđ terret in tenebris/ quod stridet in flāmis/ atqꝫ ab erroris via ad iter reuersi iusticie/ nequaꝙ vltra vulneribus saucient: sed itegrū atqꝫ ꝑpetuū sit eis quod gratia tua cōtulit: et quod misericordia reformauit. Per eundē. ¶ Finita oratione dicit Confiteor a sacerdote: et populus respōdet Misereat. et Cōfiteor. Quo dicto: sacerdos dicat absolutionē sup populū. Orō.

OMnipotens sempiterne deus: qui beato petro apostolo suo licētiam dedit aīas ligandi

atq̄ soluēdi: ipse vos absoluat ab omni vinculo peccatorū. et q̄tum mee fragilitati permittitur. sitis absoluti ante tribunal dn̄i nostri iesu christi. habeatisq̄ vitam eternam et viuatis in secula seculorū Amen. ¶ Alia absolutio.

Dominus noster iesus christus qui dixit discipulis suis quecunq̄ ligaueritis sup terrā erunt ligata et in celis. et quecūq̄ solueritis super terrā/ erunt soluta ⁊ in celis. De quorum numero q̄uis me indignū et peccatorē ministrum tamen esse voluit. Intercedēte beata dei genitrice maria/ et beato michaele archangelo: et beato petro apostolo cui data est potestas ligandi atq̄ soluendi: et omnibus sanctis. Ipse vos absoluat per ministeriū nostrū ab omnib⁹ peccatis vestris quecūq̄ aut cogitatiōe/ aut locutiōe/ negligēter egistis. atq̄ a vinculis pctōrū vestrorū absolutos perducere dignetur ad regna celorū. Qui cū patre et spiritu sancto viuit et regnat deus. Per om̄ia secula seculorum. Amen. Alia.

Absolutionem et remissionem omniū peccatorū vestrorum pcipere mereamini hic ⁊ ineternū. Amē. ¶ Hec an̄e sequētes dicunt aspergēdo aquā. An̄a.

Exaudi nos domine quoniā benigna est misericordia tua secundū multitudinē miserationū tuarum respice nos domine. ps. Saluū me fac de⁹ quoniam intrauerūt aque: vsq̄ ad animam meam. Gloria patri. Alia an̄. Iuxta vestibulū et altare plorabant sacerdotes et leuite ministri dn̄i et dicent. parce dn̄e parce populo tuo: et ne dissipes ora clamātiū ad te dn̄e. Alia an̄a. Induemur habitu in cinere et cilicio ieiunem⁹ et ploremus ante dn̄m/ quia multū misericors est: dimittere peccata nostra deus noster. Alia an̄a. Propicius esto peccatis nostris domine ꝓpter nomen tuū: nequādo dicant gentes vbi est deus eorum. Alia an̄a. Ecce nunc tēpus acceptabile/ ecce nunc dies salutis operemur bonū: quod precepit dn̄s ⁊ queramus ab eo misericordiam suā: quia clemēs est ad ignoscendū nobis. ¶ His dictis itur ad pcessionem et intrando in ecclesia datur cinis: ⁊ cū imponit a sacerdote in vertice capitis dicit sacerdos.

Memento homo quia cinis es: ⁊ in cinerem reuerteris Puluis es: et in puluerem reuerteris.

¶ Ad missam. Introitus.

Misereris oim̄ domine ⁊ nichil odisti eorū que fecisti dissimulans peccata hominū ꝓpter penitentiam et parcēs illis/ quia tu es dn̄s de⁹ noster. ps. Miserere mei de⁹ miserere mei: quoniā in te cōfidit aīa mea

¶ Nota q̄ per totam xl. ferialib⁹ diebus ante primā orationē dicit Oremus Flectam⁹ genua leuate

Concede nobis Oratio. dn̄e p̄sidia militie christiane sanctis inchoare ieiunijs vt cōtra spiritales nequitias pugnaturi cōtinētie muniamur auxilijs Per dominū nostrum iesum christum fi. Lectio iohelis pphete ij.

Hec dicit dn̄s deus. Cōuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio et fletu et planctu. et scindite corda vestra: et non vestimenta vestra. Et conuertimini

ad dñm deum nostrũ: quia benignus et misericors est: patiens et multe misericordie. et prestabilis super malicia. Quis scit si conuertatur et ignoscat de⁹: et relinquat post se bñdictionẽ: Sacrificiũ et libamen dño deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiunium. vocate cetum. cõgregate populũ. sanctificate ecclesiã. coadunate senes. cõgregate paruulos. et sugentes vbera. Egrediatur spõsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulũ et altare plorabãt sacerdotes ministri dñi et dicent. Parce dñe parce populo tuo: et ne des hereditatẽ tuã i opprobriũ. vt nõ dñent eis nationes. Quare dicũt in pplis vbi est de⁹ eorũ: zelat⁹ est dñs terrã suã: et pepercit populo suo. Et respondit domin⁹ populo suo: : et dixit. Ecce ego mittã vobis frumẽtũ vinũ et oleũ: et replebimini in eis. Et nõ dabo vobis vltra opprobrium in gẽtibus. Dicit dñs oĩpotens. ℟. Miserere mei de⁹ miserere mei: quoniã in te cõfidit anima mea. ℣. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobriũ cõculcãtes me. Tract⁹

Domine nõ scdm peccata nostra que fecimus nos: neqꝫ scdm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ / cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriã nois tui dñe libera nos: et ppicius esto peccatis nostris ppt nomẽ tuũ.

¶ Nota qꝫ tractus iste dicitur per totam secunda quarta et sexta feria / nisi alius proprius euenerit. Secundum Matheum. vi.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. Cũ ieiunat⁹ nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminãt eni facies suas: vt appareant hoibus ieiunantes. Amen dico vobis: qa receperũt mercedẽ suã. Tu autẽ cum ieiunas vnge caput tuũ. et faciem tuã laua. ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscondito. Et pater tu⁹ qui videt i abscõdito: reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo et tinea demolitur: et vbi fures effodiũt et furãtur. Thesaurizate autẽ vobis thesauros in celo / vbi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolitur: et vbi fures nõ effodiunt neqꝫ furantur. Ubi eni est thesaurus tuus. ibi est et cor tuũ. Offr. Exaltabo te domine quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me dñe clamaui ad te: et sanasti me.

Secreta. Hac nos quesumus dñe his muneribus offerendis cõuenieter aptari / quib⁹ ipsius venerabilis sacramenti celebramus exordiũ. Per dominũ.

Prefatio. Qui corporali ieiunio Et dicitur per totam xl. ferialib⁹ diebus dũtaxat. Cõio. Qui meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum suum in tempore suo. Postcõio.

Percepta nobis dñe pbeant sacramẽta subsidiũ. vt et tibi grata sint nostra ieiunia et nobis pficiant ad medelã. Per dñm Super populũ. Humiliate capita

vestra deo. Et dicitur per totam quadragesimã ferialibus diebus

Oratio.

Inclinantes se domine maiestati tue ppiciatus intende. vt qui diuino munere sunt refecti/ celestibus semp nutriantur auxilijs. Per dñm.

¶ Feria quinta. Introitus.

Cum clamarem ad dominũ exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi: et humiliauit eos qui est ante secula et manet ineternum/ iacta cogitatum tuũ in domino ⁊ ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationẽ meã: et ne despexeris deprecationẽ meã. intẽde michi ⁊ exaudi me. Oratio.

Deus qui culpa offenderis penitẽtia placaris: preces populi tui supplicantis propicius respice. et flagella tue iracundie que pro peccatis nostris meremur auerte. Per dominũ. Lectio isaie prophete. xxxviij. et. iiij. Regũ. xx

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsq; ad mortem. Et introiuit ad eum ysaias filius amos propheta: et dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue quia morieris tu et non viues. Et conuertit ezechias faciem suã ad parietẽ: et orauit ad dominum ⁊ dixit. Obsecro dñe memento queso quomodo ambulauerim corã te in veritate: et in corde perfecto et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factũ est verbum domini ad ysaiam dicẽs. Uade ⁊ dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid pris tui. Audiui orationẽ tuã: ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos: quindecim annos. Et de manu regis assyriorum eruam te: ⁊ ciuitatem istam et protegam eam. Dicit domin⁹: oĩpotens. ℟. Iacta cogitatum tuũ in domino: et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dominũ exaudiuit vocem meã ab his qui appropinquant michi.

Secundum Matheum. viij.



In illo tpe Cũ itroisset iesus capharnaũ: accessit ad eum cẽturio rogans eũ ⁊ dicẽs. Dñe: puer me⁹ iacet ĩ domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam et curabo eum. Et respõdens centurio ait. Domine: non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo ⁊ sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitut⁹: habẽs sub me milites. Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non ĩueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis q̄ multi ab oriente ⁊ occidẽte venient et recumbent cũ abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filij autẽ regni: eyciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Uade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offer. In te domi-

ne leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. neqz irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundent. Secreta.

Sacrificijs presentibus domine quesumus placat⁹ intende: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per dominū nostrū.

Cōio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta / super altare tuum domine. Postcōio.

Celestis doni benedictione percepta: supplices te deus oīpotens deprecamur. vt hoc idē nobis et sacramenti causa sit et salutis. Super populum. Oratio.

Parce domine parce populo tuo. vt dignis flagellationibus castigatus / in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū Qui tecū.

Feria. vj. Introitus

Audiuit dominus et misertus est michi: dominus factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Oratio.

Inchoata ieiunia quesum⁹ domine benigno fauore prosequere: vt obseruantiam quam corporaliter exhibemus: mentib⁹ etiam sinceris exercere valeam⁹. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

Lectio ysaie prophete. lviij.

Hec dicit dominus de⁹. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam / et annuncia populo meo scelera eorum: et domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt: et scire vias meas volunt. Quasi gens que iustitiam fecerit: et que legem dei iudicium dei sui non dereliquerit Rogant me iudicia iusticie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus et non aspexisti / humiliauimus animas nostras: et nescisti? Ecce in die iudicij vestri inuenitur voluntas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqz ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Nūquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominē animā suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum: et saccum et cinerem sternere? Nunquid istud vocaui ieiunium quod elegi: et diem acceptabilem domino? Nōne hoc est magis ieiuniū quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: et omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuum: et egenos vagosqz induc in domū tuaz. Cū videris nudū operi eum: et carnē tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: et sanitas tua citius orietur. Et antebit faciem tuā iustitia tua: et gloria dñi colliget te. Tūc inuocabis: et dominus exaudiet. Clamabis et dicet: ecce adsum. Quia misericors sum: domin⁹ deus tuus. ℟.

Unā petij a domino hāc requirā: vt inhabitē in domo dñi. ℣. Ut videam voluntatem dñi: et protegar a tēplo sancto ei⁹.

Secundum Matheum. v. et. vj.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. Audistis / q̄a dictum est antiq̄s Diliges p̄ximū tuū: ꝛ odio habebis inimicū tuū Ego autez dico vobis. diligite iīmicos vestros: benefacite his qui vos oderūt: et orate p̄ro p̄sequētibus et calūniātib⁹ vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Qui solē suum oriri facit sup bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos. Si enī diligitis eos qui vos diligunt / q̄ mercedem habebitis? Nonne ꝛ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tātū: quid amplius facitis? Nōne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos p̄fecti / sicut et pater vester celestis / p̄fect⁹ est. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoībus / vt videamini ab eis. Alioquin: mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Cū ergo facis elemosinam: noli tuba canere ante te: sicut ypocrite faciūt in synagogis et in vicis: vt honorificētur ab hoībus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito. Et pater tu⁹ qui videt te in abscondito: reddet tibi. Et cum oratis / nō eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedē suam Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum: et clauso ostio / ora patrem tuum in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi. Offr. Dñe viuifica me secundum eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. Secreta.

Sacrificium dñe obseruantie quadragesimalis offerimus: p̄sta quesumus. vt tibi mētes nostras reddat acceptas: ꝛ cōtinentie promptioris nobis tribuat facultatē. Per do. Cōio. Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Postcōio.

Spiritū in nobis dñe tue caritatis īfunde: vt quos vno pane celesti satiasti / tua facias pietate ꝯcordes. P. Super populum

Tuere dñe populū tuum: ꝛ ab oībus p̄ctis clementer emūda. q̄a nulla ei nocebit aduersitas: si nulla dñeꝫ iniq̄tas. P do.

¶ Sabbato. Introitus.

Audiuit dñs ꝛ misertus est mihi dñs fact⁹ est adiutor me⁹. ps. Exaltabo te dñe q̄m suscepisti me: nec delectasti iīmicos meos super me. Oro.

Adesto dñe supplicatiōib⁹ nr̄is ꝛ cōcede: vt hoc solenne ieiuniū qd̄ animis corpibusq̄ꝫ curandis salubriter institutū est. deuoto seruitio celebremus. Per dn̄m. Lectio ysaie prophete. lviij.

Hec dicit domin⁹. Si abstuleris de medio tui cathenā et desieris digitum tuum extendere: et loqui quod nō prodest. Cum effuderis esurienti aīam tuam: ꝛ

animã afflictam repleueris. orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiẽ dabit tibi dñs deus tuus semper: et implebit splendoribus animã tuã: et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fons aquarũ/ cuius non deficient aque Et edificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis et generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiũ: auertens semitas iniquitatũ. Si auerteris a sabbato pedem tuũ: facere voluntatẽ tuã in die sctõ meo: et vocaueris sabbatũ delicatum: et sanctũ domini gloriosum: et glorificaueris eum/ dũ nõ facis vias tuas: et non inuenitur voluntas tua/ vt loquaris sermonẽ. tũc delectaberis super domino: et sustollam te sup altitudinẽ terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi locutum est hec. ℟. Unam petij a domino hanc requiram vt inhabitem in domo domini. ℣. Ut videam voluntatẽ domini: et ꝓtegar a tẽplo sancto eius. Scdm Marcum. vj.



In illo tpe Cum sero esset factũ: erat nauis in medio mari et iesus solus in terra. Et vidẽs discipulos suos laborãtes ĩ remigãdo: erat enim vẽtus ꝯtrarius eis. Et circa quartã vigiliã noctꝭ venit ad eos ambulãs sup mare. et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantẽ sup mare: putauerũt fantasma esse: et exclamauerunt Oẽs eni viderũt eũ: et conturbati sunt. Et statim locutꝰ est cũ eis: et dixit illis. Cõfidite ego sum: nolite timere. Et ascẽdit ad illos in nauim. et cessauit vẽtus: et plus magis intra se stupebant. Nõ enim intellexerãt de panibus: erat enĩ cor eorũ obcecatũ. Et cum trãsfretassent: ꝑuenerũt in terram genezareth: et applicuerũt. Cũqꝫ egressi essent de naui: cõtinuo cognouerunt eum. Et ꝑcurrentes vniuersam regionẽ illã: ceperunt in grabatis eos qui se male habebãt circumferre: vbi audiebãt eum esse. Et quocũqꝫ ĩtroibat ĩ vicos vel in villas aut ciuitates in plateis ponebant ĩfirmos et deꝑcabant eũ: vt vel fimbriã vestimẽti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant. Offr. Domine viuifica me scdm eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. Secreta.

Suscipe dñe sacrificiũ/ cuiꝰ te voluisti dignãter immolatione placari: et presta quesumꝰ vt huius operatione mundati: beneplacitũ nostre mẽtis offeramꝰ affectũ. Per dñm. Cõio. Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinã/ ne pereatis de via iusta. Postcõio.

Celestis vite munere vegetati quesumus domine: vt quod est nobis in presenti vita mysterium: fiat eternitatis auxiliũ. Per. Super populum. Oratio.

Presta famulis tuis domine abundãtiam protectionis et gratie. da salutem mentis et corporis. da cõtinentie et prospe

ritatis augmenta: et tibi semper nos fac esse deuotos. Per.

¶ Dominica.j.xl. Introitus.

Inuocauit me / et ego exaudiã eũ / eripiã eũ / et glorificabo eũ: longitudine dierũ adimplebo eũ. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Oratio.

Deus qui ecclesiã tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: presta familie tue / vt quod a te obtinere abstinendo nitiť: hoc bonis opibus exequať. P do. Ad Corinthios. ij.vj.

Fratres. Hortamur vos: ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. Ait eni. Tẽpore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nũc dies salutis. Nemini dãtes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia: in tribulationibus. in necessitatibꝰ. in angustijs in plagis. in carceribꝰ. in seditionibus. in laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in scientia. in lõganimitate. in suauitate. in spiritu sancto. In caritate non ficta in verbo veritatis. in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris ⁊ a sinistris. Per gloriã et ignobilitatẽ per infamiã et bonam famã. Ut seductores: et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quasi morientes: et ecce viuimus. Ut castigati: et non mortificati. Quasi tristes: semper autem gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanq̃ nichil habentes: ⁊ oĩa possidentes. R. Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. V. In manibus portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi in ꝓtectiõe dei celi cõmorabiť. V. Dicet dño susceptor meus es: et refugiũ meũ deus meus sperabo in eum. Vꝰ. Qm ipse liberauit me de laqueo venãtiũ et a verbo aspero. V. Scapulis suis obũbrabit tibi: ⁊ sub pẽnis eius sperabis. V. Scuto circundabit te veritas eiꝰ: non timebis a timore nocturno. Vꝰ. A sagitta volante per diem a negocio pambulante in tenebris a ruina ⁊ demonio meridiano V. Cadent a latere tuo mille / ⁊ decẽ milia a dextris tuis tibi autem non appropinquabit. V. Quoniã angelis suis mãdauit de te: vt custodiãt te in omibus vijs tuis. V. In manibꝰ portabunt te: ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Vꝰ. Super aspidẽ et basiliscũ ambulabis: et conculcabis leonẽ ⁊ draconẽ. V. Quoniã in me sperauit liberabo eũ / ꝓtegã eũ / quoniã cognouit nomen meum. Vꝰ. Inuocauit me et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. V. Eripiam eum et glorificabo eum / longitudine dierum adimplebo eum: et ostendã illi salutare meum

Secundum Matheum. iiij.



In illo tp̃e Ductꝰ est iesus in desertũ a spiritu: vt temptareť a diabolo. Et cũ ieiunasset quadragita diebus / et quadraginta noctibus:

postea esurijt. Et accedēs tētator/ dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens ait. Scriptū est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eū diabolus in sanctā ciuitatē: et statuit eum supra pinnaculū templi: et dixit ei. Si fili9 dei es: mitte te deorsum. Scriptū est enim. Quia angelis suis mandauit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedem tuum. Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Non tentabis dominum deū tuū. Iterū assumpsit eum diabolus in montē excelsum valde: et ostēdit ei oīa regna mūdi et gloriā eorum: et dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptum est enim. Dn̄m deum tuū adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus/ et ecce angeli accesserunt: et ministrabāt ei. Credo. Offr.

Scapulis suis obumbrabit tibi dominus: et sub pēnis eius sperabis/ scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiū quadragesimalis initij solēniter immolamus: te dn̄e deprecantes. vt cum epularum restrictione carnaliū/ a noxijs quoqꝫ voluptatibus temperemur. Per dn̄m nostrū. Cōio.

Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis/ scuto circundabit te veritas eius. Postcōio.

Tui nos domine sacramenti libatio sācta restauret: et a vetustate purgatos. in ministerij salutaris faciat transire cōsortium. Per dn̄m nostrum.

¶ Feria secunda. Introitus.

Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorū/ ita oculi nostri ad dn̄m deū nostrū/ donec misereatur nostri. miserere nobis dn̄e miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis.

Conuerte nos deus Oro. salutaris noster: et vt nobis ieiuniū quadragesimale pficiat. mētes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominū nostrū.

Lectio ezechielis pphete. xxxiiij.

Hec dicit dn̄s de9. Ecce ego ipse requirā oues meas: et visitabo illas sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarū dissipatarum. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de omnib9 locis in quibus disperse fuerāt: in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris: et inducā eas in terrā suā. Et pascā eas in mōtibus israel: in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibus israel excelsis erunt pascue earum. Ibi requiescent in herbis virētibus: et in pascuis pinguibus pascētur super mōtes israel. Ego pascam oues meas: et ego eas accubare faciā dicit dn̄s deus. Quod perierat requiram: et quod abiectū fuerat reducā: et quod confractū fuerat alligabo: et quod infirmū fuerat consolidabo. Et quod pingue et forte custodiam et pascā illas. in iudicio et iustitia. Dicit dn̄s oīpotēs. R. Pro

tectoꝛ noster aspice deus: ⁊ respice sup ser uos tuos. ℣. Domine deus virtutum ex audi pꝛeces seruoꝛum tuoꝛum.

Secundum Matheum. xxv.



In illo tpe Dixit iesꝰ discipulis suis. Cum venerit filius hoīs in maiestate sua ⁊ omnes angeli eiꝰ cū eo: tunc sedebit sup sedem maiestatis sue. Et cōgregabūtur ante eum oēs gētes: ⁊ separabit eos ab inuicē / sicut pastoꝛ segregat oues ab hedis. Et statuet quidē oues a dextris suis: hedos aūt a sinistris Tūc dicet rex his qui a dextris eiꝰ erunt. Uenite bñdicti patris mei possidete paratum vobis regnū: a constitutiōe mūdi. Esuriui eni: et dedistis michi manducare. Sitiui: et dedistis michi bibere. Hospes eram: et collegistis me. Nudus: et operuistis me. Infirmus: et visitastis me. In carcere eram: et venistis ad me. Tunc responde bunt ei iusti: dicentes. Dñe quan do te vidimus esuriētē ⁊ pauimꝰ: sitientē: et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem ⁊ collegimus te? Aut nudū et cooperuimus te? Aut quādo te vidimus infirmū et in carcere: ⁊ venimus ad te? Et respondens rex: dicet illis. Amen dico vobis q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet et his: qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternum: qui pꝛeparatus est diabolo et angelis eius. Esuriui eni: et non dedistis mihi manducare. Sitiui: et nō dedistis michi potū. Hospes eram: ⁊ nō collegistis me Nudus: et non cooperuistis me. Infirmus ⁊ in carcere: ⁊ non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. Dñe quando te vidimus esurientē ⁊ sitientē: aut hospitem / aut nudum / aut infirmū aut in carcere: et non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis: dicens. Amē dico vobis q̄diu non fecistis vni de minoꝛibꝰ istis / nec michi fecistis. Et ibunt hii in suppliciū eternū: iusti autem in vitā eternā. Offr. Leuabo oc"los meos et cōsiderabo mirabilia tua dñe vt doceas me iustitiā tuam da michi intellectū vt discam mandata tua. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica: nosq̧ a peccatoꝛū nostrū maculis emūda. Per dominū nostrum. Cōio. Uoce mea ad dñm clamaui et exaudiuit me de mōte sancto suo: nō timebo milia populi circūdantis me. Postcōio.

Salutaris tui dñe munere satiati supplices exoꝛamꝰ: vt cuius letamur gustu / renouemur effectu. Per. Super populū.

Absolue quesumus domine nostroꝛum vincula delictoꝛum: et quicq̄d pꝛo eis meremur ꝓpiciatus auerte. Per dñm.

¶ Feria tertia. Introitus.

Domine refugiū factus es nobis a gñatiōe ⁊ ꝓgenie / a seculo ⁊ in seculū tu es. ps. Pꝛiusq̄ montes fierent aut foꝛmaret terra et oꝛbis a seculo: et in seculū tu es deus. Oꝛatio.

Respice qs dñe familiã tuã: et presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per do. Lectio ysaie pphete. lv.

In dieb⁹ illis. Locutus est isayas ppheta dicẽs. Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dum ppe est. Derelinquat ĩpius viam suã: et vir iniquus cogitatiões suas. Et reuertatur ad dñm et miserebit eius: et ad deũ nostrũ/ quoniã mult⁹ est ad ignoscendũ. Non eni cogitatiões mee cogitationes vestre: neqȝ vie mee vie vestre dicit dñs. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: ⁊ cogitationes mee a cogitatiõibus vestris. Et quomodo descẽdit imber et nix de celo: et illuc vltra non reuertit/ sed inebriat terram: ⁊ ĩfundit eam et germinare eam facit ⁊ dat semen serenti: ⁊ panẽ comedẽti. sic erit verbũ meum quod egredietur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuũ: sed faciet quecunqȝ volui. et prosperabitur in his ad que misi illud. Dicit dñs: omnipotens. ℟. Dirigatur oratio mea sicut incẽsum in ꝯspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuum mearũ: sacrificium vespertinũ.

Secundum Matheum. xxi.



In illo tpe Cũ intrasset iesus hierosolymam. cõmota est vniuersa ciuitas: dicẽs. Quis est hic? Populi aũt dicebãt. Hic est iesus ppheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tẽplũ dei: ⁊ eijciebat oẽs vẽdentes ⁊ emẽtes in tẽplo: ⁊ mẽsas nũmulariorum ⁊ cathedras vẽdẽtiũ colũbas euertit: ⁊ dixit eis. Scriptũ est. Dom⁹ mea dom⁹ oratiõis vocabit. Vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserunt ad eũ ceci ⁊ claudi in tẽplo: ⁊ sanauit eos. Videtes autẽ principes sacerdotũ et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamãtes in tẽplo ⁊ dicẽtes. Osanna filio dauid: ĩdignati sunt et dixerũt ei. Audis qd isti dicunt. Jesus autẽ dixit eis. Vtiqȝ. Nũqȝ legistis/ quia ex ore ĩfantiũ et lactentiũ pfecisti laudẽ? Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatem in bethaniã. Ibiqȝ mansit et docebat eos: de regno dei. Offer.

In te speraui domine dixi tu es de⁹ me us: in manib⁹ tuis tẽpora mea. Secre.

Oblatis qs dñe placare muneribus: ⁊ a cũctis nos defende periculis. P do. Cõio. Cũ inuocarẽ te exaudisti me de⁹ iusticie mee: in tribulatiõe dilatasti me miserere mei dñe et exaudi orationẽ meam. Postcõio.

Sumpsimus dñe celebritatis annue votiua sacramẽta. presta quesumus: vt et tẽporalis nobis vite remedia prebeant ⁊ eterne. Per. Super populum.

Ascendãt ad te dñe preces nostre: et ab ecclia tua cũctam repelle nequitiam. Per do.

¶ Feria quarta. Introitus.

Reminiscere miserationum tuarũ dñe: et mie tue que a seculo sunt ne vnqȝ dñent nobis inimici nri libera nos de⁹ israel ex om-

nibus angustijs nostris. ps. Ad te domine leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio sine Dominus vobiscũ. Oremus.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: et contra cuncta nobis aduersantia dexteram tue maiestatis extẽde. Per dominum nostrum.

Lectio libri exodi. xxiiij.

In diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Ascẽde ad me in montẽ: et esto ibi. Daboqz tibi duas tabulas lapideas ⁊ legẽ ac mãdata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerũt moyses et iosue ministri eius. Ascendẽsqz moyses in montẽ dei: senioribus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aarõ: et hur vobiscũ. Si quid natũ fuerit questiõis: referetis ad eos. Cũqz ascẽdisset moyses operuit nubes montẽ: ⁊ habitauit gloria domini sup sinay tegens illum nube sex diebus Septimo autẽ die: vocauit eũ de medio caliginis. Erat autẽ species glorie dñi quasi ignis ardẽs super verticem montis in cõspectu filiorum israel. Ingressusqz moyses mediũ nebule: ascendit in mõtem. Et fuit ibi quadraginta diebus: ⁊ quadraginta noctibus. ℟. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me domine. ℣. Uide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.

Dicitur Dñs vobiscũ. Oratio.

Deuotionẽ populi tui quesumus dñe benignus intẽde. vt qui per abstinentiã macerãtur i corpore: per fructũ boni operis reficiant in mẽte. Per dñm.

Lectio libri regum. iij.xix.

In diebus illis. Uenit helyas in bersabee iuda: et dimisit ibi puerum suum. ⁊ perrexit in desertũ viam vnius diei. Cũqz venisset et sederet subter vnam iuniperum: petiuit anime sue vt moreretur et ait. Sufficit michi domine: tolle aiam meã. Neqz eni melior sum q̃ patres mei. Proiecitqz se: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eũ: dixitqz ei. Surge: comede. Et respexit: ⁊ ecce ad caput suum subcinericius panis: et vas aque. Comedit ergo et bibit: ⁊ rursum obdormiuit. Reuersusqz est angelus dñi secundo: et tetigit eum. dixitqz ei. Surge: comede. Grãdis eni tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit et bibit. Et ambulauit in fortitudie cibi illius: quadraginta diebus ⁊ quadragita noctibus vsqz ad montẽ dei oreb. Tractus.

De necessitatibus meis eripe me dñe. vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ ⁊ dimitte oia pctã mea. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meã: deus meus in te ↄfido nõ erubescã. neqz irrideãt me iimici mei. ℣. Eteni vniuersi qui te expectãt nõ ↄfundent: cõfundant omnes faciẽtes mala.



Se. matheũ. xij

In illo tpe Accesserũt ad iesũ scribe et pharisei: dicẽtes Magister volumus a te signuz videre. Qui respondens: ait illis. Generatio mala ⁊ adultera si

gnum querit: et signū nō dabitur ei/nisi signū ione prophete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic erit filius hoīs in corde terre tribus diebus et trib⁹ noctib⁹. Uiri niniuite surgent in iudicio cū generatione ista et condēnabunt eā: quia penitentiā egerunt in predicatiōe ione. Et ecce plus quā iona hic Regina austri surget ī iudicio cū generatione ista et cōdēnabit eā. quia venit a finibus terre audire sapientiā salomōis. Et ecce plus quā salomon hic. Cum autem imūdus spirit⁹ exierit ab hoīe: ambulat per loca arida querens requiē et non inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domū meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantē: scopis mundatā et ornatā. Tunc vadit et assumit septē alios spiritus secum nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic: pessime. Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce mater eius et fratres stabāt foris querentes ei loqui. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querentes te. At ipse respondens. dicenti sibi ait. Que est mater mea et q̄ sunt fratres mei? Et extendens manū suam in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunq enim fecerit voluntatē patris mei qui in celis est/ipse meus frater: et soror et mater est. Offer.

Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerimus: vt et delicta nostra miseratus absoluas et nutātia corda tu dirigas. Per do.

Cōio. Intellige clamorē meum intende voci oratiōis mee: rex meus et de⁹ me⁹ quoniā ad te orabo domine. Postcōio.

Tui dn̄e perceptione sacramenti: et a nostris munde mur occultis: et ab hostiū liberemur insidijs. Per dn̄m nostrum.

Super populum. Oratio.

Mentes nostras q̄s domine lumine tue claritatis illustra. vt videre possimus que agenda sunt: et que recta sunt agere valeamus. Per dn̄m nostrum.

¶ Feria quinta. Introitus.



Confessio et pulchritudo in cōspectu ei⁹ sanctitas et magnificentia in sctificatiōe ei⁹. Ps. Cātate dn̄o cāticū nouum: cantate dn̄o om̄is terra. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui nobis obseruationē ieiunij et elemosinarū semina posuisti nostrorū remedia peccatorum concede nos opere mētis et corporis semper tibi esse deuotos. Per do. Lectio libri esdre. Neemie. j.

In diebus illis. Orauit esdras dicens. Queso dn̄e de⁹ celi fortis magne atq terribilis: qui custodis pactum et misericordiam cum his qui te diligunt et custodiunt mandata tua: fiat auris tua auscultans et oculi tui aperti vt audias orationem serui tui: quā ego oro corā te die ac nocte pro seruis tuis: et confiteor pro peccatis eorum qui peccauerunt tibi. Pe-

mento verbi tui qd mãdasti moysi famulo tuo dicens. Si reuersi fueritis ad me vt custodiatis mãdata mea et faciatis ea: etiã si abducti fueritis ad extrema celi. inde ꝯgregabo vos: ⁊ reducã vos in locum quẽ elegi. vt habitaret nomen meũ ibi. Et ipsi serui tui sũt: et popul⁹ tuus quos redemisti in fortitudine tua magna: et in manu tua valida. Et nunc dñe sit auris tua itendẽs ad orationẽ famuli tui/ et seruorũ tuorũ qui volunt timere nomen tuum: ⁊ dirige eos hodie. Et da misericordiã populo tuo. dñe deus noster. ℟. Custodi me domine vt pupillã ocli: sub vmbra alarum tuarũ protege me. ℣. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat: oculi tui videãt equitatem. Scdm Matheum. xv.



In illo tpe Egressus ies⁹ secessit i partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finib⁹ illis egressa: clamauit dicens ei. Miserere mei domie fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui nõ respondit ei verbũ. Et accedentes discipuli eius: rogabant eũ dicentes. Dimitte eã: quia clamat post nos. Ipse autẽ respondẽs ait. Nõ sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit et adorauit eum dicẽs. Dñe adiuua me. Qui respondẽs ait. Nõ est bonum sumere panẽ filiorũ: ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorũ. Tunc respondens iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offer. Immittet angel⁹ dñi in circuitu timentiũ eũ: ⁊ eripiet eos gustate et videte quoniã suauis est dñs. Secreta.

Sacrificia dñe q̃s ꝓpensius ista nos saluẽt que medicinalib⁹ sunt initiata ieiunijs. Per. Cõio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcõio.

Tuorum nos dñe largitate donorũ et tẽporalib⁹ attolle presidijs: ⁊ renoua sempiternis. Per. Super populũ. Oratio.

Da quesumus dñe populis christianis et que profitentur agnoscere et celeste munus diligere quod frequentant. Per.

¶ Feria. vi. Introitus.

De necessitatibus meis eripe me dñe/ vide humilitatẽ meã et laborẽ meũ: et dimitte omnia peccata mea. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te cõfido non erubescam. Oratio.

Esto quesumus dñe ꝓpici⁹ plebi tue. et quã tibi facis esse deuotam: benigno refoue miseratus auxilio. Per dñm nostrũ

Lectio ezechielis prophete. xviij.

Hec dicit dñs deus. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatẽ filij. Iustitia iusti super eum erit: ⁊ impietas impij erit sup eũ. Si autem impius egerit penitentiã ab oĩbus peccatis suis que operatus

est / et custodierit vniuersa precepta mea: et fecerit iudiciũ et iustitiam: vita viuet & nõ morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus est: nõ recordabor. In iustitia sua quã operatus est. viuet. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dñs deus: et nõ vt conuertatur a vijs suis et viuat? Si autẽ auerterit se iustus a iustitia sua: & fecerit iniquitatẽ scdm oẽs abominatiões quas operari solet impius. nunquid viuet? Omnes iusticie ei9 quas fecerat: nõ recordabuntur. In preuaricatiõe qua preuaricatus est: et in peccato suo quod peccauit. in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via dñi. Audite ergo domus israel. Nunqd via mea non est equa: et non magis vie vestre praue sunt? Cũ autem auerterit se iustus a iustitia sua: et fecerit iniquitatẽ: morietur in ea. In iniustitia sua quã operat9 est morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quã operat9 est: & fecerit iudiciũ & iustitiã: ipse aĩam suã viuificabit. Cõsiderãs enim & auertens se ab oĩbus iniqtatibus suis quas operat9 est: vita viuet et non morietur. Dicit dñs ops. ℟. Saluũ fac seruũ tuũ de9 me9 sperãtẽ i te. ℣. Auri b9 pcipe dñe orõnẽ meã. Se. iohẽs. v.



In illo tpe Erat dies festus iudeorum: & ascẽdit iesus hierosolymam. Est autẽ hierosolymis pbatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida: quinq3 porticus habens. In his iacebat multitudo magna languẽtiũ: cecorum / claudorum / ac aridorũ / expectãtiũ aque motũ. Angelus autẽ dñi scdm tẽpus descendebat in piscinã: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionẽ aq: sanus fiebat a quacũq3 detinebatur infirmitate. Erat autẽ ibi quidam homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacẽtẽ et cognouisset quia iam multũ tẽpus haberet dixit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei lãguidus. Dñe: hoĩem non habeo vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinã. Dum venio enim ego: alius ante me descendit. Dixit ei iesus. Surge tolle grabatũ tuũ: et ambula. Et statim fact9 est sanus homo ille: & sustulit grabatũ suũ et ambulabat Erat aũt sabbatũ: i die illa. Dicebãt ergo iudei: illi qui sanus fact9 fuerat. Sabbatũ est. Nõ licet tibi tollere grabatũ tuum. Rñdit eis Qui me sanũ fecit ille mihi dixit: tolle grabatũ tuũ & ambula. Interrogauerunt ergo eũ. Quis est homo ille q̃ dixit tibi / tolle grabatum tuũ et ambula? Is autẽ q̃ sanus fuerat effectus: nesciebat qs esset. Jesus autẽ declinauit a turba cõstituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo: & dixit ei. Ecce sanus fact9 es: iam noli peccare. ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo & nunciauit iudeis quia iesus esset: qui fecit eum sanũ. Offr. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes

retributiones eius: et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Suscipe quesumus dñe munera nostris oblata seruitijs: et tua ꝓpicius dona sanctifica. Per dñm. Cōio. Erubescāt ꝛ cōturbent̃ oēs inimici mei: auertant̃ retrorsum ꝛ erubescāt valde velociter. Postcō.

Per hui⁹ domine operationē mysterij: et vicia nostra purgētur: et iusta desideria compleant̃. Per. Sup populū. Orō.

Exaudi nos misericors de⁹: et mētib⁹ nr̃is grē tue lumē ostende. P. ¶ Sabbato. Introit⁹

Intret oratio mea in cōspectu tuo: inclina aurem tuā ad precē meā dñe. ps. Dñe deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Gloria patri. Oratio. et non dicit̃ Dñs vobiscū vsq̧ ad vltimā: sed ad oēs dicitur Flectamus genua leuate

Populū tuū quesumus domine ꝓpicius respice: atq̧ ab eo flagella tue iracūdie clemēter auerte. Per dominū nostrū.

Lectio libri deuteronomij. xxvj.

In diebus illis. Locut⁹ est moyses ad dñm dicens. Respice dñe de sanctuario tuo. et de excelso celorum habitaculo: et benedic populo tuo isrl̃: et terre quā dedisti nobis sicut iurasti patrib⁹ nostris terre/lacte/ꝛ melle manāti. Audi israel. Hodie dñs de⁹ tu⁹ precepit tibi: vt facias mandata hec atq̧ iudicia: vt custodias ꝛ impleas ex toto corde tuo: et ex tota anima tua. Dñm elegisti hodie: vt sit tibi deus/ ꝛ ambules in vijs eius: et custodias cerimonias ei⁹ et mādata eius atq̧ iudicia: ꝛ obedias eius imperio. En dñs elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris. sicut locutus est tibi: et custodias omnia precepta eius ꝛ faciat te excelsiorē cunctis gentib⁹ quas creauit in laudem et gloriā nominis sui. vt sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi.

℞. Propicius esto domine peccatis nostris nequādo dicant gentes: vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate/ non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis. vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuāte vincamus. Per.

Lectio libri deuteronomij. xj.

In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mādata que ego precipio vobis: ꝛ feceritis ea: vt diligatis dominū deum vestrum ꝛ ambuletis in oībus vijs eius adherētes ei: disperdet dñs oēs gentes istas ante faciem vestram: ꝛ possidebitis eas que maiores ꝛ fortiores vobis sunt. Omnis locus quē calcauerit pes vester: vester erit. A deserto ꝛ libano et flumine magno eufrathe vsq̧ ad mare occidentale: erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorē vestrum et formidinē dabit dñs de⁹ vester super oēm terram quā calcaturi estis sicut locutus est vobis: dñs de⁹ vester. ℞. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. ℣.

Domine deus virtutum / exaudi preces seruorum tuorum. Oratio.

Protector noster aspice deus: vt qui peccatorum nostrorum põdere premimur: percepta misericordia libera tibi mente famulemur. Per.

Lectio libri machabeorum. ij. f.

In diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes dũ offerrent sacrificiũ pro populo israel ionatha inchoante: ceteris aũt respõdẽtibus et dicẽtibus. Benefaciat vobis deus: et meminerit testamẽti sui quod ad abrahã isaac et iacob locutus est seruorũ suorũ fidelium. Et det vobis cor omnib⁹: vt colatis eum et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis: et faciat pacem. Exaudiat oratiões vestras et recõcilietur vobis nec vos deserat in tẽpore malo: dñs de⁹ vester. ℟. Conuertere domine aliq̃tulũ et deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis / a generatione et progenie. Oratio.

Adesto quesumus dñe supplicationibus nostris: vt esse te largiente mereamur / et inter prospera humiles et inter aduersa securi. Per.

Lectio libri sapientie. xxxvi.

Miserere nostri deus omnium et respice nos et ostẽde nobis lucẽ miserationũ tuarum. Et immitte timorẽ tuum sup gentes que nõ exquisierunt te: vt cognoscant q̃ non est de⁹ nisi tu / vt enarrant magnalia tua. Alleua manum tuã sup gẽtes alienas: vt videant potẽtiã tuam. Sicut eni in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscãt te sicut et nos agnouim⁹: quoniã nõ est deus preter te dñe. Innoua signa: et imuta mirabilia. Glorifica manũ: et brachiũ dextrũ. Excita furorẽ: et effunde iram. Extolle aduersariũ: et affige inimicũ. Festina tẽpus: et memento finis. vt enarrẽt mirabilia tua dñe de⁹ noster. ℟. Iacta cogitatũ tuũ in domino: et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominũ exaudiuit vocẽ meam ab his qui appropinquant michi. Oratio.

Actiones nostras quesumus dñe aspirãdo preueni. et adiuuãdo psequere: vt cuncta nostra actio et opatio a te semper incipiat: et per te cepta finiatur. Per do. Lectio danielis pphete. iij. Angelus dñi. Tractus. Benedictus es. Quere supra in aduẽtu. fo. vi. Oratio cũ Dominus vobiscũ.

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ. cõcede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flãma viciorum. Per.

Ad thessalonicenses. j. v.

Fratres. Rogam⁹ vos corripite inquietos: cõsolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patiẽtes estote ad oẽs. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semp quod bonũ est sectamini in inuicẽ et in oẽs. Semp gaudete: sine intermissione orate in oĩb⁹ gratias agite. Hec est eni voluntas dei: in christo iesu in oĩbus vobis. Spiritum nolite extinguere: pphetias nolite spernere.

omnia autẽ ꝓbate: quod bonum est tenete. ab oĩ specie mala absti-nete vos. Ipse autẽ de⁹ pacis san-ctificet vos per oĩa: vt integer spi-ritus vester et anima et corpus si-ne querela. In die aduẽt⁹ dñi no-stri iesu christi: seruet. Tractus.

LAudate dominũ oẽs gentes ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã cõfirmata est sup nos miseri cordia eius: et veritas dñi manet ieternũ

Secundum Matheum. xvij.



IN illo tpe Assũpsit iesus petrũ et iacobum et iohannem fratrẽ eius et duxit illos in mõtẽ excelsum seorsum. et trãs-figurat⁹ est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: vestimẽta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce appa-ruerunt ei moyses et helyas: cum eo loquentes. Respondẽs autẽ pe-trus: dixit ad iesum. Dñe: bonũ est nos hic esse. Si vis: faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum moysi vnũ: ꝛ helye vnũ. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obũ-brauit eos. Et ecce vox de nube: di-cens. Hic est filius meus dilect⁹ in quo mihi bene complacui. ipsum audite. Et audiẽtes discipuli: ceci-derunt in faciẽ suã. et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite: nolite ti-mere. Leuãtes autẽ oculos suos: neminẽ viderunt nisi solũ iesum. Et ascẽdẽtibus illis de monte: pre-cepit illis iesus dicens. Nemini di-xeritis visionẽ / donec filius hoĩs a mortuis resurgat. Offer. Dñe deus salutis mee / in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

PResentibus sacrificiis dñe ieiunia nostra sanctifica. vt quod obseruãtia nostra profi-tetur extrinsecus: interius opere-tur. Per dominũ. Cõio. Domine deus meus in te speraui libera me ab oĩ-bus psequẽtib⁹ me et eripe me. Postcõ.

SAnctificatiõibus tuis om-nipotens deus: et vicia no-stra curẽtur ꝛ remedia nobis eter-na proueniant. Per dominum.

Super populum. Oratio.

FIdeles tuos domine bene-dictio desiderata ꝯfirmet: que nos ꝛ a tua volũtate nunqꝫ fa-ciat discrepare / ꝛ tuis semp indul-geat bñficiis gratulari. Per dñz.

¶ Dñica.ii.in xl. Introitus.

REminiscere miserati-onum tuarum dñe et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnqꝫ dñentur nobis iĩmici nostri libera nos de⁹ israel ex om-nibus angustiis nostris. Ps. Ad te dñe leuaui aĩam meã: de⁹ meus in te cõfi-do nõ erubescã. Gloria patri. Oratio.

DEus qui cõspicis oĩni nos virtute destitui: iterius ex-teriusqꝫ custodi. vt et ab oĩbus ad-uersitatibus muniamur in corpo-re: et a prauis cogitatiõibus mũ-demur in mente. Per dominum.

Ad Thessalonicenses. j.iiij.

FRatres. Rogamus vos et obsecramus in domino ie-su / vt queãdmodũ accepistis a no-

bis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic et ambuletis/ vt abundetis magis. Scitis enī que precepta dederim vobis: per dn̄m iesum. Hec est enī voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatiōe. vt sciat vnusquisqȝ vestrū/ suū vas possidere in sanctificatiōe: et honore Non in passione desiderij/ sicut et gentes qui ignorāt deū. Et ne q̄s supgrediat/ neqȝ circumueniat in negocio fratrē suū: quoniam vindex est dn̄s de his oībus sicut prediximus vobis: et testificati sum⁹ Non enī vocauit nos deus in immūditiam: sed in sanctificationē. In christo iesu: dn̄o nostro. ℞. De necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e: vide humilitatem meā et laborē meū: et dimitte oīa peccata mea. ℣. Ad te dn̄e leuaui animā meā: de⁹ meus in te cōfido nō erubescam neqȝ irrideāt me inimici mei. Tractus.

Confitemini dn̄o quoniā bonus quoniā in seculū misericordia ei⁹ ℣. Quis loquetur potentias dn̄i: auditas faciet oēs laudatiōes ei⁹. ℣. Beati qui custodiūt iudiciū/ ⁊ faciunt iustitiā in oī tpe. ℣. Memēto nostri dn̄e in bn̄placito populi tui: visita nos in salutari tuo.

Secundum Matheum. xv.



In illo tpe Egressus ie[s]⁹ secessit ī partes tyri ⁊ sydōis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit dicēs ei Miserere mei dn̄e fili dauid: filia mea male a demonio vexat. Qui nō respōdit ei verbū. Et accedētes discipuli ei⁹: rogabant eum dicētes. Dimitte eam: quia clamat post nos. At ipse respōdens: ait. Nō sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel. At illa venit adorans eū dicens. Dn̄e adiuua me. Qui respōdens: ait. Nō est bonū sumere panem filiorū: et mittere canib⁹. At illa dixit. Etiam dn̄e. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dn̄orū suorū. Tunc respōdens iesus: ait illi. O mulier: magna est fides tua: fiat tibi sicut vis Et sanata est filia eius: ex illa hora. Credo. Offr. Meditabor ī mādatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi.

Ecclesie tue dn̄e Secreta. munera placat⁹ assume. q̄ ⁊ misericors offerēda tribuisti: ⁊ i nostre salutis potēter efficis trāsire mysteriū. Per. Cōio. Intellige clamorē meū intende voci orationis mee: rex meus et de⁹ meus qm̄ ad te orabo dn̄e

Supplices te rogamus omipotēs deus: vt Postcōio. quos tuis reficis sacramētis: tibi etiam placitis moribus dignāter deseruire concedas. Per.

¶ Feria secunda. Introitus.

Redime me dn̄e et miserere mei: pes enī meus stetit in via recta/ ī ecclesijs benedicā dn̄m. Ps. Iudica me domine quoniam ego in innocētia mea ingressus sum: ⁊ in domino sperans non infirmabor. Oratio.

Presta q̄s ops de⁹: vt familia tua que se affligēdo carne ab alimētis abstinet: sectando iustitiā a culpa ieiunet. Per dn̄m

Lectio danielis prophete. ix.

IN diebus illis. Orauit daniel dicens. Domine de⁹ noster qui eduxisti populū tuū de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen scdm diem hanc. Peccauimus / iniquitatē fecim⁹ dn̄e: in omnē iustitiā tuā. Auertat obsecro ira tua ꝛ furor tuus a ciuitate tua hierusalē: ꝛ a monte sancto tuo. Propter eni peccata nostra ꝛ iniquitates patrū nostroꝝ: hierusalē et populus tuus in opprobriū sunt omibus per circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi deus noster orationē serui tui ꝛ preces eius: ꝛ ostē de faciē tuā super sanctuariū tuū quod desertū est. Propter temetipsum deus meus inclina aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et vide afflictionē nostrā: et ciuitatem sup quā inuocatū est nomen tuū. Neq꞉ eni in iustificatiōib⁹ nostris prosternimus preces ante faciē tuā: sed in miseratiōibus tuis multis. Exaudi dn̄e placare dn̄e: attēde ꝛ fac. Ne moreris ppter temetipsū de⁹ me⁹: qa nomē tuū inuocatū est sup ciuitatē. ꝛ super populū tuū: dn̄e de⁹ nr̄. ℟. Adiutor meus ꝛ liberator me⁹ esto dn̄e ne tardaueris. ℣. Cōfūdant ꝛ reuereant īimici mei qui q̄rūt aiam meā. Scd̄m iohēm. viij



IN illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis: ꝛ turbis iudeorū. Ego vado ꝛ queretis me: ꝛ in peccato vestro moriemi. Quo ego vado. vos nō potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Nunqd interficiet semetipm: qa dicit quo ego vado. vos non potestis venire? Et dicebat eis. Uos deorsum estis: ego de superi⁹ sum Uos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si eni nō credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu q̄s es? Dixit eis iesus. Principiū: qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loq̄ et iudicare: sed qui me misit verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et nō cognouerunt: quia patrē eius dicebat deū. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filium hois: tūc cognoscetis quia ego sum. ꝛ a meipso facio nichil. Sed sicut docuit me pater: hec loquor. Et qui me misit mecū est: ꝛ nō reliquit me solum. Quia ego que placita sūt ei: facio semp. Offr. Benedicā dominum qui tribuit michi intellectum / prouidebā deū in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. Secreta.

HEc hostia dn̄e placatiōis ꝛ laudis: tua nos ppiciatiōe dignos efficiat. Per dn̄m. Cōio.

Dn̄e dominus noster q̄꞉ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Postcō.

HEc nos cōmunio dn̄e purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Per.

Super populum. Oratio.

ADesto supplicationib⁹ nostris oipotens deus: ꝛ quibus fiduciam sperāde pietatis indulges. consuete misericordie tribue benignus effectum. Per.

Feria tertia. Introitus.

Tibi dixit cor meũ quesi uit vultũ tuũ: vultũ tuũ dñe requirã: ne auertas faciẽ tuã a me. ps. Dñs illuminatio mea: et sal⁹ mea quẽ timebo.

Perfice q̃s dñe beni= Oro. gnus in nobis obseruãtie scte subsidiũ. vt que te auctore faciẽda cognouim⁹: te operãte impleamus. P. Lectio libri regũ. xvij.

In dieb⁹ illis. Fact⁹ est sermo dñi ad helyã tesbyten: dicens. Surge et vade in sareptã sydoniorũ: et manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri vidue vt pascat te. Surrexit: et abijt in sareptam sydoniorũ. Cũq3 venisset ad portã ciuitat: apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna. Et vocauit eam: dixitq3 ei. Da mihi paululũ aque in vase: vt bibam. Cunq3 illa pergeret vt afferret: clamauit post tergũ eius dicẽs. Affer mihi obsecro et buccellam panis in manu tua. Que respõdit. Viuit dñs de⁹ tuus quia non habeo panẽ / nisi quãtũ pugillus capere potest farine in ydria: et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciã illud michi et filio meo vt comedamus et moriamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Veruntamen / michi primũ fac de ipsa farinula subcinericiũ panem paruulum: et affer ad me. Tibi autem et filio tuo: facies postea. Hec autẽ dicit de⁹ israel. Hydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuet usq3 in diẽ in qua dñs daturus est pluuiã sup faciẽ terre. Que abijt et fecit iuxta verbum helye. Et comedit ipse: et illa / et domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit / nec lechitus olei nõ est imminutus iuxta verbũ dñi. quod locutus est in manu helye. R. Iacta cogitatũ tuum in dño: et ipse te enutriet. V. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meam ab his qui appropinquant michi.

Secundum Matheum. xxiij.



In illo tpe Locutus est iesus ad turbas: et ad discipulos suos dicẽs Sup cathedram moysi sederunt scribe et pharisei Oĩa ergo quecũ q3 dixerint vobis seruate et facite: scdm opera vero eorũ nolite facere. Dicũt eni: et nõ faciũt. Alligãt eni opera grauia et importabilia et imponũt in humeros hoim: digito autẽ suo nolũt ea mouere. Oĩa vero opa sua faciũt: vt videãt ab hoib⁹. Dilatãt eni philateria sua et magnificãt fimbrias. Amant aũt primos recubit⁹ in cenis: et primas cathedras i synagogis. et salutatiões i foro: et vocari ab hoib⁹ rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi: vn⁹ est eni magister vr. Oẽs au tẽ vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare vobis sup terrã: vn⁹ est eni pater vester qui est i celis. Nec vocemi magistri: q̃a magister vester vn⁹ est christus. Qui maior est vestrũ: erit minister vester. Qui autem se exaltauerit: humiliabit Et q̃ se humiliauerit: exaltabitur Offr. Miserere michi domine scdm

magnā misericordiā tuā dele iniq̄tatē meā

Sanctificationē Secreta. tuam nobis dn̄e his mysterijs placatus operare: que nos et a terrenis purget vicijs: et ad celestia dona pducat. Per dn̄z. Cōio.

Narrabo oia mirabilia tua letabor et exultabo in te: et psallā noi tuo altissime.

Ut sacris dn̄e red Postcō. damur digni muneribus: fac nos q̄sumus tuis obedire mādatis. P do. Sup populū. Oratio

Propiciare domine supplicationibus nostris: et animarū nostrarū medere lāguoribus: vt remissiōe percepta in tua semp benedictiōe viuamus. Per.

Feria quarta. Introitus.

Ne derelinquas me domine: deus meus ne discedas a me / intēde in adiutoriū meū: dn̄e virtus salutis mee. ps. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq in ira tua corripias me.

Populū tuum q̄s Oratio. dn̄e ppicius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoq vicijs cessare concede. Per dominum nostrū.

Lectio libri hester. xiij.

In diebus illis. Orauit hester ad dominū dicens. Domine deus rex om̄ipotēs in ditione tua cūcta sunt posita: et nō est qui tue possit resistere voluntati. si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum et terram: et quicquid celi ambitu continetur. Tu es deus omnium: et non est qui resistat maiestati tue. Et nunc dn̄e rex regum deus abraham miserere populo tuo: quia volunt nos inimici nostri perdere. et hereditatē tuā delere. Ne despicias partem tuā quā redemisti tibi de egypto: sed exaudi deprecationē nostram: et propicius esto sorti et funiculo hereditatis tue. Et cōuerte luctum nostrum in gaudium: vt viuētes laudemus nomen tuū dn̄e. Et ne perdas ora canentiū te: dn̄e deus noster. ℟. Saluū fac populum tuū domine: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me: et ero similis descēdētibus in lacū.

Tractus. Domine nō scdm. q̄re feria.iiij. in capite ieiunij. fol. xxxij.

Secundum Matheum. xx.



In illo tpe Ascēdens iesus hierosolymā: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: et filius hominis tradetur principibus sacerdotū et scribis: et cōdemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudēdum et flagellandum: et crucifigēdum. Et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filijs suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis Ait illi. Dic vt sedeant hij duo filij mei / vnus ad dexteram tuam: et alter ad sinistram tuam in regno tuo. Respondens autem iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possu

mus. Et ait illis. Calicē quidem meū bibetis: sedere autē ad dexteram meam vel ad sinistram / non est meum dare vobis. sed quibus paratū est a patre meo. Et audiētes decem / indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se: et ait eis. Scitis q̄a principes gentium dominant eorum: et qui maiores sūt potestatē exercent in eos. Non autē ita erit inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruꝰ. Sicut filius hominis. non venit ministrari: sed ministrare. Et dare animā suam: redemptionem pro multis. Offer. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectāt nō confundentur. Secreta.

Hostias dn̄e quas tibi offerimus propicius respice: et per hec sancta commercia vincula nostre prauitatis absolue. Per

Cōio. Iustus dominus et iustitias dilexit equitatē vidit vultus eiꝰ. Postcō.

Sumptis domine sacramētis ad redemptiōis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

Super populum. Oratio.

Deus innocētie institutor et amator. dirige ad te tuorū corda seruorū / vt spiritꝰ tui feruore cōcepto: et in fide iueniant stabiles: et i opere efficaces. Per dn̄m. in vnitate eiusdem spiritus.

¶ Feria quinta. Introitus.

Deus in adiutoriū meū intēde. dn̄e ad adiuuādum me festina: cōfundant et reuereant inimici mei / qui querunt animā meam Ps. Auertant retrorsum et erubescant: qui volūt michi mala. Gloria pa. Orō.

Presta nobis dn̄e q̄s auxilium gratie tue: vt ieiunijs et orationibus cōuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per dominū nostrū.

Lectio hieremie pphete. xvij.

Hec dicit dn̄s deus. Maledictus homo qui cōfidit in homine: et ponit carnem brachium suum et a domino recedit cor eius Erit enim quasi mirice in deserto et non videbit cum venerit bonū: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino: et erit dominus fiducia eius. Et erit tanq̄ lignū quod transplantatur sup aquas: quod ad humorē mittit radices suas: et non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride: et in tēpore siccitatis non erit sollicitum nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis: et inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor et probans renes: qui do vnicuiq; iuxta opera sua et iuxta viam suā et iuxta fructum adinuētionum suarum. Dicit dn̄s: omnipotens.

℟. Propiciꝰ esto dn̄e peccatis nostris: nequando dicant gentes. vbi est deꝰ eorū.

℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorē noīs tui dn̄e libera nos.

Secundum Lucam. xvj.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. et turbis iudeorũ. Homo qdã erat diues qui induebatur purpura et bysso: ⁊ epulabatur quotidie splẽdide. Et erat qdã mẽdic⁹ noĩe lazarus/ qui iacebat ad ianuã ei⁹ vlceribus plenus: cupiẽs saturari de micis que cadebãt de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: ⁊ lingebãt vlcera eius. Factũ est autẽ vt moreretur mẽdicus: ⁊ portaret ab angelis in sinũ abrahe. Mortu⁹ est aũt et diues: et sepultus est in inferno Eleuans aũt oculos suos cũ esset in tormentis: vidit abrahã a longe ⁊ lazarum in sinu eius. Et ipse clamans: dixit. Pater abrahã miserere mei: et mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquã/ vt refrigeret linguã meã: quia crucior i hac flãma. Et dixit illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autẽ hic consolat: tu vero cruciaris. Et in his oĩbus inter nos et vos chaos magnum firmatum est. vt hij qui volunt hinc transire ad nos: nõ possint/ neq̧ inde huc transmeare. Et ait. Rogo te pater: vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq̧ fratres: vt testetur illis/ ne et ipsi venient in hunc locum tormẽtorũ. Et ait illi abraham. Habent moysen et prophetas: audiãt illos. At ille dixit. Nõ pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agẽt. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt: neq̧ si quis ex mortuis resurrexerit/ credent.

Offer. Precatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit: precatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit: quare domine irasceris i populo tuo parce ire anime tue. memento abraham/ isaacq̧ iacob: quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et placatus fact⁹ est dominus de malignitate quam dixit facere populo suo.

Secreta.

Accepta tibi sint dñe quesum⁹ nostri dona ieiunij/ que et expiando nos tua gratia dignos efficiant: et ad sempiterna promissa perducãt. Per dominũ.

Cõio. Qui manducat carnẽ meam et bibit meũ sanguinem: in me manet ⁊ ego in eo dicit dominus.

Postcõio.

Gratia tua quesum⁹ domine nos nõ derelinquat: que nobis tuã semp opẽ acquirat. P.

Super populum. Oratio.

Adesto dñe famulis tuis: et ppetuã benignitatẽ largire poscentibus: vt his qui te auctore et gubernatore gloriantur/ et cõgregata restaures: ⁊ restaurata conserues. Per.

Feria sexta. Introitus.

Ego autẽ cũ iustitia apparebo in cõspectu tuo satiabor dũ manifestabitur gloria tua. ps Exaudi domine iustitiã meam: intẽde deprecationem meam.

Oratio.

Da quesumus ops deus: vt sacro nos purificante ieiunio/ sinceris mẽtibus ad sctã vẽ

tura facias peruenire. Per dñm.

Lectio libri genesis. xxxvij.

In dieb⁹ illis. Dixit ioseph fratrib⁹ suis. Audite somnium meū quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: et quasi consurgere manipulū meum et stare: vestrosq; manipulos circūstātes adorare manipulum meū. Responderūt fratres eius. Nūquid rex noster eris: aut subijciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorū atq; sermonū: inuidie et odij fomitē ministrauit. Aliud quoq; vidit somnium: qd narrās fratribus ait. Vidi per somnium quasi solē et lunā & stellas vndecim: adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset: increpauit eum pater suus & dixit. Quid sibi vult hoc somniū qd vidisti? Nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabim⁹ te sup terrā? Inuidebant igit ei fratres sui: pater vero rem tacit⁹ considerabat. Cumq; fratres eius in pascendis gregibus patris morarent in sichem dixit ad eū israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni mittam te ad eos. Quo respondente: presto sum: ait. Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renūcia mihi quid agatur. Missus de valle hebron: venit in sichem. Inuenitq; eū vir errantē in agro: & iterrogauit qd quereret. At ille respondit. Fratres meos qro/ indica mihi vbi pascūt greges. Dixitq; ei vir/ recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicētes: eam⁹ i dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et iuenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul. anteq; accederet ad eos: cogitauerūt illū occidere: et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit. venite occidamus eū: et mittam⁹ in cisternā veterem. dicemusq;: fera pessima deuorauit eū. Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens aūt hec ruben: nitebat liberare eū de manibus eo. & dicebat Nō iterficiam⁹ aīam ei⁹/ nec effūdamus sanguinē eius: sed proijcite eū in cisternā veterē. que est in solitudine: manusq; vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum: et reddere patri suo. R. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Domine libera animam meā a labijs iniquis: et a lingua dolosa.

Tract⁹. Domine non scdm. quere feria. iiij. i capite ieiunij. fo. xxxij.

Secundum Matheum. xxi.



In illo tpe Dixit iesus turbis iudeorū parabolā hanc. Homo qdā erat paterfamilias q plantauit vineā et sepē circundedit ei. Et fodit in ea torcular: et edificauit turrim & locauit eam agricolis/ et peregre profectus est. Cū autē tēpus fructuum appropiquasset. misit seruos suos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt/ alium occiderunt/ aliū vero lapidauerunt. Iterū misit ali-

os seruos plures prioribus: et fece
rūt illis similiter. Nouissime aūt
misit ad eos filiū suū dicēs. Uere-
būt forte filiū meū. Agricole aūt
vidētes filiū: dixerūt intra se. Hic
est heres. venite occidam⁹ eum: et
habebimus hereditatē ei⁹. Et ap-
prehēsum eū eiecerūt extra vineā
et occiderūt. Cū ergo venerit dñs
vinee quid faciet agricolis illis?
Aiūt illi. Malos male pdet et vi-
neam suā locabit alijs agricolis/
qui reddāt ei fructū tēporib⁹ suis.
Dixit illis iesus. Nūq̄ legistis in
scripturis/ lapidē quē reprobaue-
rūt edificātes: hic factus est in ca
put anguli. A dño factū est istud:
et est mirabile ī oculis nr̄is. Ideo
dico vobis: q̄a auferet a vobis re-
gnum dei: et dabit gēti facienti fru
ctus eius. Et qui ceciderit sup la-
pidē istū: cōfringet. Sup quē ve-
ro ceciderit: conteret eū. Et cū au
dissent principes sacerdotū et pha-
risei parabolas eius: cognouerūt
quod de ipsis diceret. Et querētes
eū tenere: timuerūt turbas. Quo
niam sicut pphetam eū habebāt.
Offer. Dn̄e in auxiliū meū respice cō-
fundātur et reuereant qui querūt animā
meam/ vt auferāt eam. Secreta.
Hec in nobis sacrificia de⁹.
et actione pmaneāt: et ope
ratione firment. Per dñm. Cōio.
Tu dñe seruabis nos et custodies nos
a generatiōe hac ineternū. Postcōio.
Hac nos dñe q̄s accepto pi-
gnore salutis eterne sic tē-
dere ꝯgruēter: vt ad eā peruenire
possim⁹. P. Sup populū. Oratio.
Da quesumus domine po-
pulo tuo salutē mētis et cor
poris. vt bonis operibus inheren
do: tue semper virtutis mereatur
protectione defendi. Per dñm.

¶ Sabbato. Introitus.
Lex dñi irreprehensibi-
lis conuertens aīas te-
stimoniū dñi fidele sa-
pietiā prestans paruu-
lis. ps. Celi enarrant gloriā dei: et ope-
ra manuum eius annunciat firmamētū.
Da quesumus do- Oratio.
mine nostris effectū ieiu-
nijs salutarem: vt castigatio car.
nis assumpta: ad nostrarum ve-
getationē trāseat animar. P do.
Lectio libri genesis. xxvij.
In diebus illis. Dixit rebec
ca filio suo iacob. Audiui
patrē tuū loquētem cum esau fra
tre tuo: et dicentē ei. Affer michi
de venatione tua fili mi: et fac ci-
bos vt comedam: et benedicā tibi
corā dño anteq̄ moriar. Nunc er
go fili mi/ acquiesce cōsilijs meis.
et pergēs ad gregem affer michi
duos hedos optimos: vt faciam
ex eis escas patri tuo: quibus libē
ter vescitur. Quas cum intuleris
et comederit: benedicat tibi ante-
q̄ moriatur. Cui ille respondit.
Nosti q̄ esau frater meus/ homo
pilosus sit et ~~ego~~ lenis. Si attre-
[margin: ego]
ctauerit me pater me⁹ et senserit:
timeo ne putet me sibi voluisse il-
ludere: et inducat super me ma-
ledictionem pro benedictiōe. Ad
quē mater. In me sit ait ista ma-
ledictio fili mi. tantū audi vocem
meā: et perge affer que dixi. Abi-
it et attulit: deditq̄ matri. Para-
uit illa cibos/ sicut nouerat vel-
le patrem illius/ et vestibus esau

valde bonis: quas apud se habebat domi. induit eum. Pelliculasque hedorum circundedit manibus: et colli nuda protexit. Deditque pulmentum: et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque iacob. Ego sum esau primogenitus tuus: feci sicut precepisti michi. Surge sede et comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rursumque isaac ad filium suum. Quomodo inquit tam cito invenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit: vt cito michi occurreret quod volebam. Dixitque isaac. Accede huc/vt tangam te fili mi: et probem vtrum tu sis filius meus esau an non? Accessit ille ad patrem: et palpato eo dixit isaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus/manus sunt esau. Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicensque illi ait. Tu es filius meus esau? Respondit. Ego sum. At ille. Affer michi inquit cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da mihi osculum fili mi. Accessit: et osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam: benedicens illi: ait. Ecce odor filij mei/sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre/ abundantiam frumenti vini et olei: et seruiant tibi populi: et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum: et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi/ sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi/ benedictionibus repleatur. Vix isaac sermonem impleuerat. et egresso iacob foras venit esau: coctosque de venatione cibos: intulit patri dicens. Surge pater mi: et comede de venatione filij tui: vt benedicat michi anima tua. Dixitque illi isaac. Quis enim es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expauit isaac stupore vehementi: et vltra quam credi potest admirans ait. Quis igitur est ille qui dudum captam venationem attulit michi: et comedi ex omnibus priusque tu venires: benedixique ei: et erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris irrugijt clamore magno: et consternatus ait. Benedic etiam et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomen eius iacob/ supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem. Nunquid non reseruasti ait et michi benedictionem? Respondit isaac. Dominum tuum illum constitui: et omnes fratres eius seruituti illius subiugaui. Frumento et vino et oleo stabiliui eum: et tibi post hec fili mi quid faciam? Cui esau ait. Non vnam inquit tantum benedictionem habes pater? Mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret: motus isaac di-

xit ad eum. In pinguedine terre: et in rore celi desuper: erit benedictio tua. ℣. Bonū est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciādum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem.

Secundum Lucam. xv.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. Homo quidā habuit duos filios et dixit adolescētior ex illis patri Pater da michi portionē substātie: que me contingit. Et diuisit illis substantiā. Et nō post multos dies/ cōgregatis oībus adolescentior filius peregre pfect⁹ est in regionē longinquā: et ibi dissipauit substantiā suā. viuēdo luxuriose. Et postq̄ cōsummasset omnia: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abijt ⁊ adhesit vni ciuiū regionis illi⁹: et misit illum in villam suam: vt pascceret porcos. Et cupiebat iplere ventrem suū de siliqs quas porci mā ducabāt et nemo illi dabat. In se autē reuersus: dixit. Quanti mercennarij in domo patris mei abūdant panibus: ego autē hic fame pereo. Surgā ⁊ ibo ad patrē meū et dicam illi. Pater peccaui in celum ⁊ corā te: iam nō sum dignus vocari filius tu⁹. fac me sicut vnū ex mercēnarijs tuis. Et surgēs venit ad patrem suū. Cū autem adhuc longe esset: vidit illum pater suus. et misericordia mot⁹ est. Et accurrēs cecidit supra collum ei⁹: et osculatus est illū. Dixitq̄ ei filius. Pater peccaui in celum ⁊ coram te: iam nō sum dignus vocari filius tuus. Dixit autē pater ad seruos suos. Cito pferte stolā primam et induite illū: et date anulum in manu eius: ⁊ calciamenta in pedes eius: ⁊ adducite vitulum saginatū et occidite: et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat/ ⁊ reuixit: perierat/ ⁊ inuētus est. Et ceperūt epulari. Erat aūt fili⁹ eius senior in agro. Et cum veniret et appropiquaret domui: audiuit simphoniā et chorum. Et vocauit vnū ex seruis: et interrogauit quid hoc esset. Isq̄ dixit illi. Frater tu⁹ venit: et occidit pater tuus vitulum saginatū: quia saluū illū recepit. Indignat⁹ est autem: et nolebat introire. Pater ergo illi⁹ egress⁹: cepit rogare illū. At ille respōdēs dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi/ et nunq̄ mādatū tuū preteriui: ⁊ nunq̄ dedisti mihi hedū/ vt cū amicis meis epularer. Sed postq̄ filius tuus hic qui deuorauit substantiā suā cū meretricib⁹ venit: occidisti ei vitulū saginatū At ipse dixit illi. Fili: tu semp mecū es: et oīa mea tua sūt. Epulari autē et gaudere oportebat: qa frater tuus hic mortuus fuerat: et reuixit. Perierat: et inuēt⁹ est. Offer.

Illumina oculos meos nequando obdormiā in morte: nequādo dicat inimicus meus preualui aduersus eū. Secreta.

His sacrificijs dn̄e concede placatus. vt qui pprijs oramus absolui delictis: non grauemur externis. Per dn̄m nostrum

Cōio. Oportet te fili gaudere: qa frater tuus mortuus fuerat et reuixit. perierat et inuentus est. Postcōio.

Sacramenti tui dn̄e diuina libatio penetralia nr̄i cordis infundat: et sui participes potēter efficiat. Per. Sup populum

Familiā tuā quesumus domine ꝯtinua pietate custodi. vt que ī sola spe gratie celestis innititur: celestis etiam protectione muniatur. Per dominum.

¶ Dn̄ica.iij.in.xl. Introitus.



Oculi mei semp ad dominū: quia ipse euellet de laqo pedes meos respice in me et miserere mei: quoniam vnicus et pauper sum ego. ps Ad te domine leuaui animā meā: deus me⁹ in te cōfido nō erubescam. Oratio.

Quesumus oīpotens deus: vota humiliū respice/atqꝫ ad defensionē nostrā dexterā tue maiestatis extende. Per dn̄m nostrum. Ad ephesios. v.

Fratres. Estote imitatores dei: sicut filij carissimi Et ambulate in dilectione: sicut et christus dilexit nos / et tradidit semetipsum pro nobis oblationē et hostiā deo: in odorē suauitatis. Fornicatio autē et oīs immūdicia aut auaricia nō nominef in vobis: sicut decet sanctos. Aut turpitudo aut stultiloquiū. aut scurrilitas. que ad rem nō ptinet: sed magis gratiarꝝ actio. Hoc autem scitote: intelligētes ꝙ oīs fornicator aut immūdus/aut auarus/ ꝙ est ydolorū seruitus: non habet hereditatē in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enī venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici: participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autē lux in dn̄o. vt filij lucꝫ ambulate. Fructus enī lucis est: in omni bonitate et iustitia et veritate. ℟. Exurge domine non preualeat homo iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣. In cōuertendo inimicū meū retrorsum: infirmabūtur et peribūt a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorū. ℣. Ecce sicut oculi ancille: in manibus domine sue. ℣. Ita oculi nostri ad dn̄m deū nostrū: donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis dn̄e miserere nobis.

Secundum Lucam. xj.



In illo tpe Erat ies⁹ eijciēs demoniū et illud erat mutum. Et cum eiecisset demoniū: locutus est mutus. ꝛ admirate sunt turbe. Quidam autē ex eis dixerūt. In beelzebub principe demoniorū: eijcit demonia. Et alij tentātes. signū de celo querebāt ab eo. Ipse autē vt vidit cogitatiōes eorū: dixit eis Omne regnū in seipsū diuisū desolabitur: et domus supra domū cadet. Si autē et sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnū ipsius: quia dicitis in beelzebub me eijcere demonia? Si autem ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri ī quo eijciūt? Ideo

ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eijcio demonia: profecto puenit in vos regnū dei. Cum fortis armat⁹ custodit atriū suū: in pace sunt omnia que possidet. Si autem fortior illo supueniens vicerit eum vniuersa arma eius: auferet in quib⁹ confidebat: & spolia eius distribuet. Qui nō est mecum: aduersum me est. Et qui nō colligit mecū: dispergit. Cū imūdus spirit⁹ exierit ab hoīe: ambulat per loca inaquosa: querens requiem & nō inueniēs dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et cum venerit: inuenit vacantem scopis mundatā et ornatā. Et tūc vadit & assumit secū septem alios spirit⁹ nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autē cum hec diceret: extollens vocē quedā mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo: Beati qui audiūt verbum dei: & custodiunt illud. Credo. Offer. Iusticie domini recte letificantes corda: et dulciora super mel et fauū: nam & seruus tuus custodit ea. Secreta.

Hec hostia quesumus domine mundet nostra delicta & ad sacrificiū celebrādū subditorū tibi corpora mentesq; sanctificet. Per. Cōio. Passer inuenit sibi domū et turtur nidū vbi reponat pullos suos. altaria tua dn̄e virtutū rex meus et deus meus beati qui habitant in domo tua: in seculum seculi laudabūt te. Postcōio.

A cunctis nos dn̄e reatib⁹ et periculis ppiciat⁹ absolue quos tāti mysterij tribuis esse participes. Per dominum.

Feria secunda. Introitus.

In deo laudabo verbū in dn̄o laudabo sermonē: in deo speraui nō timebo quid faciat mihi homo. ps. Miserere mei deus quoniā conculcauit me homo: tota die pugnans tribulauit me. Gloria patri. Oratio.

Cordibus nostris quesum⁹ dn̄e benignus īfunde. vt sicut ab escis carnalib⁹ abstinem⁹: ita quoq; sensus nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per.

Lectio libri Regum. iiij. b.

In dieb⁹ illis. Naamā princeps militie regꝭ syrie: erat vir magnus apud dn̄m suū: et honoratus. Per illū eni dedit dn̄s salutem syrie. Erat eni vir fortis et diues sed leprosus. Porro de syria egressi fuerant latrūculi: et captiuam duxerāt de terra israel puellam paruulā / que erat ī obsequio vxoris naamā. Que ait ad dominam suā. Utinā fuisset dn̄s meus ad pphetā qui est in samaria: profecto curasset eum a lepra quā habet. Ingressus est itaq; naaman ad dn̄m suū: & nūciauit ei dicens. Sic & sic locuta est puella de terra israel. Dixitq; ei rex syrie. Uade: & mittam litteras ad regem israel. Qui cum pfectus esset: et tulit secū decē talenta argēti et sex milia aureos. & decē mutatoria vestimētorū: detulit litteras ad regē isrl' in hec verba. Cū acceperis epistolā hanc: scito q miserim ad te naaman seruū meū: vt cures eum a lepra sua. Cūq; legisset rex israel

litteras: scidit vestiměta sua & ait. Nũquid deus ego sum / vt occidere possim & viuificare: quia iste misit ad me / vt curem hoiem a lepra sua? Aniaduertite et videte: quot occasiões querat aduersum me. Quod cum audisset helyseus vir dei scidisse videlicet regẽ israel vestimenta sua: misit ad eum dicẽs. Cur scidisti vestiměta tua? Veniat ad me: et sciat prophetã esse in israel. Venit ergo naamã cũ eqs et curribus: et stetit ante hostium domus helysei. Misitq; ad eũ helyseus nuncium dicens. Vade & lauare septies in iordane: & recipiet sanitatẽ caro tua / atq; mundaberis. Irat⁹ naaman: recedebat dicens. Putabã q egrederet ad me et stans inuocaret nomen dñi dei sui: et tangeret manu sua locũ lepre: et curaret me. Nunqđ nõ meliores sunt abana & pharphar fluuij damasci oibus aquis israel / vt lauer in eis & munder? Cum ergo vertisset se et abiret indignãs: accesserũt ad eum serui sui: & locuti sunt ei. Pater / et si rem grandẽ dixisset tibi ppheta: certe facere debueras. Quãtomagis nũc: qa dixit tibi lauare / et mũdaberis. Descendit itaq; et lauit septies in iordane iuxta sermonẽ viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: et mũdatus est a lepra sua. Reuersusq; ad virũ dei cũ vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo: et ait. Vere scio q nõ sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantũ dñs deus israel. ℟. Deus vitam meam nunciaui tibi: posui lachrymas meas in cõspectu tuo. ℣. Miserere mei domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me.

Tractus. Domine nõ scđm. qre feria.iiij.in capite ieiunij. fol.xxxij. Secundum Lucam. iiij.



In illo tpe Dixerunt pharisei ad iesũ Quãta audiuimus facta in capharnaũ. fac et hic i patria tua. Ait autẽ. Amen dico vobis: quia nemo ppheta accept⁹ est in patria sua. In veritate dico vobis: quod multe vidue erãt in diebus helye in israel: quando clausum est celũ annis tribus / et mẽsibus sex: cum facta esset fames valida in oi terra: et ad nullã illarum missus est helyas / nisi in sarepta sydoniorũ ad mulierẽ viduã. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo ppheta: et nemo eorũ mũdatus est nisi naaman syrus. Et repleti sũt oẽs in synagoga ira: hec audiẽtes. Et surrexerũt & eiecerunt eum extra ciuitatẽ: & duxerũt eum vsq; ad supercilium mõtis / supra quẽ ciuitas illorum erat edificata. vt precipitarent eum. Jesus autẽ transiẽs per mediũ illorũ ibat. Offer. Exaudi deus orationẽ meã / et ne despereris depcationẽ meã: intẽde in me & exaudi me

Secreta. Munus quod tibi dñe nostre seruitutis offerim⁹ quesumus salutare nobis perfice sacramẽtum. Per. Cõio. Quis dabit ex syon salutare israel: cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis sue exultabit iacob et letabitur israel. Postcõ.

Presta quesum⁹ oīpotens et misericors de⁹. vt que ore contigimus / pura mente capiamus. Per dñm nostrum.

Super populum. Oratio.

Subueniat nobis quesum⁹ dñe misericordia tua vt ab imminētibus peccatorū nostrorū periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Per dominum nostrum iesum.

Feria tertia. Introitus.

Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: iclina aurem tuā et exaudi verba mea. custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarū ptege me. ps. Exaudi dñe iustitiā meā: intēde depcationem meam.

Exaudi nos oīpotens Oro. et misericors deus. et continentie salutaris: propicius nobis dona cōcede. Per dñm nostrum.

Lectio libri regum. iiij. iiij.

In dieb⁹ illis. Mulier quedam clamabat ad helyseū prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendū sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa respōdit. Nō habeo ego ancilla tua quicq̄ i domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Uade: et pete mutuo ab oībus vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere et claude hostiū. Cū itrinsec⁹ fueris tu et filij tui. mitte inde i oīa vasa hec: et cū plena fuerint tolles. Iuit itaq̄ mulier: et clausit hostiū sup se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cūq̄ plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Nō habeo. Stetitq̄ oleū Uenit autem illa et indicauit homini dei. Et ille. Uade inquit vende oleum: et redde creditori tuo. Tu autem et filij tui: viuite de reliquo. ℞. Ab occultis meis mūda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero et emūdabor a delicto maximo.

Secundum Matheum. xviij.



In illo tpe Respiciēs iesus i discipłos suos dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum iter te et ipsum solū. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuū. Si autē te non audierit adhibe tecū adhuc vnū vel duos / vt in ore duorū vel triū testiū: stet omne verbū. Quod si nō audierit eos dic ecclesie. Si autem ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecūq̄ alligaueritis sup terrā: erunt ligata et in celo. Et quecūq̄ solueritis super terram: erunt soluta et in celo. Iterū dico vobis: quia si duo ex vobis ꝯsenserint super terram de omni re quācunq̄ petierit: fiet illis a patre meo. qui est in celis Ubi enim sunt duo vel tres congregati in noīe meo: ibi sum in medio eorum. Tunc acce-

dens petrus ad eum: dixit. Domine: quotiēs peccabit in me frater meus / et dimittā ei. vsqꝫ septies? Dicit ei iesus. Nō dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagies septies. Offer. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me. nō moriar sed viuā: ꝛ narrabo opera dnī. Secreta

Per hec veniat domine quesumus sacramenta nostre redemptionis effectus. qui nos et ab humanis retrahat semp exces sibus: et ad salutaria cuncta pducat. Per. Cōio. Dñe q̄s habitabit i tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in mōte sancto tuo. qui īgreditur sine macula: et operatur iustitiam. Postcōio.

Sacris dñe mysterijs expiati: et veniā consequamur et gratiam. Per. Super populum.

Tua nos dñe protectiōe defende: ꝛ ab omī semp iniq̄tate custodi. Per dominū nostrū.

¶ Feria quarta. Introitus.

Ego autē in dño speraui exultabo ꝛ letabor i tua misericordia / q̄a respexisti humilitatē meam. Ps. In te dñe speraui nō cōfundar ieternum in iustitia tua libera me. Oratio.

Presta nobis quesum⁹ dñe vt salutarib⁹ ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abstinētes / propiciationē tuam facili⁹ impetremus. Per dominū nostrum

Lectio libri exodi. xx.

Hec dicit dñs deus. Honora patrē tuū et matrē tuā: vt sis longeuus sup terrā: quā dominus deus tuus dabit tibi. Nō occides. non mechaberis. nō furtum facies. non loquaris cōtra pximū tuū falsum testimoniū. Non concupisces rem proximi tui: nec desiderabis vxorē eius. nō seruū. non ancillā. non bouem. nō asinū. nec oīa que illi⁹ sunt. Cūctus aūt populus audiebat voces et lāpades: et sonitū buccine. monteqꝫ fumigātē: ꝛ preterriti ac pauore cōcussi steterunt procul dicentes moysi Loquere tu nobis: et audiemus. Non loquat̄ nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. vt enī probaret vos venit dñs: ꝛ vt terror illius esset in vobis. et non peccaretis. Stetitqꝫ popul⁹ a lōge. Moyses autem accessit ad caliginē: in qua erat deus. Dixitqꝫ ꝑterea dominus ad moysen. Hec dices filijs israel. Uos vidistis q̄ de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argēteos: nec deos aureos faciet͡ȝ vobis. Altare de terra faciet͡ȝ michi: et offeretis sup illud holocausta et pacifica vestra. Oues vr̄as ꝛ boues in oī loco in quo memoria fuerit nois mei. ℞. Miserere michi dñe q̄m ifirmus sum sana me dñe. ℣. Cōturbata sunt oīa ossa mea: ꝛ aīa mea turbata est valde. Tract⁹. Dñe nō scd̄m quere feria. iiij. i capite ieiunij fo. xxxij. Scd̄m Matheum. xv.



In illo tpe Accessert ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui trāsgrediunt̄ traditiōes seniorū? Nō enī lauant manus suas cū panē man

ducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et vos transgredimini mandatũ dei ꝓpter traditionem vestrã? Nam deus dixit. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ tuam. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis: quicunqꝫ dixerit patri vel matri munꝰ quodcunqꝫ est ex me tibi proderit: et non honorificabit patrem suũ et matrẽ suã: et irritum fecistis mandatũ dei: ꝓpter traditionẽ vestrã. Hypocrite: bene prophetauit de vobis ysaias dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longe est a me. Sine causa autẽ colunt me: docẽtes doctrinas et mãdata hoim. Et cõuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite ⁊ intelligite. Nõ quod intrat in os coinquinat hominẽ: sed qđ procedit ex ore hoc coinquinat hominẽ. Tunc accedẽtes ad eum discipuli eius: dixerũt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respõdens ait. Omnis plãtatio quẽ nõ plãtauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos. Ceci sunt et duces cecorum. Cecus autẽ si ceco ducatũ prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens autẽ petrus: dixit ei Edissere nobis parabolã istam? At ille dixit eis. Adhuc vos sine intellectu estis? Non itelligitis: qꝛ omne quod in os intrat in ventrẽ vadit: ⁊ in secessum emittitur. Que autẽ procedunt de ore: de corde exeunt et ea coinquinãt hoiem. De corde eni exeũt cogitatiões male: homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia. blasphemie: hec sunt que coinquinãt hoiem. Nõ lotis eni manibꝰ mãducare: nõ coinqnat hoiem. Offr.

Dñe fac mecũ miam tuã ꝓpter nomen tuũ: quia suauis est mia tua. Secreta

Suscipe dñe qs preces populi tui cum oblatióibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes / ab omibus nos defende periculis. Per. Cõio. Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me letitia cũ vultu tuo domine. Postcõio.

Sanctificet nos quesumus dñe qua pasti sumus / mẽse celestis libatio: et a cunctis erroribus expiatos: supernis ꝓmissionibus reddat acceptos. Per dñm.

Super populum. Oremus.

Concede quesumus omipotens deꝰ: vt qui ꝓtectionis tue gratiã querimꝰ liberari a malis oibus secura tibi mẽte seruiamus. Per dñm nostrũ iesum.

¶ Feria quinta. Introitus.

Salus populi ego sum dicit dñs. de quacunqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorũ dñs imppetuũ. ps. Attẽdite popule meus legem meã: iclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Da quesumus dñe rex eterne cũctorum. vt sacro nos purificatos ieiunio sinceris quoqꝫ mentibꝰ ad tua sancta ventura facias ꝑuenire. Per dñm nostrũ.

Lectio hieremie prophete. vij.

In diebus illis. Factum est vbũ dñi ad me dicens. Sta in porta domus dñi: et predica ibi verbũ istud ⁊ dic. Audite verbum dñi ois iuda: qui ingredimini per

portas has: vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituũ: deus isrl. Bonas facite vias vestras ⁊ studia vestra: ⁊ habitabo vobiscum in loco isto. Nolite cõfidere in verbis mẽdacij dicentes. Templũ dñi. templum dñi. templũ dñi est. Quoniam si benedixeritis vias vestras ⁊ studia vestra: si feceritis iudiciũ inter virum et proximũ eius: aduene et pupillo et vidue nõ feceritis calumniã: nec sanguinẽ innocentem effuderitis in loco hoc: ⁊ post deos alienos non ambulaueritis in malũ vobismetipsis: habitabo vobiscũ in loco isto: in terra quã dedi patribus vestris a seculo: et vsqꝫ in seculũ. Dicit dñs ops. Grad.

Oculi oĩm in te sperãt dñe ⁊ tu das escã illis in tempore oportuno. V. Aperis tu manum tuam: et iples omne animal benedictione. Secũdum Lucam. iiij.



In illo tpe Surgens iesus de synagoga: introiuit in domũ symonis. Socrus autẽ symonis / tenebatur magnis febrib⁹ et rogauerũt eũ pro ea. Et stans sup illam: imperauit febri / et dimisit illã. Et ꝯtinuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autẽ occidisset / oẽs qui habebant infirmos varijs lãguoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens sanabat eos. Exibant autem ⁊ demonia a multis clamãtia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpãs nõ sinebat eos loqui: quia sciebãt ipsũ esse christũ. Facta autẽ die: egressus ibat in desertũ locum: ⁊ turbe requirebant eũ. Et venerunt vsqꝫ ad ipsum. et detinebãt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare: regnũ dei. Offer.

Si ambulauero in medio tribulatiõis viuificabis me domine: et super iram inimicorũ meorũ extẽdisti manũ tuam ⁊ saluum me fecit dextera tua. Secreta.

Deus de cuius gratie rore descendit. vt ad mysteria tua purgatis sensibus accedam⁹ presta quesum⁹: vt in eorũ tractatione solẽniter honorãda competens deferam⁹ obsequium. Per.

Cõio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinã dirigãtur vie mee ad custodiẽdas iustificatiões tuas. Postcõ.

Sacramẽti tui dñe veneranda perceptio. ⁊ mystico nos mundet effectu: et ꝑpetua virtute defendat. Per do. Sup populum

Conserua q̃s dñe populũ tuum: ⁊ gratie tue in eo dona multiplica / vt ⁊ ab oĩbus liber offensis: ⁊ tẽporalibus nõ destituatur auxilijs et sempiternis gaudeat institutis. Per dominum.

¶ Feria sexta. Introitus.

Fac mecũ dñe signũ in bono / vt videãt qui me oderunt et cõfundantur: quoniã tu dñe adiuuisti me. ⁊ cõsolatus es me. Ps. Inclina domine aurem tuã et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Oratio

Ieiunia nostra quesum⁹ domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vicijs ieiu

nemus in mente. Per dominum.

Lectio libri numeri. xx.

In diebus illis. Cõuenerũt filij israel ad moysen et aaron: et versi in seditionẽ dixerunt. Da nobis aquã: vt bibamus. Ingressiq; moyses et aaron: dimissa multitudine ante tabernaculum federis / corruerũt proni in terrã clamaueruntq; ad dñm: et dixerũt Dñe deus exaudi orationẽ populi huius: et aperi eis thesaurũ tuũ fontem aque viue vt satiati cesset murmuratio eorũ. Et appuit gloria dñi sup eos. Locutusq; est dominus ad moysen dicens. Tolle virgam & congrega populum tu / et aaron frater tuus. et loquimini ad petrã coram eis: & illa dabit aquas. Cũq; eduxeris aquã de petra: bibet oĩs multitudo et iumenta eorũ. Tulit igit moyses virgã que erat in cõspectu dñi sicut preceperat ei. Cõgregataq; multitudine ãte petrã dixit eis. Audite rebelles & increduli. Nũ de petra hac vobis poterim⁹ aquã eijcere? Cũq; eleuasset moyses manũ pcutiens virga bis silicem egresse sunt aque largissime: ita vt popul⁹ biberet et iumenta. Dixitq; dñs ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi vt sanctificaretis me corã filijs israel: nõ introducetis hos pplos in terrã quã dabo eis. Hec est aqua cõtradictiõis vbi iurgati sunt filij israel ꝯtra dominũ et sanctificatus est in eis. ℟. In deo sperauit cor meũ & adiutus sum / & refloruit caro mea: et ex voluntate mea ꝯfitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui deus me⁹ ne sileas ne discedas a me. Tract⁹

Domine non scdm. vts. folio. xxxix.

Secundum Johannem. iiij.



In illo tpe Venit ies⁹ in ciuitatẽ samarie que dicitur sichar: iuxta pdiũ quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Jes⁹ autẽ fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontẽ. Hora erat quasi sexta Venit mulier de samaria haurire aquã. Dicit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli aũt eius abierãt i ciuitatẽ vt cibos emerẽt. Dixit ergo ei mulier illa samaritana. Quõ tu iudeus cum sis / bibere a me poscis: que sum mulier samaritana? Nõ eñi coutunt iudei samaritanis. Respõdit iesus & dixit ei. Si scires donũ dei: et qs est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquã viuam. Dicit ei mulier. Dñe neq; in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquã viuã? Nunqd tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteũ et ipse ex eo bibit et filij eius: et pecora eius? Respondit iesus et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sciet iterũ. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei. nõ sitiet ieternũ. Sed aqua quã ego dabo ei: fiet in eo fons aque saliẽtis in vitam eternã. Dicit ad eum mulier. Dñe da michi hanc aquã vt non sitiam vltra / nec veniã huc haurire. Dicit ei iesus. Uade vocabirũ tuũ: et veni huc. Respõdit

mulier: et dixit. Non habeo virũ. Dixit ei iesus. Bene dixisti: q̃a nõ habeo virum. Quinq; enim viros habuisti: et hic quẽ habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Domine: vt video pphe=ta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: ⁊ vos dicitis q̃a hierosolymis est locus vbi adora=re oportet. Dixit ei iesus. Mulier crede michi. q̃a veniet hora quan=do neq; in monte hoc / neq; in hie=rosolymis adorabitis patrẽ. Uos adoratis quod nescitis nos adora mus quod scimus: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est: quando veri adoratores ado=rabũt patrẽ in spiritu: et veritate Nã et pater tales querit: qui ado rant eum. Spũs est de⁹: ⁊ eos qui adorãt eũ in spũ ⁊ veritate adora=re oportet. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicit chri=stus. Cũ ergo venerit: ille nobis annũciabit omnia. Dixit ei iesus Ego sum qui loquor tecũ. Et cõti nuo venerũt discipuli ei⁹: ⁊ mira=bant quia cũ muliere loquebat. Nemo tamen dixit ei q̃d queris: aut q̃d loqueris cũ ea. Reliquit er go idriã suã mulier: et abijt in ci=uitatẽ. et dixit illis hoĩbus. Ueni=te et videte hoĩem qui dixit michi oĩa quecũq; feci. Nunq̃d non ipse est christus? Et exierũt de ciuita=te: et veniebant ad eũ. Interea ro gabãt eũ discipuli: dicẽtes. Rab=bi: mãduca. Ille autem dixit eis. Ego cibũ habeo manducare: quẽ vos nescitis. Dicebant ergo disci puli ad inuicẽ. Nunq̃d aliq̃s attu=lit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est / vt faciã volũtatẽ eius qui misit me: vt pficiã opus eius. Nonne et vos dicitis q̃ ad=huc quattuor mẽses sunt ⁊ messis venit. Ecce dico vobis. leuate ocu los vestros: et videte regiones q̃a albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedẽ accipit: et congre=gat fructum in vitam eternã. Ut et qui seminat simul gaudeat: et qui metit. In hoc eñ est verbũ ve rũ: q̃a alius est qui seminat: ⁊ ali⁹ est qui metit. Ego misi vos mete=re: quod vos non laborastis. Alij laborauerunt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate au=tem illa: multi crediderunt in eũ samaritanorũ / pter verbũ mu=lieris testimoniũ perhibentis: q̃a dixit michi oĩa quecũq; feci. Cum venissent ergo ad eum samarita=ni: rogauerunt eũ vt ibi maneret et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt in eũ pter ser=monẽ eius / et mulieri dicebãt: q̃a iam nõ pter tuam loquelã credi mus. Ipsi aũt audiuim⁹ et scim⁹: quia hic est vere: saluator mundi.

Offer. Intẽde voci orationis mee: rex meus et deus meus: q̃m ad te orabo dñe.

Secreta

Respice dñe ppici⁹ ad munera que sacram⁹: ⁊ vt tibi sint grata: et nobis saluta=ria semp existãt. Per dñm.

Cõio. Qui biberit aquã quã ego do dixit do=minus samaritane: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternã.

Postcõio. Huius nos domine pceptio sacramenti mundet a cri=mine: et ad celestia regna perdu=cat. Per dominũ nostrum.

Super populum. Oratio.

Presta q̄s ops deus: vt qui in tua ꝓtectione cōfidimꝰ: cūcta nobis aduersantia/te adiuuante vincamus. Per dominū.

¶ Sabbato. Introitus.

Verba mea auribus percipe dn̄e: itellige clamorem meum. intēde voci orationis mee. Ps. Rex meus et deus meus. Oratio.

Presta q̄s ops deꝰ. vt dignitas cōditiōis humane/ per immoderantiā sautiata: medicinalis parcimonie studio reformetur. Per dominū nostrum.

Lectio danielis prophete. xiij.

In diebus illis. Erat vir in babylone: ⁊ nomē eius ioachim. Et accepit vxorē noīe susannam filiā helchie: pulchrā nimis et timentē deū. Parētes eni illius cū essent iusti: erudierūt filiā suā scd̄m legem moysi. Erat autē ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinū domui sue. Et ad ipsum cōfluebāt iudei: eo quod esset honorabilior oīm. Et cōstituti sūt duo senes iudices in illo anno: de quibꝰ locutus est dn̄s/ q̄a egressa est iniquitas de babylone/ a senioribus iudicibus qui videbātur regere populū. Isti frequētabāt domum ioachim: ⁊ veniebāt ad eos omnes qui habebant iudicia. Cū autē populꝰ reuertisset post meridiem: ingrediebat̄ susanna: et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbāt eam senes quotidie ingredientē et deambulantē: et exarserūt in cōcupiscētiam eius. Et euerterūt sensum suū: et declinauerūt oculos suos vt nō viderent celum: neq̧ recordarētur iudiciorum iustorum. Factum est autē cum obseruarēt diem aptum: ingressa est aliquando sicut heri et nudiustertius cum duabus solis puellis: voluitq̧ lauari in pomerio. Estus quippe erat: ⁊ non erat ibi quisq̄ preter duos senes absconditos: contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et smigmata ⁊ ostia pomerij claudite vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duo senes: ⁊ accurrerūt ad eā ⁊ dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt: ⁊ nemo nos videt: ⁊ in concupiscētia tui sumꝰ. Quāobrē assentire nobis: ⁊ cōmiscere nobiscum Quod si nolueris: dicemus testimoniū cōtra te: q̄ fuerit tecum iuuenis: et ob hāc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna ⁊ ait. Angustie sunt michi vndiq̧. Si enim hoc egero: mors michi est. Si autem non egero: non effugiam manus vestras. Sed meliꝰ est michi absq̧ opere incidere in manus vestras: q̄ peccare in conspectu domini. Et exclamauit voce magna susanna. Exclamauerunt aūt ⁊ senes aduersus eā. Cū aūt audissent clamorē famuli domus ī pomerio: irruerūt per posticū vt viderēt q̄d nā hoc esset. Postq̄ aūt senes locuti sūt/ erubuerūt serui vehemēter: q̄a nūq̄ dictꝰ fuerat sermo huiuscemodi de susāna Et facta est dies crastina. Cunq̧ venisset populꝰ ad ioachī virū eiꝰ/ venerunt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannā: vt interficerēt eā. Et dixe-

runt coram populo. Mittite ad susannā filiā helchie vxorē ioachim Et statim miserūt. Et venit cum parentib⁹ et filijs: et vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui et oēs qui nouerāt eam. Cōsurgentes autē duo presbyteri in medio populi: posuerunt man⁹ suas sup caput eius. Que flens suspexit ad celū. Erat autē cor ei⁹: fiduciā habens in dño. Et dixerūt presbyteri. Cū deambularem⁹ ī pomerio soli: īgressa est hec cū duab⁹ puellis: et clausit ostiū pomerij sup se: et dimisit puellas a se. Venitq̄ ad eam adolescens qui erat abscōditus: et cōcubuit cū ea. Porro nos cum essem⁹ in angulo pomerij: videntes iniquitatē cucurrimus ad eos: et vidim⁹ eos pariter commisceri. Et illum quidē nequiuim⁹ comprehēdere: quia fortior nobis erat. Et aperto ostio exiliuit. Hāc autem cum apprehendissem⁹: interrogauimus quisnā esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus et iudicibus populi: et cōdemnauerūt eam ad mortē. Exclamauit autē voce magna susanna: et dixit. Deus eterne/ qui absconditorum es cognitor/ qui nosti omia anteq̄ fiant: tu scis quoniam falsum tulerunt contra me testimoniū. Et ecce morior: cum nichil horum fecerim que isti maliciose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cumq̄ duceret ad mortē: suscitauit dñs spiritū pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna. Mūdus ego sum a sanguine huius. Et cōuersus oīs populus ad eum: dixit. Quis est iste sermo quē tu locutus es? Qui cū staret in medio eorum: ait. Sic fatui filij israel non iudicātes: neq̄ quod verum est cognoscētes cōdēnastis filiam israel. Reuertimini ad iudiciū: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: ⁊ dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicē procul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essēt alter ab altero: vocauit vnum de eis: ⁊ ait ad eum. Inueterate dierum malorū/ nūc venerūt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta. innocētes opprimens et dimittens noxios: dicente domino. Innocentē ⁊ iustū: non interficies. Nunc ergo si vidisti eam dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cyno. Dixit autē daniel. Recte mētitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dñi accepta sententia ab eo: scindet te medium. Et amoto eo: iussit venire alterū: et dixit ei. Semē chanaā ⁊ non iuda species decepit te: et cōcupiscētia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timentes loquebantur vobis. Sed non filia iuda sustinuit iniquitatē vestram. Nunc ergo dic michi sub qua arbore cōprehenderis eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autē daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet enim angelus domini gladium habens: vt secet te medium. ⁊

interficiat vos. Exclamauit itaq̃ om̄is cetus voce magna: et benedi xerũt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerũt aduersus duos presbyteros. Cõuicerat eni eos daniel ex ore suo: dixisse falsũ testimoniũ. Feceruntq̃ eis sicuti male egerant aduersus proximũ: et interfecerũt eos. Et saluatus est sanguis innoxius: in illa die. ℟. Si ambulē in medio vmbre mortis: nõ timebo mala: quoniã tu mecũ es domine ℣ Uirga tua et baculus tuus ipsa me cõ solata sunt. Scd̃m Johannē. viij.



In illo tp̃e Perrexit iesus in mõtem oliueti. et dilucu lo iterũ venit in templũ. Et om nis populus ve nit ad eum: et se dēs docebat eos. Adducunt autē scribe et pharisei mulierē in adulterio dephensam: et statuerũt eam in medio et dixe rũt ei. Magister hec mulier depre hensa est in adulterio. In lege au tem mandauit nobis moyses: hu iusmodi lapidare. Tu ergo q̃d di cis? Hec autem dicebant tētantes eum: vt possent eum accusare. Je sus autē inclinans se deorsum: di gito scribebat in terram. Cũ aũt perseuerarēt interrogantes eum erexit se iesus et dixit eis. Si quis sine peccato est vestrũ: primus in illam lapidem mittat. Et iterũ se inclinãs scribebat in terram. Au dientes autē vnus post vnum exi bant: incipiētes a senioribus. Et remansit iesus solus: et mulier in medio stans. Erigens autem se ie sus dixit ei. Mulier vbi sũt qui te accusabant? Nemo te cõdēnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autem ei iesus. Nec ego te cõdem nabo. Uade: et iam amplius noli peccare. Offr. Gressus meos dirige domine scd̃m eloquiũ tuum: vt nõ domi netur mei oĩs iniustitia dñe. Secreta.

Concede q̃s oĩpotēs deus vt huius sacrificij mun⁹ obla tum: fragilitatē nostrã ab oĩ ma lo purget semp et muniat. Per do. Cõio. Nemo te condemnauit mulier/ nemo domine: nec ego te condēnabo. iam amplius noli peccare. Postcõio.

Quesumus oṗs deus: vt in ter ei⁹ mēbra numeremur cui⁹ corpori cõmunicamus: et san guini. Per. Super populũ. Orõ.

Pretēde dñe fidelibus tuis dexterã celestis auxilij: vt te toto corde perquirãt: et que di gne postulant cõsequi mereãtur. Per dñm nostrũ. ¶ Dñica quar ta in quadragesima. Introitus.

Letare hierusalē et cõ uētum facite/ oēs qui diligitis eã: gaudete cũ letitia qui in tristi tia fuistis/ vt exulte tis: et satiemini ab vberibus con solationis vestre. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum do mini ibimus. Oratio.

Concede quesumus omni potens deus. vt qui ex meri to nostre actionis affligimur. tue gratie consolatione respiremus. Per. Ad galathas. iiij.

Fratres. Scriptũ est quo niã abrahã duos filios ha

buit: vnū de ancilla / et vnū de libe
ra. Sed qui de ancilla: scdm car=
nē nat⁹ est. Qui autē de libera per
repromissionē que sūt per allego=
riā dicta. Hec eni sūt duo testamē
ta. Unū quidē in mōte syna: in ser
uitutē generās que est agar. Sy=
na eni mons est in arabia / qui cō=
iunctus est ei que nunc est hieru=
salem: et seruit cum filijs suis. Il
la autem que sursum est hierusa=
lem: libera est. que est mater no=
stra. Scriptū est eni. Letare steri
lis que non paris: erūpe et clama
que nō parturis. qa multi filij de=
serte magis quā ei⁹ que habet vi=
rum. Nos aūt fratres scdm isaac
pmissiōis filij sum⁹. Sed quomo
do tūc is q̄ scdm carnē nat⁹ fuerat
psequebat eū qui scdm spiritū ita
et nūc. Sed quid dicit scriptura?
Eijce ancillā et filiū ei⁹. Nō enim
heres erit fili⁹ ancille: cū filio libe
re. Itaq; fratres nō sum⁹ ancille
filij: sed libere. Qua libertate chri
stus nos liberauit. ℟. Letat⁹ sum
in his que dicta sūt mihi: in domū dñi ibi
mus. ℣. Fiat pax in virtute tua: et abun
dantia in turribus tuis. Tractus.

Qui cōfidūt in dño sicut mōs syō
nō cōmouebit ieternū: q̄ habitat
in hierl'm. ℣. Mōtes in circuitu ei⁹ & dñs
in circuitu ppl'i sui: ex hoc nūc & vsq; i secl'm

Scdm iohēm. vj
In illo tpe
Abijt ies⁹
trās mare gali=
lee: qd est tyberi
adis. Et seqbat
eū mltitudo ma
gna: quia vide=
bāt signa que fa
ciebat sup his qui ifirmabantur.
Subijt ergo in montē iesus: & ibi
sedebat cū discipl'is suis. Erat eni
primū pasca dies festus iudeorū.
Cū subleuasset ergo oculos iesus
et vidisset qa multitudo maxima
venit ad eū: dicit ad philippū. Un
de emem⁹ panes vt māducēt hij?
Hoc autē dicebat tētans eū. Ipse
eni sciebat qd esset factur⁹. Respō
dit ei philipp⁹. Ducētor denario=
rū panes nō sufficiūt eis: vt vnus=
quisq; modicū quid accipiat. Di=
xit ei vnus ex discipulis eius: an=
dreas frater symōis petri. Est pu
er vnus hic: qui habet quinq; pa=
nes ordeaceos & duos pisces. Sed
hec quid sunt inter tantos? Dixit
ergo iesus. Facite homines dis=
cumbere. Erat enim fenum mul=
tum in loco. Discubuerunt ergo
viri numero quasi quinq; milia.
Accepit ergo iesus panes: et cum
gratias egisset distribuit discum
bentibus. Similiter & ex piscibus
quantū volebant. Ut autē imple=
ti sunt: dixit discipulis suis. Colli
gite que superauerunt fragmēta
ne pereant. Collegerunt ergo: et
impleuerūt duodecim cophinos
fragmētorum ex quinq; panibus
ordeaceis: que superfuerunt his
qui manducauerāt. Illi ergo ho=
mines cū vidissent signū quod fe=
cerat: dicebant. Quia hic est vere
propheta: qui venturus est in mū
dum. Credo. Offr. Laudate do=
minum quia benignus est: psallite nomi
ni eius quoniā suauis est: oia quecūq; vo
luit fecit in celo et in terra. Secreta.

Suscipe dñe sacrificiū / cui⁹
voluisti dignanter immo=

latione placari: et presta quesumus vt huius operatione mundati: beneplacitum tibi nostre mentis offeramus affectum. Per dominum. Communio. Hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum. illuc enim ascenderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini tuo domine. Postcommunio.

Da nobis misericors deus vt sancta tua quibus incessanter explemur: sinceris tractemur obsequijs: et mente fideli semper sumamus. Per dominum nostrum.

Feria secunda. Introitus.

Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. deus exaudi orationem meam. Ps. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animam meam. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus. vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dominum nostrum iesum christum.

Lectio libri regum. iij. iij.

In diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices / ad regem salomonem: steteruntque coram eo. Quarum vna ait. Obsecro mi domine: ego et mulier hec habitabamus in domo vna: et peperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die postquam ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul. nullusque alius in domo nobiscum: exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius: nocte quippe dormiens oppressit eum. Et consurgens in tempeste noctis silentio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis: et collocauit in sinu suo. Suum autem filium qui erat mortuus / posuit in sinu meo Cum surrexissem mane vt darem lac filio meo / apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce: deprehendi non esse meum quem genueram. Responditque altera mulier non est ita. Sed filius tuus mortuus est: meus autem viuit. E contrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus viuit: et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum: contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meus viuit et filius tuus mortuus est. Et ista respondit. Non: sed filius tuus mortuus est: meus autem viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladium Cumque attulissent gladium coram rege: tunc rex ait. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes: et date dimidiam partem vni: et dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem: commota sunt quippe viscera eius: super filio suo. Obsecro domine / date illi infantem viuum: et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat / nec michi nec tibi: sed diuidatur. Respondit rex: et ait. Date huic infantem viuum: et non occidatur. Hec est enim mater eius. Audiuit itaque omnis israel iudicium quod iudicasset rex: et timuerunt regem: videntes sapientiam dei esse in eo: ad faciendum iudicium. ℟. Esto michi in deum protectorem et in locum refugij: vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui domine non confundar ineternum. Tractus. Domine non secundum. vt s. folio. xxxij.

Secundum Johannem. ij.



In illo tempore. Prope erat pasca iudeorum: et ascendit iesus hierosolymam. Et inuenit in templo vendentes boues/ et oues/ et columbas. et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoque et boues et nummulariorum effudit es/ et mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei/ domum negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptum est. zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis/ quia hec facis? Respondit iesus: et dixit eis. Soluite templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat/ de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis/ recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture et sermoni: quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolymis in pascha in die festo/ multi crediderunt in nomine eius: videntes signa eius que faciebat. Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes. Et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat: quid esset in homine. **Offer.** Iubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. intrate in conspectu eius in exultatione: quia dominus ipse est deus. **Secreta.**

Oblatum tibi domine sacrificium/ viuificet nos semper et muniat. Per dominum. **Com.** Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. **Postcom.**

Sumptis domine salutaribus sacramentis/ ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

Super populum. Oremus.

Deprecationem nostram quesumus domine benignus exaudi. et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

¶ **Feria tertia. Introitus.**

Exaudi deus orationem meam: et ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. **Ps.** Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Gloria. **Oratio.**

Sacre nobis quesumus domine obseruationis ieiunia et pie conuersationis augmentum: et tue propiciationis continuum prestent auxilium. Per dominum.

Lectio libri exodi. xxxij.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Descende de monte: quia peccauit populus tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quam ostendisti eis. Fecerunt que sibi vitulum conflatilem/ et adorauerunt atque immolantes ei hostias dixerunt

Isti sunt dij tui israel: qui te eduxerũt de terra egypti. Rursumq̃ ait dñs ad moysen. Cerno q̃ populus iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascat̃ furor meus cõtra eos et deleam eos: faciãq̃ te in gẽtem magnã. Moyses aũt orabat dominũ deũ suũ dicens. Cur dñe irascitur furor tuus contra populum tuũ quẽ eduxisti de terra egypti/in fortitudine magna ⁊ in manu robusta? Ne queso dicant egyptij/callide eduxisti eos: vt interficeret in mõtibus. et deleret e terra. Quiescat ira tua: et esto placabilis sup nequitia populi tui. Recordare abraham et ysaac ⁊ israel seruorũ tuorũ: quibus iurasti per temetipsum dicẽs. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: ⁊ vniuersam terrã hanc de qua locutus sum dabo vobis ⁊ semini vestro: et possidebitis eam semper. Placatusq̃ est dñs ne faceret malum aduersus populũ suũ/ qđ locutus fuerat. Et misertus est populo suo: dñs deus noster. ℟. Exurge domine fer opẽ nobis: et libera nos propter nomen tuũ. ℣. Deus aurib⁹ nostris audiuimus: patres nostri annũciauerunt nobis. opus quod operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis.

Secundum Johannem. vij.



In illo tpe Iã die festo mediante: ascẽdit iesus in tẽplum. ⁊ docebat Et mirabant̃ iudei dicẽtes. Quomodo hic litteras scit cũ nõ didicerit? Respondit iesus: et dixit. Mea doctrina nõ est mea: sed ei⁹ qui misit me. Si quis volũtatem eius facere voluerit: cognoscet de doctrina vtrum ex deo sit. an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquit̃: gloriã ppriã querit. Qui autẽ querit gloriã ei⁹ qui misit illum: hic verax est. ⁊ iniustitia in illo nõ est. Nonne moyses dedit vobis legem: et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit ei turba: et dixit. Demoniũ habes. Quis te querit interficere? Respõdit iesus: et dixit eis. Unũ opus feci: et oẽs miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionẽ/ nõ quia ex moyse est: sed ex patribus. et in sabbato circũciditis hoiem. Si circuncisionẽ accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi: michi idignamini quia totũ hominẽ sanũ feci in sabbato? Nolite iudicare scđm faciẽ: sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebant ergo quidã ex hierosolymis. Nõne hic est quẽ querunt iudei interficere? Ecce palã loquitur. ⁊ nichil ei dicunt. Numquid vere cognouerũt principes: quia hic est christus? Sed hũc scimus vnde sit: christus autẽ cũ venerit. nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus docẽs in tẽplo ⁊ dicens. Et me scitis/et vnde sim scitis. et a meipso non veni: sed est verus qui misit me quẽ vos nescitis. Ego scio eum. et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mẽdax Sed scio eũ. q̃a ab ipso sum: ⁊ ipse me misit. Querebãt ergo eum apprehẽdere: ⁊ nemo misit in eũ ma

nus: quia nondū venerat hora ei9 De turba aūt: multi crediderunt in eum. Offr. Expectans expectaui dominū et respexit me et exaudiuit deprecationē meā / ⁊ imisit in os meū cāticū nouum: hymnum deo nostro. Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt eccl'ie tue p̄ces que tibi grate sunt pia munera deferētis fiant expiatis mētibus gratiores. P. Cōio. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in noīe dei nostri magnificabimur.

Postcō. Celestia dona capiētibus q̄s dn̄e nō ad iudicium p̄uenire patiaris: quod fidelibus tuis ad remediū prouidisti. Per. Super populum. Oratio.

Miserere domine pp'lo tuo: et continuis tribulatiōib9 laborantē / p̄picius respirare concede. Per. ¶ Feria .iiij. Introit9.

Dum sanctificat9 fuero in vobis ꝯgregabo vos de vniuersis terris ⁊ effundā sup vos aquam mundā: et mundabimini ab oīb9 inquinamētis vestris et dabo vobis spiritū nouū. ps. Benedicā dn̄m in omni tēpore: semp laus ei9 in ore meo. ¶ Nota q̄ nō dicit Dn̄s vobiscū: sed Flectamus genua. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui et iustis premia meritorū ⁊ peccatorib9 per ieiuniū veniam prebes. miserere supplicib9 parce peccātib9. vt reat9 nostri cōfessio: indulgentiā valeat p̄cipere delictorum. Per dominū nostrū.

Lectio ezechielis prophete xxxvj

Hec dicit dn̄s deus. Sanctificabo nomē meū magnū / quod pollutū est inter gētes quod polluistis in medio earū. vt sciant gentes quia ego dn̄s cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollā quippe vos de gētib9: ⁊ congregabo vos de vniuersis terris: et adducā vos in terrā vestrā. Et effundā sup vos aquā mundā: et mundabimini ab oībus inquinamentis vestris. et ab oībus ydolis vestris mundabo vos. et dabo vobis cor nouū: et spiritū nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideū: de carne vestra. Et dabo vobis cor carneū: ⁊ spiritū meum ponā in medio vestri. Et faciā vt in preceptis meis ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terrā quā dedi patribus vestris: ⁊ eritis michi in populū: et ego ero vobis in deum. Dicit dn̄s omnipotens. R. Venite filij audite me: timorē dn̄i docebo vos. V. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre nō cōfundent. Dicitur Dominus vobiscum et Flectamus genua leuate. Oratio.

Presta quesumus oīpotens deus. vt quos ieiunia votiua castigant. ipsa quoq̄ deuotio sancta letificet. vt terrenis affectibus mitigati: facilius celestia capiamus. Per dn̄m nostrū iesum.

Lectio ysaie prophete. j.

Hec dicit dominus. Lauamini mundi estote: auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Quiescite agere puerse: discite benefacere. Querite iudicium. subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite viduā / ⁊ venite et arguite me: dicit dn̄s. Si fuerint peccata vestra vt coccinum:

quasi nix dealbabuntur. Et si fue rint rubꝛa quasi vermiculꝰ/ velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs: oĩpotẽs. ℟. Beata gens cuius est dñs deus eoꝛum: populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt: ⁊ spiritu oꝛis eius omnis virtus eoꝛum. Tractus. Dñe non scd̃m pctã. vts folio.xxxij

Secundum Johannem. ix.



In illo tpe Pꝛeteriẽs iesus: vidit hominẽ cecũ a natiuitate. Et interrogauerũt eum discipli sui. Rabbi. Quis peccauit hic aut parẽtes eiꝰ/ vt cecus nasceret? Respõdit iesus. Neq hic peccauit. neq parẽtes eius. sed vt opera dei manifestent in illo. Me opoꝛtet operari opera eius qui misit me: donec dies est. Venit nox: quãdo nemo potest operari. Quãdiu ĩ mũdo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset/ expuit in terrã: et fecit lutum ex sputo. et liniuit lutũ super oculos eius: et dixit ei. Vade et laua in natatoꝛia syloe: quod interpꝛetatur missus. Abijt ergo et lauit: et venit videns. Itaq vicini et qui viderant eum pꝛius: quia mẽdicus erat. dicebãt. Nonne hic est qui sedebat et mẽdicabat? Alij dicebant quia hic est. Alij autem nequaq: sed similis eius est. Ille autem dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo apti sunt tibi oculi? Respõdit. Ille homo ꝗ dicitur iesus lutũ fecit ⁊ vnxit oculos meos: et dixit michi. Vade ad natatoꝛiã syloe: et laua. Et abij et laui: et video. Dixerũt ergo ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eũ ad phariseos ꝗ cecus fuerat. Erat autẽ sabbatũ: quãdo lutũ fecit iesus et aperuit oculos eius. Iterũ autẽ interrogabãt eum pharisei/ quomodo vidisset. Ille autẽ dixit eis. Lutũ posuit michi super oculos: et laui et video. Dicebãt ergo ex phariseis quidã. Nõ est hic homo a deo/ qui sabbatũ non custodit. Alij autẽ dicebant. Quomodo potest homo pctõꝛ hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterũ. Tu quid dicis de illo: qui apuit oculos tuos? Ille autẽ dixit. Quia ppheta est. Non crediderũt ergo iudei de illo quia cecus fuisset ⁊ vidisset: donec vocauerũt parẽtes eius qui viderat: et ĩterrogauerũt eos dicẽtes. Hic est filiꝰ vester quẽ vos dicitis: quia cecus natus est. quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parẽtes eius: et dixerunt. Scimꝰ quia hic est filius noster. ⁊ quia cecus natus est. quomodo ergo nũc videat nescimus: aut quis aperuit oculos eius/ nos nescimus. Ipsum interrogate/ etatẽ habet: ipe de se loquat. Hec dixerũt parẽtes eius: quia timebãt iudeos. Iã enĩ cõspirauerant iudei/ vt si quis eũ cõfiteret chꝛistũ: extra synagogã fieret. Pꝛopterea parẽtes eius dixerũt/ quia etatẽ habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hoĩem qui cecus fuerat: ⁊ dixerũt ei. Da gloꝛiam deo. Nos sci

mus: quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est: ne scio. Unū scio: quia cū cec⁹ essem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respōdit eis. Dixi vobis iā ⁊ audistis. Quid iterū vultis audire? Nunquid ⁊ vos vultis discipuli ei⁹ fieri? Maledixerūt ei: ⁊ dixerunt. Tu discipul⁹ illius sis: nos autē discipuli moysi sumus. Nos scimus: quia moysi locutus est deus. Hunc autē: nescim⁹ vnde sit. Respōdit ille homo: ⁊ dixit eis In hoc eni mirabile est: quia vos nescitis vnde sit/ ⁊ aperuit oculos meos? Scimus autē: quia peccatores deus nō audit. Sed si q̄s dei cultor est: et voluntatē eius facit. hunc exaudit. A seculo non est auditū: quia q̄s aperuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄. Respōderūt ⁊ dixerunt ei. In peccatis natus es totus. et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras? Audiuit autē iesus q̄a eiecerūt eum foras: et cū inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respondit ille et dixit. Quis est dñe: vt credā in eū? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et procidens: adorauit eū

Offer. Benedicite gentes dominū deū nostrū et obaudite vocem laudis ei⁹: qui posuit aīam meā ad vitam/ et nō dedit cō moueri pedes meos. benedictus dñs qui non amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me. Secreta.

Supplices te dñe rogamus. vt his sacrificijs pctā nr̄a mundent: quia tūc veram nobis tribuis mētis et corporis sanitatē Per. Cōio. Lutum fecit ex sputo dominus/ et liniuit oculos meos ⁊ abij ⁊ laui et vidi et credidi deo. Postcōio.

Sacramēta que sumpsim⁹ dñe deus noster. et spiritalibus nos repleāt alimētis. et corporalibus tueant auxilijs. Per.

Super populum. Oratio.

Pateāt aures misericordie tue dñe precibus supplicātium: et vt petētib⁹ desiderata cōcedas. fac eos que tibi placita sūt postulare. Per dominū nostrum.

¶ Feria quinta. Introitus.

Letetur cor querētiū dominum querite dñm ⁊ confirmamini: querite faciem eius semper. Ps. Cōfitemini dño et iuocate nomē ei⁹: annunciate iter gētes opera eius. Oratio

Presta quesum⁹ oīpotēs deus. vt salutarib⁹ eruditi ieiunijs/ a noxijs etiam vicijs abstinentes: propiciationem tuam facilius impetremus. Per.

Lectio libri regum. iiij. iiij.

In diebus illis. Uenit mulier sunamitis ad helyseum prophetā in montē carmeli. Cūq̄ vidisset eam vir dei decōtra ait ad gyezi puerū suum. Ecce sunamitis illa venit: vade i occursum ei⁹ et dic ei. Recte ne agitur circa te ⁊ circa virū tuum: ⁊ circa filiū tuū? Que dixit. Recte. Cunq̄ venisset ad virum dei in montē: apprehendit pedes eius: et accessit gyezi/ vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam/ anima eni eius in amaritudine est. et dñs celauit a me: et nō indicauit michi. Que di

xit. Nūqd petiui filiū a dño meo? Nūqd nō dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad gyezi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculū meum in manu tua: et vade. Si occurrerit tibi homo: non salutes eum. Et si salutauerit te quispiā: nō respondeas illi. Et pones baculum meū super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs ⁊ viuit anima tua: non dimittā te. Surrexit ergo: et secutus est eam. Gyezi autē precesserat ante eos: et posuerat baculum suum sup faciem pueri: et nō erat vox neqꝫ sensus. Reuersusqꝫ est gyezi in occursum eius: ⁊ nunciauit ei dicens. Nō surrexit puer. Ingressus est ergo helyseꝰ domū: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Et ingressus clausit hostium super se ⁊ sup puerum: ⁊ orauit ad dominū. Et ascēdit et incubuit super puerum. Posuitqꝫ os suū sup os eius: ⁊ oculos suos sup oculos eius: ⁊ manus suas sup manꝰ eius. Et incuruauit se sup eū: et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulabat in domo: semel huc atqꝫ illuc. Et ascēdit et incubuit sup eum: et oscitauit puer septies: aperuitqꝫ oculos suos. At ille vocauit gyezi et dixit ei. Voca sunamiten hanc. Que vocata ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa: ⁊ corruit ad pedes eiꝰ: et adorauit eū sup terrā. Tulitqꝫ filiū suū ⁊ egressa est. Helyseus vero: reuersus est in galgala. ℟. Respice dñe in testamentū tuū: et aīas pauperū tuoꝝ ne obliuiscaris in finē. ℣. Exurge domine ⁊ iudica causam meam: memor esto opprobrij seruorum tuorum.

Secundum Lucam. vij.



In illo tpe Ibat iesꝰ i ciuitatē que vocatur naym: et ibant cū eo discipuli eius: et turba copiosa. Cū autē appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctꝰ efferebat filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset iesus. misericordia motus sup eam: dixit illi Noli flere. Et accessit. et tetigit loculū. Hij autē qui portabant steterunt. Et ait. Adolescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuꝰ et cepit loqui. ⁊ dedit illum matri sue. Accepit autē oēs timor: ⁊ magnificabāt deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem suam. Offer. Dñe in auxilium meū respice ⁊ fundant ⁊ reuereant qui querūt aīam meā vt auferant eam. Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt ecclesie tue p̄ces que tibi grate sūt pia munera deferētes. fiant expiatis mētibꝰ gratiores. Per. Cōio. Domine memorabor iusticie tue solius. deus docuisti me a iuuentute mea: ⁊ vsqꝫ in senectā ⁊ senium deus ne derelinquas me. Postcōio.

Celestia dona capiētes quesumus domine non ad iudicium nos peruenire patiaris: que fidelibus tuis ad remedium cōtulisti. Per dominū nostrum.

Super populum. Oratio.

Populi tui deus institutor & rector peccata quibus impugnatur expelle: ut semp tibi placitus/ et tuo munimine sit securus. Per dñm nostrũ iesum christum.

¶ Feria sexta. Introitus.

Meditatio cordis mei in cõspectu tuo semp: dñe adiutor meus et redemptor meus. ps. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuũ eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mũdum renouas sacramẽtis presta qs. ut ecclia tua eternis proficiat institutis: et tẽporalibus nõ destituatur auxilijs. Per.

Lectio libri regum. iiij. xvij.

In diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat languor eius fortissimus: ita ut nõ remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyam. Quid michi et tibi vir dei? Ingressus es ad me: ut rememorarentur iniqtates mee: et interficeres filiũ meũ. Et ait ad eam helyas. Da mihi filium tuũ. Tulitqꝫ eũ de sinu illius: et portauit in cenaculũ ubi ipse manebat: et posuit super lectũ suũ. et clamauit ad dñm: & dixit. Dñe deus meus/ etiã ne viduã apud quã ego utcũqꝫ sustẽtor afflixisti ut interficeres filium eius. Et expãdit se/ atqꝫ mensus est sup puerũ tribus vicibus. Clamauitqꝫ ad dominũ: et ait. Dñe deus meus reuertatur oro anima pueri huius: in viscera eius Exaudiuit autẽ dñs vocem helye. Et reuersa est anima pueri intra eũ: et reuixit. Tulitqꝫ helyas puerum: & deposuit eũ de cenaculo in inferiorẽ domũ: et tradidit matri sue. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitqꝫ mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui: quoniã vir dei es tu. Et verbum dei in ore tuo verũ est. ℟. Bonũ est confidere in domino: qͣ confidere in homine. ℣. Bonũ est sperare in domino: qͣ sperare in principibus.

Tractus. Dñe nõ scdm. vts. folio xxxij. Scdm Johannem. xj.



In illo tpe Erat quidam languẽs lazarus a bethania: de castello marie & marthe sororis eius. Maria erat aũt que vnxit dñm vnguento. & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eũ: dicẽtes. Dñe: ecce quẽ amas infirmatur. Audiens autẽ iesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortẽ: sed pro gloria dei. ut glorificetur filius dei per eũ. Diligebat autẽ iesus marthã et sororem eius mariã. et lazarũ. Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mãsit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeã iterũ. Dicũt ei discipli. Rabbi: nũc querebant te iudei lapidare & iterum vadis illuc? Respõdit iesus. Nonne duodecim hore sũt diei? Si qs ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mũdi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte offendit: qꝛ lux nõ est in eo. Hec ait. Et post hec dixit eis. Lazarus amicus

noster dormit: sed vado vt a som-
no excitem eũ. Dixerũt ergo disci
puli ei⁹. Dñe: si dormit salu⁹ erit.
Dixerat autẽ iesus. de morte ei⁹.
Illi autẽ putauerũt: quia de dor-
mitione somni diceret. Tũc ergo
dixit eis iesus manifeste. Lazar⁹
mortuus est: et gaudeo ꝓpter vos
vt credatis quoniã nõ erã ibi: sed
eamus ad eũ. Dixit ergo thomas
qui dicit͛ didim⁹: ad cõdiscipulos.
Eamus ⁊ nos: vt moriamur cum
eo. Uenit itaq; iesus: et inuenit eũ
quattuor dies iam in monumẽto
habentẽ. Erat autẽ bethania iu-
xta hierusalẽ quasi stadijs q̃ndeci
Multi autem ex iudeis venerant
ad marthã et mariã: vt consola-
rẽtur eas de fratre suo. Martha
autẽ vt audiuit q̃a iesus venit: oc-
currit illi. Maria autẽ domi sede
bat. Dixit ergo martha ad iesum
Dñe si fuisses hic: frater me⁹ non
fuisset mortuus. Sed ⁊ nunc scio:
quia quecũq; poposceris a deo/ da
bit tibi de⁹. Dixit illi iesus. Resur
get frater tuus. Dixit ei martha.
Scio q̃a resurget in resurrectiõe
in nouissimo die. Dicit ei iesus.
Ego sum resurrectio et vita. Qui
credit in me etiam si mortuus fue
rit viuet. Et oĩs qui viuit et credit
in me: non morie͛t in eternũ. Cre-
dis hoc? Ait illi. Utiq; dñe. Ego
credidi quia tu es christus fili⁹ dei
viui: qui in hunc mundũ venisti.
Et cum hoc dixisset: abijt et voca-
uit mariã sororẽ suã silẽtio dicẽs.
Magister adest: et vocat te. Illa
vt audiuit: surrexit cito. et venit
ad eũ. Nõdũ eñi venerat iesus in
castellũ: sed erat adhuc ĩ illo loco
vbi occurrerat ei martha. Iudei
igitur qui erant cũ illa in domo ⁊
cõsolabant͛ eam/ cũ vidissent ma-
riam q̃a cito surrexit et exijt: secu
ti sunt eam dicentes. Quia vadit
ad monumẽtũ: vt ploret ibi. Ma-
ria ergo cũ venisset vbi erat iesus:
videns eũ cecidit ad pedes eius. et
dixit ei. Domine si fuisses hic: nõ
esset mortuus frater me⁹. Iesus
ergo vt vidit eam plorantẽ et iude
os qui venerant cũ ea plorantes:
infremuit spiritu. et turbauit se-
metipsum. et dixit eis. Ubi posui-
stis eũ? Dicunt ei. Dñe: veni et vi-
de. Et lachrimatus est iesus. Di-
xerũt ergo iudei. Ecce quomodo
amabat eũ? Quidã autez ex ipsis
dixerũt. Non poterat hic qui ape-
ruit oculos ceci nati facere: vt et
hic non moreret͛? Iesus autẽ rur-
sum fremens in semetipso/ venit
ad monumentũ. Erat eñi spelun-
ca: ⁊ lapis superposit⁹ erat ei. Ait
ies⁹. Tollite lapidẽ. Dicit ei mar-
tha soror eius qui mortu⁹ fuerat.
Dñe iam fetet: quatriduanus eñi
est. Dicit ei iesus. Nõne dixi tibi:
quoniã si credideris videbis glo-
riam dei? Tulerũt ergo lapidem
Iesus autẽ eleuatis sursum ocu-
lis: dixit. Pater gratias ago tibi:
quoniã audisti me. Ego autẽ scie-
bam: q̃a semp me audis/ sed pro-
pter populũ qui circũstat dixi: vt
credant quia tu me misisti. Hec cũ
dixisset: voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim pro
dijt qui fuerat mortuus ligat⁹ pe-
des et man⁹ institis: et facies eius
sudario erat ligata. Dixit eis ie-
sus. Soluite eum et sinite abire.

Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad mariā ⁊ marthā ⁊ viderāt que fecit: crediderunt in eum. Offer.

Populum humilē saluum facies dn̄e: et oculos supborū humiliabis: quoniam quis deus preter te domine. Secreta.

Munera nos quesumus domine oblata purificēt. ⁊ te nobis iugiter faciant esse placatū. Cōio. Videns dn̄s flentes sorores lazari ad monumentū lachrymatus est corā iudeis: et clamabat lazare veni foras. et prodijt ligatis manibus ⁊ pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcōio.

Hec nos quesumus dn̄e participatio sacramēti. ⁊ a proprijs reatibus indesinēter expediat et ab oībus tueat aduersis. Per do. Super populum. Oratio.

Da quesumus oīpotēs deus: vt qui infirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus. sub tua semp pietate gaudeamus. Per dominū nostrū iesum.

¶ Sabbato. Introitus.

Sitiētes venite ad aquas dicit dn̄s: et qui non habetis preciū / venite bibite cum letitia. ps. Attēdite popule meus legē meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Fiat dn̄e quesumus per gratiam tuam fructuosus nostre deuotiōis affectus: quia tunc proderūt nobis suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per do.

Lectio ysaie prophete. xlj.

Hec dicit dn̄s deus. In tēpore placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te et dedi te in fedus populi: vt suscitares terram et possideres hereditates dissipatas. Ut diceres his qui vincti sunt exite: et his qui in tenebris sunt reuelamini. Sup vias pascent: et in oībus planis pascue eorū. Non esurient neq sitient amplius: et nō percutiet eos estus ⁊ sol. Quia miserator eorum reget eos: et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponā oēs montes meos in viam: et semite mee exaltabunt. Ecce isti de longe venient et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra / iubilate mōtes laudē: qa cōsolatus est dn̄s populū suum: et pauperū suorū miserebitur. Et dixit syon. Dereliquit me dn̄s: et oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier īfantē suū vt non misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen nō obliuiscar tui. Dicit dn̄s: oīpotēs.

R. Tibi domine derelictus est pauper pupillo tu eris adiutor. V. Ut quid domine recessisti longe despicis in oportunitatibus in tribulatione. dum supbit impius incendit pauper. Scd̄m iohānē. viij.



In illo tpe Dicebat iesus turbis iudeorū. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniū perhibes. Testimoniū tuū nō est verū. Respondit iesus: et dixit eis. Et si ego testimoniū phibeo de meipso: verū est testimoniū meū: qa scio vnde veni ⁊

quo vado. Vos autẽ nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos scdm carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quẽquã. Et si iudico ego iudiciũ meũ verum est / quia solus nõ sum: sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptũ est: quod duorũ hoim testimoniũ verum est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso: et testimoniũ phibet de me qui misit me pater. Dicebãt ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus et dixit eis. Neqꝫ me scitis neqꝫ patrem meũ. Si me sciretis / forsitã et patrem meũ sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazophilatio. docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondũ venerat hora eius. Offer. Factus est dñs firmamentũ meũ et refugiũ meũ: et liberator meus sperabo in eum. Secreta.

Oblatiõibus qs dñe placare susceptis: et ad te etiam nostras rebelles cõpelle ppicius voluntates. Per do. Cõio. Dñs regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit / super aquam refectionis educauit me. Postcõio.

Tua nos quesumus domine sancta purificẽt: et operationis tue munere te perficient esse placatos. Per dñm nostrum.

Super populum. Oratio.

Deus qui sperantibus in te misereri potius eligis quam irasci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue consolatiõis gratiam inuenire valeamus. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spũs scti deus. Ic.

Dñica in passione. Introitus.

Iudica me deus et discerne causã meã de gente non sancta / ab homine iniquo et doloso eripe me: quia tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuã et veritatẽ tuam ipsa me deduxerũt et adduxerũt in montẽ sanctum tuũ et in tabernacula tua. Iudica.

Nota quod nõ dicit Gloria patri. a modo vsqꝫ in cena dñi. Oratio.

Quesumus oṗs deus: familiam tuã ppicius respice vt te largiente regatur in corpore. et te seruante custodiatur in mente Per dñm. Ad hebreos. ix.

Fratres. Christus assistẽs pontifex futurorum bonorum: per amplius et pfectius tabernaculũ nõ manu factũ: id est non huius creationis. Neqꝫ per sanguinem hyrcorũ aut vitulorũ: sed per propriũ sanguinẽ introiuit semel in sancta eterna redemptiõe inuenta. Si eni sanguis hyrcorũ aut taurorũ: et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationẽ carnis: quãto magis sanguis christi qui per spiritũ sanctũ semetipsum obtulit imaculatum deo. emũdabit cõsciẽtias vestras ab operibus mortuis: ad seruiendum deo viuenti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte intercedente in redẽptionẽ earũ preuaricationũ que erant sub priori testamento repromissionẽ accipiant: qui vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu dño nostro.

R. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere voluntatẽ tuã: quia deus meus es tu. V. Liberator meus dñe de gẽtibus

iracundis: ab insurgẽtibus in me exalta bis me: a viro iiquo eripies me. Tract⁹

Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea. ℣ Dicat nũc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣ Etenim nõ potuerunt mihi supra dorsum meum fabricauerũt peccatores. ℣ Prolongauerunt iniquitatem sibi domi nus iustus concidet ceruices peccatorum

Secundum Johannem. viij.



In illo tpe Dicebat iesus turbis iudeorũ et principibus sacerdotum Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico quare vos nõ creditis mihi? Qui ex deo est v̄ba dei audit. Propterea vos nõ auditis: q̄a ex deo nõ estis. Responderunt ergo iudei: et dixerũt ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes? Respondit iesus et dixit. Ego demoniũ non habeo: sed honorifico patrẽ meũ: et vos inhonorastis me. Ego autẽ nõ quero gloriam meã: est qui querat et iudicet. Amen amẽ dico vobis: si quis sermonẽ meum seruauerit: mortem non gustabit ineternũ. Dixerunt ergo ei. Nunc cognouimus: quia demoniũ habes. Abraham mortu⁹ est et pphete mortui sunt: et tu dicis si quis sermonẽ meum seruauerit mortem non gustabit ineternum. Nũquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est? Et prophete mortui sũt. Quẽ teipsum facis? Respondit iesus. Si ego glorifico meipsũ: gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me quẽ vos dicitis: quia deus vester est: et non cognouistis eum. Ego autem noui eum Et si dixero quia nõ scio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eũ: et sermonẽ ei⁹ seruo. Abrahã pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit et gauisus est. Dixerũt ergo iudei ad eũ. Quinquaginta annos nondum habes et abrahã vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis: anteq̄ abraham fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides: vt iacerent in eum. Jesus autẽ abscondit se: et exiuit de tẽplo. Credo. Offr. Confitebor tibi dñe ĩ toto corde meo. retribue seruo tuo et viuã ꝛ custodiã sermões tuos viuifica me scd̃m verbũ tuũ dñe. Secreta

Hec munera q̄s dñe ꝛ prauitatis nostre vincula absoluant/ꝛ tue nobis misericordie dona cõciliẽt. Per do. Com. Hoc corpus quod pro vobis tradet̃ hic calix nouĩ testamẽti est in meo sanguine dicit dominus hoc facite quotiẽscũq3 sumitis ĩ meã commemorationem. Postcõio.

Adesto nobis dñe deus noster ꝛ quos tuis mysterijs recreasti ppetuis defẽde subsidijs Per do. ¶ Feria. iij. Introitus.



Miserere michi domine: quoniã conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ps. Cõculcauerũt me ĩimici mei tota die: quoniam multi bellãtes aduersũ me. Miserere. sine Gloria patri. Oratio.

Sanctifica q̄sumus domine nostra ieiunia: et cunctarũ

nobis propicius indulgẽtiam largire culparum. Per dñm nostrũ.

Lectio ione prophete. iij.

In diebus illis. Factum est verbum dñi ad ionam prophetam secundo dicens. Surge/ et vade in niniuen ciuitatem magnã: ꝛ predica in ea predicationẽ quã ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abijt in niniuen ciuitatem iuxta verbum dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierũ trium. et cepit ionas introire in ciuitatem. itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies: ꝛ niniue subuertet. Et crediderunt viri niniuite in dño. et predicauerunt ieiunium. ꝛ vestiti sunt saccis a maiore vsq; ad minorem. Et puenit vbũ ad regẽ niniue et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentũ suũ a se: ꝛ indutus est sacco. et sedit in cinere. Et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis et principũ eius dicens. Hoĩes et iumẽta/ et boues: et pecora non gustẽt quicq̃ nec pascãtur. ꝛ aquã non bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta: et clamant ad dominum deum in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala: et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat de⁹: et reuertatur a furore ire sue et non peribim⁹? Et vidit deus opera eorum quia cõuersi sunt a via sua mala. Et misertus est populo suo: dominus deus noster. ℞. Deus exaudi orationem meam auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Tractus. Dñe nõ scdm. vts. fol. xxxij.

Secundum Johannem. viij.



In illo tẽpe. Miserũt principes et pharisei ministros: vt apprehenderent iesum. Dixit ergo eis ies⁹. Adhuc modicũ tẽpus vobiscum sum: ꝛ vado ad eum qui me misit Queretis me et nõ inuenietis me et vbi sum ego: vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: q̃a non inueniemus eũ? Nunquid in dispersionẽ gentiũ iturus est ꝛ doctur⁹ gentes? Quis est hic sermo quẽ dixit/ queretis me ꝛ nõ iuenietis me: ꝛ vbi sum ego vos nõ potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat iesus et clamabat dicẽs. Si quis sitit: veniat ad me ꝛ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre ei⁹ fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu quẽ accepturi erant: credentes in eũ. Offer. Domine cõuertere et eripe animam meam saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

Concede nobis dñe deus noster: vt hec hostia salutaris et nostrorũ fiat purgatio delictorum. et tue ꝓpiciatio maiestatis. Per dominũ. Cõio. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Postcõio.

Sacramenti tui q̃s dñe participatio salutaris: et purificationẽ nobis prebeat ꝛ medelã Per. Super populum. Oratio.

Benedictio dñe q̃s in tuos fideles copiosa descendat: et quã subiectis cordibus expetunt: largiter ꝯsequãtur. Per dominũ.

¶ Feria tertia. Introitus.

Expecta dominũ viriliter age et confortet̃ cor tuũ: et sustine dominũ. Ps. Dñs illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Expecta. Sicut erat. Gloria patri. Oratio.

Nostra tibi dñe q̃s sint accepta ieiunia: que nos ꝛ expiando gratia tua dignos efficiant et ad remedia ꝑducãt eterna. Per do. Lectio danielis ꝓphete. xiiij.

In diebus illis. Congregati sunt babylonij ad regẽ et dixerunt ei. Trade nobis danielẽ qui bel destruxit: ꝛ drachonẽ interfecit. Alioquin interficiemus te: et domũ tuã. Vidit ergo rex ꝙ irruerent in eum vehemẽter: et necessitate cõpulsus/ tradidit eis danielẽ. Qui miserũt eũ in lacũ leonum. Et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: et dabant̃ eis quotidie duo corpora: et due oues: ꝛ tũc nõ data sunt eis vt deuorarent danielẽ. Erat autẽ abachuc propheta in iudea: ꝛ ipse coxerat pulmẽtũ: et itriuerat panes in alueolo: ꝛ ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitq; angel⁹ dñi ad abachuc. Fer prãdiũ quod habes in babylonẽ danieli: qui est in lacu leonũ. Et dixit abachuc. Domine babylonẽ nõ vidi: et lacũ nescio. Et apprehẽdit eum angelus domini in vertice eius: ꝛ portauit eum capillo capitis sui. Posuitq; eum in babylonem sup lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit abachuc dicens. Daniel serue dei: tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei domine de⁹ meus: et non dereliquisti diligentes te. Surgẽsq; daniel: comedit. Porro angelus domini restituit abachuc/ cõfestim in loco suo. Venit ergo rex die septio: vt lugeret danielem. Et venit ad lacum: ꝛ introspexit. et ecce daniel sedens in medio leonũ. Et exclamauit rex voce magna dicens. Magnus est dñs deus danielis. Et extraxit eũ de lacu leonum. Illos autem qui perditionis eius causa fuerãt: intromisit in lacũ: et deuorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuersa terra deum danielis: quia ipse est liberator et saluator: faciens signa et mirabilia in celo et in terra. Qui liberauit danielẽ de lacu leonum. ℟. Discerne causam meam domine: ab homine iniquo et doloso erue me. ℣. Emitte lucem tuam ꝛ veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum.

Secundum Johannẽ. vij.



In illo tẽpore. Ambulabat iesus in galileam. Non enim volebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei iterficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum scenophegia. Dixerunt autẽ ad eum fratres eius. Trãsi

hinc et vade in iudeã: vt et discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliqd facit: & querit ipse in palam esse. Si hec facis: manifesta teipsum mũdo. Neq3 enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis iesus Tẽpus meũ nondũ aduenit: tempus autẽ vestrũ semp est paratũ. Non potest mundus odisse vos. Me autẽ odit: quia ego testimonium perhibeo de illo: quia opa ei9 mala sunt. Uos ascẽdite ad diem festũ hunc: ego eni nõ ascendã ad diem festũ istũ: qa tẽpus meũ nõdum impletũ est. Hec cũ dixisset: ipse mansit in galilea. Ut autem ascẽderunt fratres ei9: tũc et ipse ascẽdit ad diẽ festũ: nõ manifeste sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eum in die festo et dicebãt. Ubi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidam eni dicebant/qa bon9 est: alij autẽ dicebant non: sed seducit turbas. Nemo tamen palã loquebat de illo: ppter metũ iudeorum. Offr.

S perant in te oẽs qui nouerũt nomen tuũ dñe: quoniã nõ derelinqs querẽtes te psallite dño q habitat in syõ: qm non est oblitus orationẽ pauperũ. Secreta.

H Ostias tibi dñe deferimus immolãdas: que nos tẽporali quesum9 cõsolatiõe letificẽt: vt promissa certius sperem9 eterna. Per dñm. Cõio. R edime me deus isrl: ex oib9 angustijs meis. Postcõ.

D A quesumus omnipotẽs deus: vt que diuina sunt iugiter exequentes: donis mereãtur celestibus ppinquare. Per dominum nostrum iesum christũ.

Super populum. Oratio.

L Ibera quesumus domine a peccatis et hostibus tibi populum supplicantem. vt in sancta conuersatione viuentes: nullis inficiantur aduersis. Per dominum nostrum iesum christũ.

¶ Feria quarta. Introitus.

L Iberator meus de gentibus iracundis: ab insurgẽtibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me domine. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meũ et refugiũ meum: & liberator meus. Liberator. Non dicit Gloria patri et filio. Oratio.

S Anctificato hoc ieiunio deus tuorũ corda fideliũ miserator illustra. et quibus deuotionis prestas affectũ / prebe supplicantibus pium benignus auditũ Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum.

Lectio libri leuitici. xix.

I N diebus illis. Locut9 est dñs ad moysen dicens. Loquere ad vniuersum cetũ filiorũ israel: et dices ad eos. Ego dominus deus vester. Nõ facietis furtũ. Nõ mẽtiemi: nec decipiet vnusquisq3 proximũ suum. Non periurabis in noie meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calũniã pximo tuo. nec vi opprimes eũ. Non morabit opus mercennarij tui apud te vsq3 mane. Non maledices surdo: nec coram ceco pones offẽdiculum: sed timebis dñm deũ tuum: quia ego dominus. Non facies quod iniquum est: nec iniuste iudicabis.

Non cõsideres personam pauperis: nec honores vultum potẽtis. Juste iudica proximo tuo. Nõ eris criminator nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinẽ proximi tui. Ego dñs. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo: sed publice argue eũ ne habeas sup illo peccatũ. Nõ queras vltionẽ nec memor eris iniurie ciuiũ tuorum. Diliges proximũ tuũ/sicut teipsũ. Ego dñs: leges meas custodite. Ego enim sum dñs de⁹ vester. ℞. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Domine deus meus clamaui ad te ⁊ sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aiam meã saluasti me a descẽdẽtibus in lacũ. Tract⁹ Domine non scdm. vtsͣ folio. xxxij.

Secundum Johannem. x.



In illo tpe Facta sũt encenia in hierosolymis: et hyẽs erat. Et ambulabat iesus in tẽplo. in porticu salomonis. Circũdederũt ergo eũ iudei: et dicebãt ei. Quousqꝫ animam nostrã tollis? Si tu es christus: dic nobis palã. Respõdit eis iesus. Loquor vobis ⁊ nõ creditis quia nõ estis ex ouib⁹ meis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimoniũ phibẽt de me Sed vos non creditis: quia non estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocem meam audiũt. Et ego cognosco eas et sequunt me: et ego vitã eternã do eis. Et nõ peribũt ieternum: ⁊ nõ rapiet eas quisqꝫ de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius oib⁹ est: et nemo potest eas rapere de manu pr̃is mei. Ego et pater vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarent eum. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: ppter quod eorum opus me lapidatis. Respõderunt ei iudei. Nõ de bono opere lapidamus te: sed de blasphemia. Et qa homo cũ sis: facis teipsum deum Respondit eis iesus. Nonne scriptũ est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est et nõ potest solui scriptura quẽ pater sanctificauit/⁊ misit in mundũ. Vos dicitis quia blasphemas: qa dixi filius dei sum. Si nõ facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autẽ facio et si michi nõ vultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis et credatis: quia in me pater est: et ego in pr̃e. Offer. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me domine.

Secreta.

Annue misericors deus: vt hostias placationis et laudis: sincero tibi deferamus obsequio. Per dominũ. Cõio. Lauabo inter innocentes manus meas: et circundabo altare tuum domine/vt audiam vocẽ laudis tue: ⁊ enarrem vniuersa mirabilia tua. Postcõio.

Celestis doni bñdictiõe percepta supplices te deus oĩps deprecamur: vt hoc idem nobis ⁊ sacramenti causa sit et salutis. Per dominũ. Super populum.

Exaudi quesum⁹ domine gemitum populi supplicãtis

et qui de meritorũ qualitate diffidimus/ nõ iudiciũ tuũ: sed misericordiã cõsequi mereamur. Per do.

¶ Feria quinta. Introitus.

Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti/ quia peccauim⁹ tibi et mãdatis tuis nõ obediuimus: sed da gloriã noĩ tuo/ et fac nobiscũ scdm multitudinẽ misericordie tue. ps. Magn⁹ dñs et laudabilis nimis: i ciuitate dei nostri in mõte sancto eius. Omnia. Non dicitur Gloria patri. Oratio.

Tribue nobis q̃s dñe indulgentiã peccatorũ/ vt instituta paschalia tibi placitis sensibus operemur. Per dñm nostrũ.

Lectio hieremie pphete. vij.

In diebus illis. Verbũ dñi quod factũ est ad hieremiã a dño dicens. Sta in porta dom⁹ dñi: et predica verbum istud et dic Audite verbũ dñi oĩs iuda: qui ingredimini per has portas: vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituum deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mẽdacij: dicẽtes. Tẽplũ dñi. templũ dñi. tẽplũ dñi est. Quoniã si bñdixeritis vias vestras et studia vestra: si feceritis iudiciũ inter virũ ⁊ proximũ eius: aduene et pupillo ⁊ vidue nõ feceritis calũniã/ nec sanguinem innocentẽ effuderitis in loco hoc: et post deos alienos nõ ãbulaueritis in malũ vobismetipsis. Habitabo vobiscũ/ in loco isto in terra quã dedi patribus vestris: a seculo et vsq͡ʒ in seculũ. ℞. Tollite hostias ⁊ itroite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dominus condensa et in templo eius omnes dicent gloriam.

Secundum Lucam. vij.



In illo tpe Rogabat iesũ quidã phariseus: vt mãducaret cũ illo. Et igressus domuʒ pharisei/ discubuit. Et ecce mulier que erat i ciuitate peccatrix: vt cognouit q͛ iesus accubuisset in domo pharisei/ attulit alabastrũ vnguẽti. et stãs retro secus pedes eius: lachrimis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Vidẽs autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicẽs Hic si esset ppheta/ sciret vtiq͡ʒ que et qualis est mulier que tãgit eũ: quia peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illum. Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic Duo debitores erãt cuidã feneratori: vn⁹ debebat denarios quingentos. et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq͡ʒ. Quis ergo eum plus diligit? Respondens symon dixit. Estimo q̃ is cui plus donauit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ dixit symoni. Vides hãc mulierem? Intraui in domũ tuam: aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: ⁊ capillis suis ter

sit. Osculum michi non dedisti. Hec autem ex quo intraui: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nō vnxisti. Hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propterea dico tibi. Remittūtur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illam iesus. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt quidam qui simul discumbebant dicere ītra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autē ad mulierem. Fides tua te saluā fecit. Uade in pace. Offer. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dū recordaremur tui syō. Secre.

Concede nobis domine quesumus/ vt celebraturi sancta mysteria. non solum abstinētiam corporalem: sed quod est potius habeamus mentium puritatem. Per dominū nostrum. Cōio Memēto verbi tui seruo tuo in quo michi spem dedisti. hec me consolata est in humilitate mea. Postcōio.

Uegetet nos domine semper et renouet tue mense libatio: que fragilitatem nostram gubernet et protegat: et in portū perpetue salutis inducat. Per.

Super populum. Oratio.

Succurre quesumus domine populo supplicāti: et opē tuam tribue benignus infirmis. vt sincera tibi mente deuoti: et presentis vite remedijs gaudeant et future. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Feria sexta Introitus.

Miserere michi dñe quoniā tribulor/ libera me et eripe me de manibus inimicorum meorum: et a persequētibus me dñe nō confundar quoniā inuocaui te. Ps. In te dñe speraui nō cōfundar ineternū: in iustitia tua libera. Miserere. sine Glia pa. Oro.

Cordibus nostris q̄s dñe auxiliū gratie tue benign⁹ infunde. vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibētes/ potius tēporaliter maceremur: q̄ supplicijs deputemur eternis. Per do.

Lectio hieremie prophete. xvij.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine: omnes qui te derelinquūt cōfundent: recedētes a te in terra scribētur. quoniā dereliquerūt venā aquarū viuentium dñm. Sana me dñe et sanabor: saluum me fac et saluus ero: quoniā laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me. vbi est verbū dñi? Ueniat/ et ego non sum turbatus te pastorē sequens: et diem hominis nō desideraui. Tu scis qđ egressum est de labijs meis: rectū in cōspectu tuo fuit. Non sis michi tu formidini: spes mea tu. in die afflictionis mee. Confundantur qui me persequūtur: et non cōfundar ego. Paueāt illi: et nō paueā ego Induc sup eos diem afflictionis: et duplici cōtritione contere eos: domine de⁹ noster. R. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira molesti erant michi. V. Uidisti domine deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus. Domine nō scđm. quere feria iiij. in capite ieiunij. folio. xxxij.

Secundum Johannem. xi.



In illo tpe Collegerũt põtifices ꝛ phari sei ꝫsiliũ aduersꝰ iesum: ꝛ dicebãt Quid facimꝰ qa hic homo multa signa facit? Si dimittimꝰ eum sic: oẽs credent in eum. et veniẽt romani: et tollent nostrũ locum ꝛ gentem. Unus autem ex ipsis cayphas noĩe: cũ esset pontifex anni illius/ dixit eis. Uos nescitis quicq̃: nec cogitatꝭ quia expedit vobis vt vnꝰ moꝛiatur homo pꝛo populo: et nõ tota gens pereat. Hoc autem a semetipso nõ dixit: sed cum esset põtifex anni illius pꝛophetauit quia iesus moꝛiturus erat pꝛo gente/ et non tantũ pꝛo gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerũt interficere eũ. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apd̃ iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertũ: in ciuitatẽ que dicitur effrem. Et ibi moꝛabatꝛ cũ discipulis suis. Offr. Bñdictꝰ es dñe doce me iustificatiões tuas: ꝛ nõ tradas calũniãtibꝰ me superbis. et respõdebo expꝛobꝛãtibꝰ michi verbũ. Secreta.

Presta nobis misericoꝛs deus. vt digne seruire semp altaribus tuis mereamur: et eoꝝ perpetua participatione saluari. Per. Cõio. Ne tradideris me domine in animas tribulantiũ me: quoniã insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcõio.

Sumpti sacrificij dñe perpetua nos pꝛotectio non derelinquat: et noxia semper a nobis cũcta repellat. Per. Sup populũ

Protege dñe populũ tuũ et in sanctoꝛũ tuoꝛũ patrocinio confidentẽ/ perpetua defensione conserua. Per dominum.

Sabbato. Introitus.

Miserere michi dñe quoniã tribuloꝛ: libera me et eripe me de manibꝰ inimicoꝛum meoꝝ: et a persequẽtibus me. dñe nõ cõfundar ineternũ: quoniã inuocaui te Ps. In te dñe speraui non confundar in eternum: i iustitia tua libera me. Miserere. Nõ dr̃ Gloꝛia patri. Oꝛatio.

Da nobis obseruãtiam domine legitimam deuotionemq̃ pfectã. vt refrenatiõe carnalis alimonie: sancta tibi cõuersatione placeamꝰ. Per dominũ.

Lectio hieremie pꝛophete. xviij.

In diebus illis. Dixerũt impij iudei adiuicem. Uenite cogitemus contra iustum cogitationes. Nõ eni peribit lex a sacerdote: neq̃ cõsiliũ a sapiẽte. nec sermo a pꝛopheta. Uenite ꝛ percutiamus eum lingua: et nõ attẽdamꝰ ad vniuersos sermones eius. Attende dñe ad me: et audi vocẽ aduersarioꝛum meoꝛũ. Nũquid redditur pꝛo bono malum: quia foderunt foueã aĩe mee? Recoꝛdare q̃ steterim in cõspectu tuo. vt loquerer pꝛo eis bonũ: et auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. Pꝛoptea da filios eoꝛum in famẽ: ꝛ deduc eos in manus gladij. Fiãt vxoꝛes eoꝝ absq̃ liberis et vidue: et viri earũ iterficiantur moꝛte. Juuenes eorum confodiantꝛ gladio in pꝛelio:

audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enī sup eos latronem repente: quia foderunt foueam vt caperent me: & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem dñe scis omne cōsiliū eorū ad uersum me in mortē. Ne propicieris iniquitati eorum: & peccatum eorū a facie tua non deleatur. Fiant corruētes in cōspectu tuo in tēpore furoris tui: domine de⁹ noster. ℞. Pacifice loquebātur michi inimici mei: et in ira molesti erāt michi. ℣. Uidisti dñe deus meus ne sileas ne discedas a me. Scdm Johannem. xvij.



In illo tpe. Subleuatis iesus oculis ī celū: dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuū. vt filius tu⁹ clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem om̄is carnis / vt om̄e quod dedisti ei. det eis vitā eternā. Hec est autem vita eterna: vt cognoscant te solum verū deū. & quē misisti iesum christū. Ego te clarificaui super terrā opus / cōsummaui quod dedisti michi vt faciā. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quā habui: priusq̄ mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuū hoībus / quos dedisti michi de mūdo. Tui erant & michi dedisti: et sermonē tuū seruauerūt. Et nunc cognouerūt q̄a oīa que dedisti michi abs te sunt: quia verba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperūt et cognouerunt vere q̄a a te exiui: & crediderunt / quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: nō pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti michi: q̄a tui sunt. Et mea oīa tua sunt: et tua mea sunt / & ego clarificatus sum in eis. Et iam nō sum in mūdo: et hij in mundo sunt: et ego ad te venio. Pater sancte / serua eos in nomine tuo. quos dedisti michi: vt sint vnū sicut et nos. Cum essem cū eis: ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: & nemo ex eis perijt / nisi fili⁹ perditionis / vt scriptura impleatur. Nunc autē ad te venio: et hec loquor in mūdo. vt habeant gaudium meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū. Et mūdus eos odio habuit: quia nō sunt de mundo / sicut et ego nō sum de mundo. Nō rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo nō sunt: sicut & ego nō sum de mūdo. Sanctifica eos: in veritate. Sermo tuus veritas est Sicut tu me misisti in mundum: ita et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsū / vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autē rogo tātum: sed et pro his qui credituri sūt per verbū eorum in me. Ut oēs vnum sint: sicut tu pater in me et ego in te. vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mūdus / quia tu me misisti Et ego claritatē quā dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnū sum⁹. Ego in eis et tu in me: vt sint ꝯsummati in vnū. & cognoscat mundus: quia tu me misisti / et dilexisti eos sicut et me dilexisti Pater / quos dedisti mihi: volo vt

vbi sum ego: ⁊ illi sint mecum. vt videant claritatẽ meã quam dedi sti michi. quia dilexisti me ante cõstitutionẽ mũdi. Pater iuste: mũdus te non cognouit. Ego autem te cognoui. et hi cognouerũt quia tu me misisti. Et notũ feci eis nomen tuum: et notum faciam. Ut dilectio qua dilexisti me: i ipsis sit et ego in ipsis. Offer. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: et non tradas calumniãtibus me superbis: et respondebo exprobrantibus michi verbum. Secreta.

Presta quesumus omnipotens deus. vt ieiuniorũ placat⁹ sacrificijs remissiõis tue nos venia prosequaris. Per dñm nostrũ. Cõio. Ne tradideris me dñe in animas tribulantium me: quia insurrexerũt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcõio.

Adesto dñe fidelibus tuis. et quos celestib⁹ reficis sacramentis. a terrenis cõserua periculis. Per. Super populum.

Plebs tua dñe quesum⁹ benedictiõis sancte mun⁹ accipiat: per quod et noxia queq̃ declinet et optata reperiat. Per.

¶ Dñica in ramispalmarũ. Benedictio palmarũ. Oremus.



Deus cui⁹ fili⁹ p salute humani generis de celo descẽdit ad terras: et appropinquãte hora passiõis sue hierosolymã venire in asino. et a turbis rex appellari ac laudari voluit. bñ ✠ dicere dignare hos palmarũ ceterarũq̃ vel frõdium ramos. vt oẽs qui eos laturi sunt ita bñdictiõis tue dono repleãtur quatinus in hoc seculo hostis antiqui tentamẽta superare/ ⁊ in futuro cum palma victorie ⁊ fructu bonorum operũ tibi valeãt apparere. Per eundem. Alia oratio.

Deus qui dispersa congregas ⁊ cõgregata conseruas: qui populis obuiã iesu ramos palmarum portantibus benedixisti: bene ✠ dic etiam hos ramos palme ⁊ oliue: quos tui famuli ad nominis tui benedictionẽ suscipiũt. vt in quocũq̃ loco introducti fuerint / tuã benedictionẽ habitatores loci illius omẽs consequãtur. ita vt aduersa valitudine effugata: dextera tua protegat quos redemit. Per eundem dominum.

¶ Dominica in ramis palmarũ. Ad processionẽ. ℟. Collegerunt. ℣. Unus autẽ. Añe. Ante sex dies. Pueri hebreorum. Occurrunt turbe. Ceperunt omnes turbe. Gloria laus. Israel. Cetus. Plebs hebrea. ℟. Ingrediente dño. ¶ Ad missam. Introitus.

Domine ne longe facias auxiliũ tuum a me ad defensionẽ meã aspice. libera me de ore leonis: et a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam. Ps. Deus deus me⁹ respice in me: quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorũ. Domine. sine Gloria patri. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: qui humano generi ad imitandũ humilitatis exemplũ / sal=

natorem nostrũ carnẽ sumere: et crucẽ subire fecisti. cõcede ꝓpici⁹/ vt et patiẽtie ipsius habere documenta. et resurrectiõis consortia mereamur. Per eundem.

Ad philippenses. ij.

Fratres. Hoc sentite in vobis: quod ⁊ in christo iesu. Qui cum in forma dei esset nõ rapinã arbitratus est esse se equalẽ deo: sed semetipsũ exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinẽ hominũ factus. et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqꝫ ad mortem. mortẽ autẽ crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomẽ quod est super omne nomen: vt in noĩe iesu omne genu flectatur. celestiũ. terrestriũ. et infernorũ. Et omnis lingua cõfiteaꝛ: qꝛ dñs iesus christ⁹ in glĩa est dei patris. ℞. Tenuisti manũ dexterã meã. et in volũtate tua deduxisti me et cũ gloria assumpsisti me. ℣. Quã bonus israel deus rectis corde mei autẽ pene moti sunt pedes: pene effusi sũt gressus mei quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns. Tractus.

Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. ℣. Lõge a salute mea verba delictorum meorũ. ℣. Deus meus clamabo per diem nec exaudies et nocte et non ad insipientiã michi. ℣. Tu autem in sancto habitas laus israel in te sperauerũt patres nostri sperauerunt: et liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt confusi. ℣. Ego autem sum vermis et nõ homo: opprobrium hominũ et abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbãt me aspernabãtur me: locuti sunt labiis et mouerunt caput. ℣. Sperauit in dño eripiat eum saluũ faciat eum quoniam vult eum. ℣. Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestẽ meam miserunt sortẽ. ℣. Libera me de ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem meam. ℣. Qui timetis dominum laudate eum: vniuersum semen iacob glorificate eum. ℣. Annunciabitur domino generatio ventura: et annunciabũt celi iustitiam eius. ℣. Populo qui nascetur quẽ fecit dominus.

¶ Nota ꝙ oẽs passiões triplici voce possunt cãtari aut ꝓnũciari: scilicet alta/ media/ ⁊ bassa. Nam oĩa que in passionib⁹ illis continẽtur: aut sunt verba christi et ✝. signantur que bassa voce pronunciari debẽt. Aut sunt verba iudeorum et a signantur: que alta voce sunt cantãda. Aut sunt v̾ba euangeliste/ et m. signanꝛ que mediocri voce sunt proferẽda. Ut littere rubee illis iserte clarissime idicãt



Nõ dicitur Dominus vobiscum.
m. ¶ Passio dñi nostri iesu christi Scdm Matheum. xxvj. et xxvij.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. b. Scitis q̃a post biduũ pascha fiet: et fili⁹ hominis tradetur vt crucifigat. m. Tunc congregati sunt principes sacerdotum/ et seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebatur cayphas: ꝛ consiliũ fecerũt vt iesum dolo tenerẽt et occiderẽt Dicebãt autẽ. a. Non in die festo m. Ne forte tumult⁹ fieret in populo. Cum autẽ esset iesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habẽs alabastrũ vnguẽti preciosi: et effudit sup caput ipsius recũbẽtis. Vidẽtes autẽ discipuli: indignati sunt dicentes. a. Ut quid perditio hec? Potuit enĩ istud venũdari multo et dari pauperibus. m. Sciẽs aũt ies⁹: ait illis. b. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enĩ bonum/ operata est in me. Nã semp pauperes habetis vobiscũ: me autem nõ semp habebitis. Mittẽs enim hec/ vnguẽtũ hoc in corpus meũ: ad sepeliendũ me fecit. Amẽ dico vobis/ vbicũq; predicatum fuerit hoc euangeliũ in toto mundo: dicetur: et q̄ hec fecit in memoriam eius. m. Tunc abijt vnus ex duodecim qui dicebat iudas scarioth ad principes sacerdotũ: et ait illis a. Quid vultis michi dare: et ego vobis eum tradã? m. At illi cõstituerunt ei triginta argẽteos. Et exinde querebat oportunitatẽ: vt eum traderet. Prima autẽ die azimorũ: accesserũt discipuli ad iesũ dicentes. a. Ubi vis parem⁹ tibi comedere pascha? m. At iesus dixit b. Ite in ciuitatẽ ad quendã: et dicite ei. Magister dicit. Tẽpus meum ppe est: apud te facio pascha cũ discipulis meis. m. Et fecerũt discipuli sicut cõstituit illis iesus: et parauerũt pascha. Vespere autem facto: discũbebat cũ duodecĩ discipulis suis. Et edẽtibus illis: dixit. b. Amen dico vobis: q̃a vn⁹ vestrũ me traditur⁹ est. m. Et cõtristati valde: ceperunt singuli dicere. a. Nunq̄d ego sum dñe? m. At ipse respõdens: ait. b. Qui intingit mecũ manũ in parapside: hic me tradet. Fili⁹ quidẽ hoĩs vadit: sicut scriptũ est de illo. Ve aũt homini illi: per quẽ filius hoĩs tradetur. Bonũ erat ei: si natus nõ fuisset homo ille. m. Respõdẽs autẽ iudas qui tradidit eũ: dixit. a. Nũ quid ego sum rabbi? m. Ait illi. b. Tu dixisti. m. Cenãtibus autem

eis/accepit iesus panem et benedi
xit ac fregit: deditq; discipulis su-
is et ait. b. Accipite et comedite
Hoc est corpus meũ. m. Et accipi-
ens calicẽ gratias egit/ et dedit il-
lis dicẽs. b. Bibite ex hoc oẽs. Hic
est enim sanguis meus noui testa
mẽti: qui pro multis effũdetur in re
missionẽ peccatorum. Dico autẽ vo-
bis: non bibã amodo de hoc geni-
mine vitis: vsq; in diem illũ cũ il-
lud bibam vobiscũ nouum in re-
gno patris mei. m. Et hymno di-
cto: exierũt in montẽ oliueti. Tũc
dixit illis iesus. b. Oẽs vos scãda-
lum patiemini ĩ me: in ista nocte.
Scriptũ est enĩ. Percutiã pastorẽ
& dispergentur oues gregis. Postq;
autẽ resurrexero: precedã vos in
galileã. m. Respõdens autem pe-
trus: ait illi. a. Et si oẽs scãdaliza-
ti fuerint in te: ego nũq; scãdaliza
bor. m. Ait illi iesus. b. Amẽ amẽ
dico tibi: quia in hac nocte anteq;
gallus cãtet: ter me negabis. m.
Ait illi petrus. a. Etiã si oportue-
rit me mori tecũ: nõ te negabo. m.
Similiter et oẽs discipuli dixerũt
Tunc venit iesus cum illis in vil-
lam que dicitur gethsemani: & dixit
discipulis suis. b. Sedete hic: do-
nec vadã illuc et orẽ. m. Et assum-
pto petro et duobus filijs zebedei
cepit contristari et mestus esse. Tũc
ait illis. b. Tristis est anima mea
vsq; ad mortẽ. Sustinete hic: et vi
gilate mecũ. m. Et progressus pu
sillum: procidit in faciẽ suã: orãs
et dicens. b. Pater mi: si possibile
est: trãseat a me calix iste. Verũta
men nõ sicut ego volo: sed sicut tu
m. Et venit ad discipulos suos: et
inuẽit eos dormiẽtes Et dixit petro
sic. b. Nõ potuistis vna hora vigi-
lare mecum? Vigilate et orate: vt
nõ intretis in tentationẽ. Spiritus
quidẽ promptus est: caro autẽ infir
ma. m. Iterũ secũdo abijt: et ora-
uit dicens. b. Pater mi: si non po-
test hic calix trãsire nisi bibã illũ:
fiat volũtas tua. m. Et venit iterum
et inuenit eos dormientes. Erant
enim oculi eorũ grauati. m. Et re
lictis illis iterũ abijt: et orauit ter
tio eundẽ sermonẽ dicẽs. Tũc ve-
nit ad discipulos suos: et dixit il-
lis. b. Dormite iam: & requiescite
Ecce appropinquabit hora: & fili-
us hominis tradetur in manus pec
catorũ. Surgite: eamus. Ecce ap
propinquabit: qui me tradet. m.
Adhuc eo loquẽte: ecce iudas vnus
de duodecim venit & cum eo turba
multa/ cũ gladijs et fustibus missi
a principibus sacerdotum: & seniori
bus populi. Qui autẽ tradidit eũ:
dedit illis signũ dicẽs. a. Quẽcũ-
q; osculatus fuero: ipse est/ tenete
eum. m. Et cõfestim accedẽs ad ie
sũ: dixit. a. Aue rabbi. m. Et oscu
latus est eũ. m. Dixitq; illi iesus. b
Amice: ad quid venisti? m. Tunc
accesserũt/ et manus iniecerũt in
iesum: et tenuerũt eũ. Et ecce vnus
ex his qui erant cũ iesu/ extendẽs
manũ exemit gladiũ suũ: et percu-
tiens seruũ principis sacerdotũ:
amputauit auriculã eius. Tunc
ait illi iesus. b. Cõuerte gladium
tuũ: in locũ suũ. Oẽs enĩ qui acce-
perint gladiũ: gladio peribunt.
An putas quia nõ possum roga-
re patrẽ meũ: et exhibebit michi
modo plusq; duodecim legiones

angelorum? Quomodo ergo im- pleb[ũ]tur scripture quia sic opor- tet fieri? m. In illa hora dixit ies[us] turbis. b. Tanq̃ ad latronẽ existis cũ gladiis & fustibus cõprehẽdere me. Quotidie apd̃ vos sedebã do- cẽs in tẽplo: & nõ me tenuistis. m. Hoc autẽ totũ factũ est: vt imple- rent scripture prophetarum. m. Tunc discipuli oẽs relicto eo fu- gerunt. At illi tenentes iesum du xerunt ad caypham principẽ sacer- dotum vbi scribe et seniores cõue nerant. Petrus autẽ sequebatur eum a longe: vsq; in atriũ princi- pis sacerdotũ. Et ingressus itro: sedebat cum ministris vt videret finẽ. Principes autẽ sacerdotum et omne cõsiliũ querebãt falsum testimoniũ contra iesum: vt eum morti traderẽt: et non inuenerũt cum multi falsi testes accessissent Nouissime autẽ venerũt duo fal- si testes: et dixerunt. a. Hic dixit. Possum destruere templum dei: et post triduum reedificare illud. m. Et surgens princeps sacerdo- tum: ait illi. a. Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testifi- cantur? m. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. a Adiuro te per deum viuum: vt di cas nobis si tu es christus fili[us] dei m. Dixit illi iesus. b. Tu dixisti. Ueruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hoĩs sedentẽ a de xtris virtutis dei: & venientẽ in nu bibus celi. m. Tũc princeps sacer dotum scidit vestimẽta sua dicẽs. a. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nũc audi- stis blasphemiã. Quid vobis vide tur? m. At illi respõdẽtes dixerũt. a. Reus est mortis. m. Tũc expue runt in faciẽ eius: & colaphis eum cederunt. Alij autem palmas in faciẽ eius dederũt dicẽtes. a. Pro- phetiza nobis christe: quis est qui te pcussit? m. Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla dicens. a. Et tu cũ ie- su galileo eras. m. At ille negauit coram oĩbus dicens. a. Nescio qd̃ dicis. m. Exeunte autẽ illo ianuã vidit illum alia ancilla: et ait his qui erant ibi. a. Et hic erat cũ iesu nazareno. m. Et iterum negauit cũ iuramento: quia non noui ho- minem. Et post pusillum/ accesse runt qui stabant: & dixerũt petro a. Uere et tu ex illis es? Nam & lo- quela tua manifestum te facit. m Tunc cepit detestari & iurare: q̃a non nouisset hoĩem. Et continuo gallus cantauit. Et recordat[us] est petr[us] verbi iesu quod dixerat: pri- usq̃ gallus cãtet/ ter me negabis Et egressus foras: fleuit amare. Mane autẽ facto: cõsiliũ inierũt oẽs principes sacerdotum & senio res populi aduersus iesum: vt eũ morti traderent. Et vinctũ addu- xerunt eum: & tradiderunt põtio pylato presidi. Tũc videns iudas qui eum tradidit q[uod] dãnat[us] esset: penitentia ductus retulit trigin- ta argenteos principib[us] sacerdo- tũ et senioribus dicẽs. a. Peccaui tradẽs sanguinẽ iustũ. m. At illi dixerũt. a. Quid ad nos? Tu vide ris. m. Et proiectis argẽteis in tẽ- plo recessit: et abiens laqueo se su spendit. Principes autẽ sacerdo- tum acceptis argenteis dixerunt

a. Non licet eos mittere in corbo-
nam: quia precium sanguinis est
m. Concilio autẽ inito / emerunt
ex illis agrũ figuli: in sepulturã
peregrinorum. Propter hoc vocat9
est ager ille acheldemach / hoc est
ager sanguinis: usqz in hodiernũ
diem. Tunc impletũ est quod di-
ctum est per hieremiã pphetã di-
centẽ. Et acceperunt triginta ar-
genteos preciũ appreciati / quẽ ap
preciauerunt a filijs israel: et dede
runt eos in agrũ figuli / sicut con-
stituit michi dñs. Jesus autẽ ste-
tit ante presidẽ. Et iterrogauit eũ
preses dicẽs. a. Tu es rex iudeorum?
m. Dixit illi iesus. b. Tu dicis. m.
Et cum accusaret a principib9 sa-
cerdotũ et seniorib9: nichil respõ-
dit. Tunc dixit illi pylat9. a. Non
audis quãta aduersum te dicunt
testimonia? m. Et nõ respondit ei
ad vllum verbũ: ita vt miraretur
preses vehemẽter. Per diẽ autem
solennẽ consueuerat preses dimit
tere populo vnũ victũ quẽ voluis-
sent. Habebat autẽ tunc vnũ vin-
ctum insignẽ: qui dicebatur bar-
rabas. Cõgregatis ergo illis: di-
xit pylatus. a. Quẽ vultis dimit-
tã vobis / barrabã: an iesũ qui di-
citur christus? m. Sciebat eni qꝫ
per inuidiã tradidissent eum. Se
dente autẽ illo pro tribunali: mi-
sit ad illũ vxor eius dicẽs. a. Nihil
tibi et iusto illi. Multa enim passa
sum hodie per visum propter eũ.
m. Principes autẽ sacerdotũ et se
niores psuaserũt populis vt pete-
rent barrabã: iesum vero perde-
rent. Respondens autẽ preses: ait
illis. a. Quẽ vultis vobis de duo-
bus dimitti? m. At illi dixerunt.
a. Barrabam. m. Dicit illis pyla
tus. a. Quid igitur faciã de iesu q
dicitur christus? m. Dicunt omẽs
a. Crucifigatur. m. Ait illis preses.
a. Quid eni mali fecit? m. At illi
magis clamabãt dicẽtes. a. Cru-
cifigatur. m. Videns autẽ pylatus
quia nichil pficeret / sed magis tu
multus fieret: accepta aqua lauit
manus corã populo dicẽs. a. In-
nocens ego sum a sanguine iusti
huius: vos videritis. m. Et respõ
dens vniuersus populus dixit. a.
Sanguis eius sup nos: et super fi
lios nostros. m. Tũc dimisit illis
barrabam: iesum autẽ flagella-
tum tradidit eis vt crucifigeret.
Tunc milites presidis suscipien-
tes iesum in pretorio: cõgregaue-
runt ad eum vniuersam cohortẽ.
Et exuentes eũ: clamidẽ coccineã
circundederũt ei. Et plectẽtes co-
ronam de spinis / posuerũt sup ca
put eius: et arundinẽ in dextera
eius: et genuflexo ante eũ: illude-
bant ei dicẽtes. a. Aue rex iudeorum
m. Et expuẽtes in eum acceperũt
arundinẽ: et percutiebant caput
eius. Et postqꝫ illuserunt ei / exue-
runt eum clamidẽ: et induerũt eũ
vestimentis eius: et duxerũt eum
vt crucifigerẽt. Exeuntes autẽ in
uenerunt hoiem cyreneũ noie sy-
monem. Hunc angariauerũt: vt
tolleret crucẽ eius. Et venerũt in
locum qui dicit golgotha: quod
est caluarie locus. Et dederunt ei
vinum bibere: cum felle mixtum
Et cum gustasset: noluit bibere.
Postqꝫ autẽ crucifixerũt eum / di-
uiserunt vestimenta eius sortem

mittētes: vt impleretur quod dictum est per prophetā dicentē. Diuiserunt sibi vestimēta mea: et super vestem meā miserūt sortē. Et sedentes seruabant eū. Et imposuerunt super caput eius causam ipsi⁹ scriptam. Hic est iesus nazarenus rex iudeorū. Tūc crucifixi sunt cū eo duo latrones/ vn⁹ a dextris: et vn⁹ a sinistris. Pretereūtes autē blasphemabāt eum mouentes capita sua: et dicentes. a. Vach qui destruis tēplū dei: et in triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es: descēde de cruce. m. Similiter et principes sacerdotum illudētes cū scribis et senioribus dicebāt. a. Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluum facere. Si rex israel est: descendat nūc de cruce/ et credimus ei. Confidit in deo: liberet eū nūc si vult. Dixit enī qa filius dei sum m. Idipsum autē et latrones qui crucifixi erant cū eo: improperabant ei. A sexta autē hora tenebre facte sunt sup vniuersam terram vsq ad horā nonā. Et circa horā nonam: clamauit iesus voce magna dicens. b. Hely hely: lamazabathani. m. Hoc est. b. Deus me⁹/ deus meus: vt qd dereliquisti me m. Quidam autem illic stantes & audientes: dicebant. a. Helyā vocat iste. m. Et cōtinuo currēs vn⁹ ex eis acceptā spongiā ipleuit aceto/ et imposuit arundini: & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. a. Sine videamus an veniat helyas liberans eū. m. Jesus autē iterū clamans voce magna: emisit spiritum. ¶ Hic fiat prostratio et dicatur Pater noster. Aue maria. m. Et ecce velū templi scissum est i duas partes a summo vsq deorsū Et terra mota est/ et petre scisse sunt: & monumenta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerūt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctā ciuitatem: et apparuerūt multis. Centurio autem et qui cū eo erant custodientes iesum: viso terremotu et his qui fiebant: timuerunt valde dicentes. Vere fili⁹ dei erat iste Erant autem ibi mulieres multe a longe: que secute erant iesum a galilea/ ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalene/ et maria iacobi et ioseph mater: et mater filiorum zebedei. Cum sero autem factum esset: venit quidā homo diues ab arimathia nomine ioseph: qui & ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pylatum et petijt corpus iesu. Tunc pylat⁹ iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph/ inuoluit illud in sindone munda: et posuit illud in monumento suo nouo/ quod exciderat in petra. Et aduoluit saxū magnum ad ostiū monumēti & abijt Erant autem ibi maria magdalene et altera maria: sedentes cōtra sepulchrū. ¶ In tono euangelij legit. Altera autē die que est post parasceuē: conuenerūt principes sacerdotū et pharisei ad pylatum: dicentes. Dñe/ recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resurgā. Jube ergo custodiri sepulchrum vsq in diē tertiū: ne forte veniant

discipuli eius et furentur eum: et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore Ait illis pylat⁹. Habetis custodiã Ite custodite: sicut scitis. Illi aũt abeuntes munierũt sepulchrum. Signãtes lapidẽ: cum custodib⁹.

Credo. Offr. Improperium expectauit cor meũ ꝛ miseriã: ꝛ sustinui qui simul cõtristaretur et nõ fuit. ꝯsolantẽ me quesiui et non inueni. et dederũt in escam meã fel: ꝛ in siti mea potauerũt me aceto

Secreta. Ipsa maiestati tue dñe fideles populos cõmendet oblatio. que per filiũ tuũ reconciliauit inimicos. Dñm nostrũ iesum christũ filiũ tuũ. Qui tecum. Cõio. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua.

Postcõio. Presta nobis oĩpotẽs deus vt q̃ a vicijs se subiecit nostra mortalitas: tua nos medicina purificet/ et potentia tueatur. Per dominũ nostrum iesum.

¶ Feria secunda. Introitus.

Iudica domine nocẽtes me expugna impugnãtes me/ apprehende arma ꝛ scutũ: ꝛ exurge in adiutoriũ meũ dñe de⁹ salutꝭ mee ps. Effunde frameã ꝛ cõclude aduersus eos qui persequunt me: dic anime mee salus tua ego sum. Iudica. Non dicit Gloria patri.

Oratio. Da quesumus omnipotẽs deus. vt qui in tot aduersis ex nostra ĩfirmitate deficim⁹: intercedẽte vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum viuit et regnat deus.

Lectio ysaie prophete. l.

In dieb⁹ illis. Dixit ysaias Dñs de⁹ aperuit michi aurem: ego autẽ nõ ꝯtradico. retror sum nõ abij. Corp⁹ meũ dedi pcutiẽtibus: ꝛ genas meas vellẽtib⁹. Faciẽ meã nõ auerti ab ĩcrepãtibus et ꝯspuẽtib⁹ in me. Dñs deus auxiliator me⁹: ꝛ ideo nõ sum ꝯfusus. Ideo posui faciẽ meam vt petrã durissimã: ꝛ scio q̃m nõ cõfundar. Iusta est: qui iustificat me. Quis ꝯtradicit michi? Stem⁹ simul. Quis est aduersari⁹ meus? Accedat ad me. Ecce dñs de⁹ auxiliator me⁹. Quis est qui cõdẽpnet me? Ecce oẽs quasi vestimentũ cõterẽtur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dñm: audiens vocem serui sui? Quis ambulauit ĩ tenebris et non est lumen ei? Speret in noĩe dñi: et innitat sup dño deo suo. ℞. Exurge dñe et intẽde iudicio meo: deus meus et dominus meus in causam meã. ℣. Effunde frameã ꝛ cõclude aduersus eos qui me persequũtur.

Tractus. Domine nõ scdm peccata nostra. quere supra feria. iiij. in capite ieiunij. folio. xxxij.

Secundum Johannem. xij.



In illo tpe Ante sex dies pasce venit ies⁹ bethaniã vbi fuerat lazarus mortu⁹ quẽ suscitauit iesus. Fecerunt aũt ei cenã ibi: ꝛ martha ministrabat. Lazar⁹ vero: vn⁹ erat ex discũbẽtib⁹ cũ eo. Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi pistici p̃ciosi: ꝛ vnxit pedes iesu. Et extersit

pedes ei⁹ capillis suis: et dom⁹ im pleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius: iu= das scariothis qui erat eum tradi turus. Quare hoc vnguentũ non venijt trecentis denarijs: et datũ est egenis. Dixit autem hoc nõ q̃a de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat ⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Di= xit ergo iesus. Sinite illam: vt in diẽ sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Cognouit autem tur= ba multa ex iudeis / quia illic esset et venerunt nõ propter iesum tan tum: sed vt lazarum viderent quẽ suscitauit a mortuis. Cogitaue= runt autem principes sacerdotũ / vt et lazarum interficerent: quia multi propter illum abibãt ex iu= deis: et credebãt in iesum. In cra stino autem turba multa que ve= nerat ad diem festum: cum audis sent quia venit iesus hierosolymã acceperũt ramos palmarũ et pro cesserũt obuiam ei ⁊ clamabant. Osanna benedict⁹ qui venit in no mine dñi rex israel. Et inuenit ie= sus asellũ: ⁊ sedit super eum sicut scriptũ est. Noli timere filia syõ: ecce rex tuus venit tibi / sedens su= per pullũ asine. Hec non cognoue runt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est iesus. tũc recordati sunt / quia hec erant scri pta de eo: et hec fecerunt ei. Testi monium ergo perhibebat turba / que erat cum eo quãdo lazarum vocauit de monumento: et susci= tauit eum a mortuis. Propterea et obuiam venit ei turba: quia au dierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semet ipsos. Videtis quia nichil profici= mus? Ecce mũdus tot⁹: post eum abijt. Erant autem gentiles qui= dam ex his qui ascenderãt vt ado= rarent in die festo. Hij ergo acces= serunt ad philippum: qui erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabant eũ dicẽtes. Dñe volum⁹ iesũ videre. Venit philippus: et dixit andree. Andreas rursũ et philipp⁹: dixe= runt iesu. Iesus autẽ respõdit eis dicẽs. Venit hora: vt clarificet fi= lius hoĩs. Amẽ amẽ dico vobis. ni si granũ frumẽti cadẽs in terram mortuũ fuerit. ipsum solũ manet Si autem mortuũ fuerit: multũ fructũ affert. Qui amat aĩam su= am pdet eã. Et qui odit aĩam suã in hoc mũdo: in vitam eternã cu= stodit eam. Si quis michi mini= strat: me sequat. Et vbi sum ego: illic et minister me⁹ erit. Si quis michi ministrauerit: honorifica= bit eũ pater meus. Nũc aĩa mea: turbata est. Et quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora: sed pro= pterea veni in hãc horam. Pater clarifica nomẽ tuum. Venit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui: et iterũ clarificabo. Turba autẽ que stabat ⁊ audiebat: dicebat to= nitruũ factum esse. Alij autẽ dice bãt: angel⁹ ei locut⁹ est. Rñdit ie= sus et dixit. Non propter me vox hec venit: sed ꝓpter vos. Nũc iudi ciũ est mũdi. Nũc princeps huius mũdi: eijciet foras. Et ego si exal= tatus fuero a terra: oĩa traham ad meipsum. Hoc autem dicebat:

significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: quia christ⁹ manet in eternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste fili⁹ hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos cōprehēdant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Hec locutus est iesus & abijt: et abscondit se ab eis. Offer. Eripe me de inimicis meis: domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu. Secreta.

Hec sacrificia nos omnipotens deus: potenti virtute mundatos. ad suum faciant puriores venire principium. Per dominū nostrū iesum. Cōio. Erubescant et reuereantur simul qui gratulantur malis meis: induantur pudore et reuerentia. qui maligna loquuntur aduersum me. Postcōio.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorē quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per.

Super populum. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris noster. et ad beneficia recolenda/ quibus nos instaurare dignat⁹ es: tribue venire gaudentes. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. Qui tecum viuit et regnat: in vnitate spiritus sancti deus. Per om̄ia secula seculorum. Amen.

¶ Feria tertia. Introitus.



Nos autē gloriari oportet i cruce dn̄i nostri iesu christi: i quo est salus vita/ & resurrectio nostra per quē saluati et liberati sumus. ps. De⁹ misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos. et misereat' nostri. Nos aūt. sine Gloria pa. Orō

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita dominice passionis sacramenta peragere/ vt indulgētiam percipere mereamur. Per eundem dominum.

Lectio hieremie prophete. xj.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine demōstrasti michi: et cognoui. Tu ostendisti michi studia eorum: & ego quasi agnus mā suetus/ qui portatur ad victimam et non cognoui: q̄a cogitauerunt super me cōsilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius: et eradam⁹ eum de terra viuentium. & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda: videam vltionem tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam: domine deus meus. R. Ego autem dum michi molesti essent induebam me cilicio/ et humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in sinu meo cōuertetur. V. Judica domine nocētes me expugna impugnantes me. apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium michi.



¶ Passio domini nostri iesu christi. Secũdm Marcum. xiiij. et. xv.

In illo tẽpore. Erat pascha et azima post biduum. Et querebant summi sacerdotes et scribe quomodo iesum dolo tenerent et occiderẽt. Dicebant enim a. Non in die festo, m. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset iesus bethanie ĩ domo symonis leprosi et recumberet: venit mulier habẽs alabastrum vnguẽti nardi spicati preciosi. Et fracto alabastro: effudit super caput eius Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos: et dicentes. a. Ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguẽtum istud venundari plusquam trecẽtis denarijs: et dari pauperibus. Et fremebant in eam. Jesus autem dixit. b. Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum: et cũ volueritis potestis illis benefacere. Me autem nõ semper habebitis. Quod habuit: hec fecit. Preuenit vngere corpus meum: in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunque predicatũ fuerit euangeliũ istud in vniuerso mundo: et quod hec fecit narrabitur in memoriã eius. m. Et iudas scariothis vnus de duodecim / abijt ad summos sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: et promiserũt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illũ oportune traderet. Et prima die azimorum quando pascha ĩmolabãt: dicũt ei discipuli. a. Quo vis eamus et paremus tibi vt mãduces pascha? m Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. b. Jte in ciuitatem / et occurret vobis homo lagenam aque baiulans: sequimini eum. Et quocũque introierit dicite dño domus: quia magister dicit. Ubi est diuersoriũ et refectio mea: vbi pascha cũ discipulis meis mãducẽ? Et ipse vobis demõstrabit cenaculũ grãde stratũ: et illic parate nobis. m. Et abierũt discipuli eius / et venerũt in ciuitatẽ: et ĩuenerũt sicut dixerat illis: et parauerũt pascha. Vespere aũt facto: venit cum duodecim Et discũbentibus eis et mãducantibus: ait iesus. b. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecũ. m. At illi ceperunt cõtristari: et dicere ei sigillatim. a. Nũquid ego? m. Qui ait illis. b. Unus ex duodecim: qui intingit mecũ manũ ĩ catino. Et filius quidem hominis vadit: sicut

scriptū est de eo. Ve aūt homini il
li: per quē filius hoīs tradet. Bo=
num erat ei: si nō esset natꝰ homo
ille. Et mādu cātibus illis accepit
iesus panē/ et benedicens fregit ꝛ
dedit eis: ꝛ ait. b Sumite. Hoc est
corpus meū. m Et accepto calice/
gratias agens dedit eis. Et bibe=
runt ex illo oēs. Et ait illis. b. Hic
est sanguis meus noui testamen=
ti: qui pro multis effundet. Amē
dico vobis/ ꝙ iam non bibā de hoc
genimine vitis: vsqꝫ in diem illū
cum illud bibā nouū/ in regno dei
m. Et hymno dicto: exierūt in mō
tem oliuarum. Et ait illis iesus. b
Oēs scādalizabimini in me in no
cte ista: qa scriptū est. Percutiam
pastorē: et dispergent oues. Sed
postea ꝙ resurrexero: ꝑcedā vos i
galileā. m. Petrus autē ait illi. a.
Et si omnes scandalizati fuerint:
sed non ego. m. Et ait illi iesus. b.
Amen dico tibi/ qa tu hodie in no
cte hac priusꝙ gallus bis vocē de=
derit: ter me es negaturus. m. At
ille amplꝰ loquebat. b. Et si opor
tuerit me simul cōmori tibi: nō te
negabo. m. Similiter autē et oēs
dicebāt. Et veniūt in predium cui
nomen gethsemani: et ait discipu
lis suis. b Sedete hic: donec orem
m. Et assumpsit petrū et iacobū ꝛ
iohannem secum/ et cepit pauere
et tedere: et ait illis. b. Tristis est
anima mea: vsqꝫ ad mortē. Susti
nete hic: et vigilate. m. Et cū pro=
cessisset paululū/ procidit sup ter=
rā et orabat: vt si fieri posset trāsi
ret ab eo hora Et dixit. b Abba pa
ter. Oīa tibi possibilia sūt: trāsfer
calicē hunc a me. Sed non qd ego
volo: sed quod tu. m Et venit ꝛ in=
uenit eos dormiētes. Et ait petro
b. Symon/ dormis? Nō potuisti
vna hora vigilare mecū? Vigila=
te et orate: vt nō intretis in tenta=
tionē. Spūs qdē promptus est: caro
vero infirma. m Et iterū abiens:
orauit eundē sermonem dicēs. Et
reuersus denuo: īuenit eos dormi
entes. Erant eni oculi eoꝝ graua
ti: et ignorabāt quid respōderent
ei. Et venit tertio ꝛ ait illis. b Dor
mite iam et requiescite. Sufficit.
Venit hora. Ecce tradet filius ho
minis: in manus peccatorū. Sur
gite: eamus. Ecce qui me tradet:
prope est. m Et adhuc eo loquēte:
venit iudas scarioth vnꝰ de duode
cim et cū eo turba multa cum gla
diis ꝛ lignis missi a summis sacer
dotibus/ et scribis ꝛ senioribꝰ. De
derat autē traditor eis signum di
cēs. a. Quēcūqꝫ osculatꝰ fuero: ip=
se est/ tenete eum: et ducite caute.
m. Et cū venisset: statim accedēs
ad eū ait. a. Aue rabbi. m. Et oscu
latus est eum. At illi manus inie=
cerunt in iesum: et tenuerūt eum
Unus autē quidam de circunstā=
tibus educēs gladiū/ percussit ser
uum summi sacerdotis: et ampu
tauit illi auriculā. Et respondēs
iesus: ait illis. b. Tanꝙ ad latro=
nem existis cum gladiis ꝛ lignis:
comprehēdere me. Quotidie erā
apud vos in templo docens: et nō
me tenuistis. Sed vt adimplean=
tur scripture. m Tūc discipuli eiꝰ
relinquentes eū omnes fugerunt
Adolescens autē quidā sequebat
eum/ amictus syndone sup nudo:
et tenuerunt eum. At ille reiecta

sindone: nudus profugit ab eis. Et adduxerunt iesum ad summū sacerdotē: ꝛ cōuenerūt oēs sacerdotes et scribe ꝛ seniores. Petrus autē a longe secut⁹ est eū vsqꝫ itro in atrium summi sacerdotis. Et sedebat cū ministris: et calefaciebat se ad ignē. Summi vero sacerdotes ꝛ omne consiliū querebant aduersus iesum testimoniū vt eū morti traderēt: nec inueniebant. Multi eni testimoniū falsum dicebant aduersus eum: et conuenietia testimonia nō erāt. Et quidam surgētes falsum testimoniū ferebant aduersus eū dicentes. a. Quoniā nos audiuim⁹ eū dicentem. Ego dissoluā tēplū hoc manufactū: et post triduū aliud non manufactū edificabo. m. Et non erat conueniēs testimoniū illorū. Exurgēs autē summ⁹ sacerdos in mediū: iterrogauit iesum dicens. a. Nō respōdes quicq̄ ad ea que tibi obijciuntur ab his? m. Ille aūt tacebat: ꝛ nichil respōdit. Rursū summus sacerdos interrogabat eum: et dixit ei. a. Tu es christ⁹ filius dei benedicti? m. Jesus autē dixit illi. b. Ego sum. Et videbitis filiū hoīs sedentē a dextris virtutis dei: et venientē cū nubib⁹ celi. m. Summ⁹ aūt sacerdos scindēs vestimēta sua: ait. a. Quid adhuc desideram⁹ testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videt? m. Qui omnes condēnauerunt eum esse reum mortis. Et ceperūt qdā cōspuere in eum/ et velare faciem eius et colaphis eum cedere: et dicere ei. a. Prophetiza. m. Et ministri alapis eū cedebāt. Et cū esset petrus in atrio deorsū: venit vna ex ancillis sūmi sacerdotis. Et cū vidisset petrum calefacientē se: aspiciēs illum ait. a. Et tu cum iesu nazareno eras. m. At ille negauit dicens. a. Neqꝫ scio: neqꝫ noui quid dicas. m. Et exijt foras ante atrium: ꝛ gall⁹ cantauit. Rursus autē cum vidisset illum ancilla: cepit dicere circunstātib⁹ q̄ hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillū rursus qui astabant: dicebant petro. a. Uere ex illis es. Nā et galileus es. m. Ille autē cepit anathemathizare ꝛ iurare q̄ nescio hominē istū quē dicitis. Et statim iterū gall⁹ cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei iesus: priusq̄ gallus cātet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et cōfestim mane cōsilium faciētes summi sacerdotes cū senioribus et scribis/ et vniuerso consilio vinciētes iesum: duxerūt ꝛ tradiderūt pylato. Et interrogauit eū pylatus. a. Tu es rex iudeorū? m. At ille respōdēs: ait illi. b. Tu dicis. m. Et accusabāt eū summi sacerdotes in multis. Pylat⁹ autē rursum iterrogauit eum dicēs. a. Nō respōdes quicq̄? Uide ī quantis te accusant. m. Jesus autē amplius nichil respōdit: ita vt miraretur pylat⁹. Per diē autē festum solebat dimittere illis vnū ex vinctis: quemcunqꝫ petissent. Erat autē qui dicebatur barrabas/ qui cum seditiosis erat vinct⁹: qui in seditione fecerat homicidum. Et cum ascendisset turba: cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pylatus autē respondit eis: et dixit.

a. Vultis dimittam vobis regē iudeorum? m. Sciebat enim quod per inuidiā tradidissent eum summi sacerdotes. Pōtifices autē cōcitauerunt turbā: vt magis barrabā dimitteret eis. Pylatus autē iterū respōdens: ait illis. a. Quid ergo vultis faciā regi iudeorum? m. At illi iterū clamauerūt. a. Crucifige eum. m. Pylatus vero dicebat illis. a. Quid enim mali fecit? m. At illi magis clamabāt. a. Crucifige eū. m. Pylatus autē volens populo satisfacere dimisit illis barrabā: et tradidit eis iesum flagellis cesū vt crucifigeret. Milites autē duxerunt eum intro in atriū pretorij/ et conuocant totā cohortē/ et induūt eum purpura: et imponūt ei plectentes spineā coronā: et ceperūt salutare eum. a. Aue rex iudeorum. m. Et percutiebant caput eius arundine: et cōspuebāt in eum. Et ponētes genua: adorabāt eum. Et postquam illuserunt ei/ exuerūt illū purpura: et induerūt eum vestimentis suis: et educunt illū vt crucifigerēt eum. Et angariauerūt pretereuntē quēpiam symonē cyreneū venientē de villa patrē alexādri et rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducūt eū in golgotha locū: quod est interpretatū caluarie locus. Et dabāt ei bibere myrratū vinū: et non accepit. Et crucifigētes eum diuiserunt vestimēta eius: mittētes sortem sup eis vt quis quid tolleret. Erat autē hora tertia: et crucifixerunt eū. Et erat titulus cause eius inscriptus rex iudeorū. Et cū eo crucifigunt duos latrones/ vnū a dextris: et aliū a sinistris eius. Et impleta est scriptura que dicit. Et cū iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabāt eū mouētes capita sua: et dicētes. a. Vach qui destruis tēplū dei: et in tribus diebus reedificas. Saluū fac temetipsū: descēdens de cruce. m. Similiter et sūmi sacerdotes/ illudentes ad alterutrū cum scribis dicebāt. a. Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluū facere. Christus rex israel descēdat nunc de cruce: vt videamus et credamus. m. Et qui cum eo crucifixi erāt: conuiciabantur ei. Et facta hora sexta/ tenebre facte sunt per totā terrā: vsque in horam nonā. Et hora nona: exclamauit iesus voce magna dicens. b. Hely hely: lamazabathani. m. Quod est interpretatū. b. Deus meus: deus meus: vt quid dereliquisti me. m. Et quidā de circūstātibus audiētes dicebāt. a. Ecce helyā vocat. m. Currens autē vnus/ et implēs spongiā aceto: circumponēsque calamo potum dabat ei dicens. a. Sinite videamus si veniat helyas: ad deponendū eū. m. Jesus aūt emissa voce magna: expirauit. Prostratio.

Et velū tēpli scissum est i duo: a summo vsque deorsum. Vidēs autē cēturio qui ex aduerso stabat/ quia sic clamans expirasset: ait a. Vere hic homo filius dei erat. m. Erāt autem et mulieres de lōge aspicientes. inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoris et ioseph mater/ et salome. Et cum esset i galilea sequebantur eū: et ministrabāt ei. Et alie multe que simul ascēderāt cū eo hierosolymā

¶ Hic legitur in tono euangelij.

Et cum iam sero esset factū qa erat parasceue quod est ante sabbatū: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectans regnū dei. Et audacter ītroiuit ad pylatū: et petijt corpus iesu. Pylatus autē mirabat si iā obijsset. Et accersito cēturione: interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cū cognouisset a cēturiōe donauit corp⁹ ioseph. Joseph autem mercat⁹ syndonē: et deponēs eum inuoluit in syndone / ꝛ posuit eum in monumēto: quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidem: ad hostiū monumēti. Offer.

Custodi me dn̄e de manu peccatoris et ab hominibus iniquis eripe me domine.

Secreta.

Sacrificia nos quesum⁹ dn̄e propēsius ista restaurent que medicinalib⁹ sunt instituta ieiunijs. Per dn̄m. Cōio

Aduersum me exercebātur qui sedebāt in porta: et in me psallebāt qui bibebant vinū ego vero oratione meā ad te dn̄e tēpus bn̄placiti de⁹ in multitudine mie tue

Postcōio.

Repleti dn̄e sacri muneris gratia supplices exoramus: vt que gustu corporeo dulci veneratione cōtingim⁹: dulciora mētib⁹ sentiamus. Per.

Super populum. Oratio.

Tua nos misericordia de⁹: et ab omni subreptione vetustatis expurget / et capaces sancte nouitat⁹ efficiat. Per dn̄m nostrum iesum christum.

Feria quarta. Introitus.

In nomine dn̄i om̄e genu flectat celestiū terrestriū et infernoꝝ qa dominus est fact⁹ obediēs vsq₃ ad mortē. mortē autē crucis: ideo dn̄s iesus christus in glia est dei patris. ps. Dn̄e exaudi orationem meam. et clamor meus ad te veniat. In nomine sine Gloria patri. Nō dicitur Dn̄s vobiscū: sed Oremus Flectamus genua leuate. Oro.

Presta quesum⁹ oīpotēs deus: vt qui nostris excessib⁹ incessanter affligimur. per vnigeniti tui passionē liberemur. Qui tecū. Lec. ysaie pphete. lxij. ꝛ lxiij.

Hec dicit dn̄s de⁹. Dicite filie syō. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cū eo ꝛ op⁹ illius coram illo. Et vocabūt eos populus sanct⁹: redēpti a domino Tu autem vocaberis ciuitas quesita: et non derelicta. Quis est iste qui venit de edom / tinctis vestib⁹ de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiam: et ppugnator sum ad saluandū. Quare ergo rubrū est indumentum tuū: et vestimenta tua sicut calcantiū in torculari. Torcular calcaui solus: et de gētib⁹ non est vir mecū. Calcaui eos in furore meo: et ꝯculcaui eos in ira mea Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis in te venit. Et aspersus est sanguis eorū sup vestimenta mea: et om̄ia indumēta mea inquinaui. Dies eni vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circūspexi et nō erat auxiliator. Quesiui ꝛ nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meum: et indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et cōculcaui populos in furore meo: et in-

ebriaui eos in indignatione mea: & detraxi in terrã virtutẽ eorũ. Miserationũ dñi recordabor laudes dñi annũciaui sup oĩa que reddidit nobis: dominus de⁹ noster. ℟.

Ne auertas faciẽ tuã a puero tuo quoniã tribulor: velociter exaudi me. ℣ Saluum me fac de⁹ quoniã intrauerũt aque vsqꝫ ad animã meã. infixus sum in limo profundi et non est substantia. Oratio cũ Dñs vobiscũ. et Flectam⁹ ge.


Deus qui pro nobis filiũ tuum crucis patibulũ subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem. cõcede nobis famulis tuis / vt resurrectiõis eius gratiam cõsequamur. Per eũdẽ.

Lectio ysaie prophete. liij.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dñe quis credidit auditui nostro: & brachiũ dñi cui reuelatum est? Et ascẽdet sicut virgultum corã eo: & sicut radix de terra sitienti. Et nõ est species ei neqꝫ decor: et vidim⁹ eũ. & nõ erat aspect⁹ et desiderauim⁹ eum despectũ: et nouissimũ virorũ. Uirum dolorũ et scientẽ infirmitatẽ: & quasi absconditus vult⁹ eius: et despectus Unde nec reputauim⁹ eum. Uere languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipe portauit. Et nos reputauim⁹ eũ quasi leprosum et percussum a deo & humiliatũ. Ipse autem vulnerat⁹ est ꝑpter iniqtates nostras: attrit⁹ est ꝑpter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup eũ: & liuore eius sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimus: vnusqsqꝫ in viam suã declinauit. Et dñs posuit in eo: iniquitates omniũ nostrũ. Oblatus est quia ipse voluit: et non aperuit os suũ. Sicut ouis ad occisionẽ ducetur: & quasi agn⁹ corã tondente se obmutescet / & nõ aperiet os suum De angustia et de iudicio: sublatus est. Generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei ꝑcussi eum: et dabit ipios pro sepultura & diuites pro morte sua Eo ꝙ non fecerit inĩqtatẽ: nec dolus fuerit in ore ei⁹. Et dñs voluit conterere eũ in ĩfirmitate. Si posuerit pro peccato animã suã: videbit semen longeuũ. & voluntas dñi in manu ei⁹ dirigetur. Pro eo quod tradidit in morte animã suam: et cum sceleratis reputat⁹ est Et peccatum ipse multorũ tulit: & pro transgressoribus orauit vt nõ perirent dicit dominus oĩpotens.

Tract⁹.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. ℣. Nõ auertas faciem tuã a me: in quacunqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuam. ℣ In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. ℣sus. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sunt. ℣⁹ Percussus sum vt fenum et aruit cor meum. quia oblitus sum comedere panẽ meum. ℣. Tu exurgens domine misereberis syõ: qꝛ venit tẽpus miserendi eius.



¶ Passio domini nostri iesu christi. Secũdũ Lucam .xxij. et .xxiij.

In illo tpe. Appropinquabat autẽ dies festus azimorum: qui dicitur pascha. Et querebant principes sacerdotũ & scribe: quomodo iesum interficerent timebant vero plebem. Intrauit autẽ sathanas in iudã qui cognominabat scarioth vnũ de duodecĩ et abijt / et locut⁹ est cũ principib⁹ sacerdotũ et magistratib⁹: quem admodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatẽ: vt traderet illũ sine turbis. Venit autẽ dies azimorũ: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrũ et iohannẽ dicens. b. Eũtes parate nobis pascha: vt mãducem⁹. m. At illi dixerunt. a. Vbi vis paremus? m. Et dixit ad eos. b. Ecce ĩtroeũtib⁹ vobis in ciuitatẽ / occurret vobis homo quidam amphorã aque portans: sequimini eum in domũ in quã intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersorium: vbi pascha cũ discipulis meis manducẽ? Et ipse vobis ostẽdet cenaculũ magnũ stratũ: & ibi parate. m. Euntes autẽ iuenerũt sicut dixit illis: et parauerunt pascha. Et cũ facta esset hora discubuit: et duodecim apostoli cũ eo. Et ait illis. b. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ: anteq̃ patiar. Dico enĩ vobis / q̃a ex hoc nõ mãducabo illud: donec impleat in regno dei. m. Et accepto calice gratias egit: et dixit. b. Accipite: et diuidite inter vos. Dico enim vobis / q̃ nõ bibã de generatione vitis: donec regnũ dei veniat. m. Et accepto pane gratias egit et fregit: et dedit eis dicẽs. b. Hoc est corpus meũ: quod pro vobis datur. Hoc facite: in meã commẽorationẽ. m. Similiter & calicẽ postq̃ cenauit dicens. b. Hic est calix nouũ testamentũ in sanguine meo: qui pro vobis fundet. Verũtamen ecce manus tradentis me: mecũ est in mẽsa. Et quidem fili⁹ hominis: scd̃m quod diffinitũ est vadit. Veruntamen ve homini illi: per quẽ tradet. m. Et ipsi ceperunt querere iter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autẽ et contẽtio inter eos: quis eorũ videret esse maior. Dixit aũt eis. b. Reges gentiũ dñant eorũ: et qui potestatẽ habẽt sup eos: benefici vocant. Vos autẽ nõ sic. sed qui maior est in vobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est: sicut mi-

nistrator. Nã quis maior est qui recũbit: an qui ministrat? Nonne qui recũbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut qui ministrat Uos autẽ estis qui pmãsistis mecum in tẽptatiõibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnũ: vt edatis et bibatis sup mẽsam meã in regno meo: et sedeatis sup thronos iudicantes duodecim tribus israel. m Ait autẽ dñs symoni. b. Symon/ ecce sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticũ. Ego autẽ rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuersus: cõfirma fratres tuos. m. Qui dixit ei. a Dñe/ tecum parat' sum: et in carcerẽ et in mortẽ ire. m Et ille dixit. b Dico tibi petre/ nõ cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. m Et dixit eis. b Quando misi vos sine sacculo/ et pera/ et calciamentis: nũquid aliqd defuit vobis? m At illi dixerunt. a. Nichil. m Dixit ergo eis. b Sed nũc qui habet baculũ: tollat similiter et peram. Et qui nõ habet/ vẽdat tunicã suã: et emat gladiũ. Dico enim vobis: quoniã adhuc hoc qd scriptũ est: oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Et enim ea que sunt de me: finem habent. m At illi dixerũt. a. Dñe ecce gladij duo hic. m. At ille dixit eis. b Satis est. m Et egress' ibat scdm consuetudinẽ: in montẽ oliuarum. Secuti sunt autẽ illum et discipuli. Et cũ peruenisset ad locum: dixit illis. b Orate: ne intretis in tentationẽ. m. Et ipse auulsus est ab eis: quantũ est iact' lapidis. Et positis genibus: orabat incens. b Pater si vis: transfer calicem istum a me. Uerũtamen non mea volũtas: sed tua fiat. m Apparuit autem illi angelus de celo confortãs eum. Et factus in agonia: plixius orabat. Et fact' est sudor eius sicut gutte sanguinis: decurrẽtis in terrã. Et cũ surrexisset ab oratione/ et venisset ad discipulos suos: iuenit eos dormiẽtes pre tristitia. Et ait illis. b. Quid dormitis? Surgite. Orate: ne intretis in tẽptationẽ. m. Adhuc eo loquẽte: ecce turba et qui vocabat iudas vn' de duodecim antecedebat eos. Et appropinquauit iesu: vt oscularet eum. Jesus autẽ dixit illi. b Juda: osculo filiũ hominis tradis? m Uidẽtes autẽ hi qui circa ipsũ erãt quod futurũ erat: dixerũt ei. a Dñe: si percutim' in gladio? m Et percussit vnus ex illis seruũ principis sacerdotum: et amputauit auriculã eius dextrã. Respõdens autẽ iesus: ait. b. Sinite vsqz huc. m Et cum tetigisset auriculã ei': sanauit eũ. Dixit autem iesus ad eos qui venerãt ad se principes sacerdotũ et magistratus tẽpli/ et seniores. b. Quasi ad latronẽ existis cum gladijs et fustibus: cum quotidie vobiscũ fuerim in templo: et nõ extẽdistis manus ĩ me. Sed hec est hora vestra: et potestas tenebrarũ. m. Cõprehendẽtes autẽ eũ: duxerũt ad domum principis sacerdotũ. Petr' vero: sequebat eum a longe. Accenso autẽ igne in medio atrij: et circũsedentib' illis erat petrus in medio eorũ. Quẽ cum vidisset an-

cilla quedam sedentem ad lumen et eum fuisset intuita: dixit. a. Et hic cum illo erat. m. At ille negauit eum: dicens. a. Mulier / nō noui illum. m. Et post pusillum aliꝰ videns eum: dixit. a. Et tu de illis es. m. Petrus vero ait. a. O homo non sum. m. Et interuallo facto / quasi horę vniꝰ: alius quidā affirmabat dicens. a. Uere et hic cum illo erat. Nam et galileus est. m. Et ait petrus. a. Homo: nescio qđ dicis. m. Et cōtinuo adhuc illo loquente: cātauit gallus. Et cōuersus dn̄s: respexit petrū. Et recordatus est petrus verbi dn̄i sicut dixerat / quia priusq̄ȝ gallus cantet: ter me negabis. Et egressꝰ foras petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebant illum: illudebāt ei cedētes. Et velauerunt eum: et percutiebant faciem eius: et interrogabant eum dicētes. a. Prophetiza: quis est qui te pcussit? m. Et alia multa blasphemātes dicebant in eum. Et vt factus est dies: conuenerūt seniores plebis et principes sacerdotū et scribe: ⁊ duxerunt illum in consiliū suū dicētes. a. Si tu es christus: dic nobis. Et ait illis. b. Si vobis dixero: non credetis michi. Si autē et interrogauero / nō respōdebitis michi: neq̄ȝ dimittetis. Ex hoc autē erit filiꝰ hominis sedens a dextris v̄tutis dei m. Dixerūt autē oēs. a. Tu ergo es filius dei? m. Qui ait. b. Uos dicitis: quia ego sum. m. At illi dixerunt. a. Quid adhuc desideramꝰ testimoniū? Ipse enī audiuimus ex ore eius. m. Et surgens omnis multitudo eorum: duxerūt illum ad pylatum. Ceperunt autem illum accusare dicentes. a. Hunc inuenimus subuertentē gentem nostram / et prohibentē tributa dari cesari: et dicentē se christū regem esse. m. Pylatus autē īterrogauit eum dicens. a. Tu es rex iudeorū? m. At ille respondēs ait. b. Tu dicis. m. Ait autē pylatus ad principes sacerdotū ⁊ turbas. a. Nichil inuenio cause in hoc hoīe. m. At illi inualescebant dicentes. a. Commouit populū docens per vniuersam iudeā: incipiēs a galilea vsq̄ȝ huc. m. Pylatus autē audiēs galileam: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit q̄ȝ de herodis potestate esset remisit eum ad herodem: qui et ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso iesu: gauisus est valde. Erat enī cupiens ex multo tēpore videre eū / eo q̄ȝ audiret multa de illo: ⁊ sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibꝰ. At ipse nihil illi respōdebat. Stabāt etiam principes sacerdotū: et scribe: cōstāter accusantes eū. Spreuit autē illum herodes cū exercitu suo / et illusit indutum veste alba: et remisit ad pylatum. Et facti sunt amici: herodes et pylatus in ipsa die. Nā antea inimici erāt adinuicem. Pylatus autē conuocatis principibus sacerdotū ⁊ magistratus: ⁊ plebe: dixit ad illos. a Obtulistis michi hūc hoīem quasi auertentē populū / ⁊ ecce ego coram vobis interrogās: nullā causam inuenio in hoīe isto / ex his in quibus eū accusatis. Sed neq̄ȝ he

rodes. Nam remisi vos ad illum: et ecce nichil dignū morte actum est ei. Emendatū ergo illū/dimittam. m. Necesse autē habebat dimittere eis per diem festū vnum. Exclamauit autē simul vniuersa turba: dicēs. a. Tolle hunc: et dimitte nobis barrabā. m. Qui erat propter seditionē quandā factam in ciuitate ⁊ homicidiū: missus in carcerē. Iterum autē pylat⁹ locutus est ad illos: volēs dimittere iesum. At illi succlamabāt: dicētes a. Crucifige/crucifige eū. m. Ille autē tertio: dixit ad illos. a. Quid enī mali fecit iste? Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū: et dimittā. m. At illi instabant vocibus magnis: postulantes vt crucifigeret. Et inualescebant voces eorum. Et pylat⁹ adiudicauit fieri petitionē illorū. Dimisit autē illis eum qui ꝑpter homicidiū ⁊ seditionem: missus fuerat in carcerē quē petebant. Iesū vero tradidit volūtati eorū. Et cū ducerent eum: apprehēderunt symonē quēdā cyrenēsem venientē de villa: et imposuerunt illi crucē portare post iesum. Sequebatur autē illum multa turba populi et mulierū: que plāgebāt ⁊ lamētabantur eum. Cōuersus autē ad illas ies⁹ dixit. b. Filie hierusalē nolite flere sup me: sed sup vosipsas flete: et sup filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quib⁹ dicēt. Beate steriles: et ventres qui non genuerūt: et vbera que non lactauerūt. Tunc incipiēt dicere montibus/cadite sup nos: et collibus/operite nos. Quia si i viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? m. Ducebant autē et alij duo neq̃ cū eo: vt interficerent. Et postq̃ venerunt in locum qui vocat caluarie: ibi crucifixerunt eū. Et latrones vnū a dextris: et vnum a sinistris. Iesus aūt dicebat. b. Pater dimitte illis nō enī sciūt q̄d faciūt m. Diuidētes vero vestimēta ei⁹: miserunt sortes. Et stabat populus expectans: et deridebāt illum principes cū eis dicentes. a. Alios saluos fecit/se saluū faciat: si hic est christus dei electus. m. Illudebant autem ei et milites accedentes: et acetū offerētes illi/dicētes. a. Si tu es rex iudeorū: saluum te fac. m. Erat autem et supscriptio scripta sup illū litteris grecis ⁊ latinis: et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autē de his qui pēdebant latronibus: blasphemabat eum dicens. a. Si tu es christ⁹ saluum fac temetipsum ⁊ nos. m. Respondēs autē alter: icrepabat eum dicens. a. Neq̃ tu times deū qui in eadē damnatiōe es. Et nos quidē iuste: nam digna factis recipim⁹. Hic vero nihil mali gessit. m. Et dicebat ad iesum. a. Domine memēto mei: cū veneris in regnum tuū. m. Et dixit illi iesus. b Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. m. Erat autē fere hora sexta/⁊ tenebre facte sūt in vniuersam terrā: vsq̃ in horā nonā. Et obscuratus est sol: ⁊ velū templi scissum est mediū. Et clamās voce magna iesus: ait. b. Pater/in manus tuas: cōmendo spiritū meū. m. Et hec dicens expirauit.

Prostratio. Uidens autē centu-

rio quod factũ fuerat: glorificauit deũ dicẽs. a. Uere hic homo iust9 erat. m. Et omnis turba eorũ qui simul aderãt ad spectaculũ istud / et videbãt que fiebãt: percutientes pectora sua reuertebãt. Stabãt autem oẽs noti ei9 a longe: et mulieres que secute erant eũ a galilea: hec videntes. In tono euangelij legit. Et ecce vir noie ioseph qui erat decurio vir bonus et iustus: (hic nõ cõsenserat cõsilio et actib9 eorum) ab arimathia ciuitate iudee qui expectabat et ipse regnũ dei. Hic accessit ad pylatũ: et petijt corpus iesus. Et depositũ: inuoluit in syndone. Et posuit eum in monumento exciso: in quo nõdũ quisquam positus fuerat. Offr. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Secreta.

Purifica nos misericors deus. vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes / fiant expiatis mẽtib9 gratiores. Per dñm. Cõio. Potũ meũ cũ fletu tẽperabã / quia eleuãs allisisti me et ego sicut fenũ arui: tu autẽ dñe in eternũ permanes. tu exurgẽs misereberis syõ: quia venit tẽpus miserẽdi eius. Postcõio.

Largire sensib9 nostris omnipotẽs deus. vt per tẽporalẽ filij tui mortẽ quã mysteria veneranda testant: vitam nobis te dedisse perpetuam confidam9. Per eundem. Super populum. Oro.

Respice quesumus domine super hãc familiam tuam pro qua deus et dominus noster iesus christus / non dubitauit manibus tradi nocentiũ: et crucis subire tormentum. Qui tecum.



Feria quinta in cena domini. ante missam absolutio sicut in die cinerum. Introitus.

Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi / in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sum9. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos: et misereatur nostri. Et dicit Gloria patri. Nõ dicit Gloria in excelsis. nec Credo / nisi vbi sanctũ crisma sanctificatur. nec Flectamus genua leuate. Oratio.

Deus a quo et iudas reatus sui penã: et confessiõis sue latro premiũ sumpsit. concede nobis tue propiciationis effectũ. vt sicut in passiõe sua iesus christ9 dñs noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorũ. ita nobis ablato vetustatis errore resurrectiõis sue gratiã largiat. Qui tecũ vi.

Ad corinthios. j. undecimo.

Fratres. Conuenientibus vobis in unum: iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum: aut ecclesiam dei contempnitis: et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam dominus iesus in qua nocte tradebat. accepit panem et gratias agens fregit et dixit. accipite et manducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. Hoc facite quotienscunque bibetis in meam commemorationem. Quotienscunque enim manducabitis panem hunc/ et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaque quicunque manducauerit panem: vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: ut non cum hoc mundo dampnemur. ℟. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod est super omne nomen.

Secundum Johannem. xiij.



In illo tempore. Ante diem festum pasche sciens iesus ~~qui~~ quia/ venit eius hora/ ut transeat ex hoc mundo ad patrem. cum dilexisset suos qui erant in mundo: in finem dilexit eos. Et cena facta cum iam diabolus misisset in cor/ ut traderet eum iudas symonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et quia a deo exiuit et ad deum vadit: surgit a cena et ponit vestimenta sua. Et cum accepisset lintheum: precinxit se. Deinde misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat precinctus. Uenit ergo ad symonem petrum: et dixit ei petrus. Domine tu michi lauas pedes? Respondit iesus: et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dixit ei petrus. Non lauabis michi pedes: in eternum. Respondit ei iesus. Si non lauero te: non habebis partem mecum Dixit ei symon petrus. Domine/ non tantum pedes meos: sed et manus et caput. Dixit ei iesus. Qui lotus est/ non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit non estis mundi omnes Postquam autem lauit pedes eorum accepit vestimenta sua: et cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fece

rim vobis? Vos vocatis me magister et dñe: et bene dicitis. Sũ eteni Si ergo ego laui vr̃os pedes dñs et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplũ eni dedi vobis: vt queadmodũ ego feci vobis: ita et vos faciatis. Offr.

Dextera domini fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me. non moriar sed viuam et narrabo opera domini. Secreta.

Ipse tibi quesumus domine scte pater oĩpotens eterne deus: sacrificiũ nostrũ reddat acceptũ / qui discipulis suis in sui cõmemoratiõe hec fieri hodierna traditione monstrauit iesus christus filius tuus dñs noster. Qui tecum viuit et regnat deus. Cõmunicantes: et diem sacratissimam Hanc igitur. et Qui pridie. ¶ Nota q̃ tot debẽt hostie sacrari i hac missa: vt sufficere possint vsq; ad sabbatũ. Sanctus. Agnus. et Pax dñi dicunt: sed osculũ non datur. Cõio. Dñs iesus postq̃ cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorũ et ait illis. scitis quid feceri vobis ego magister et dñs exemplũ dedi vobis: vt et vos ita faciatis. Quo dicto icipit añ. Calicem. ps. Credidi. añ. Cum his. ps. Ad dñm cũ tribularer. añ. Ab hominibus. ps. Eripe me. añ. Custodi me. ps. Dñe clamaui. añ. Cõsiderabã. ps. Voce mea. Ad magnificat añ. Cenãtibus. Finita añ. Postcõio.

Refecti vitalibus alimẽtis quesumus dñe deus noster. vt quod tẽpore nostre mortalitatis exequimur: imortalitatis tue munere cõsequamur. Per dominum nostrũ iesum christũ. Nõ dr Ite missa est / nisi vbi crisma cõsecratũ fuerit: sed Bñdicamus dño.

¶ Feria sexta i parasceue sine iubilo et retro altare sine titulo legatur. Lectio osee pphete. vj.

Hec dicit dñs deus. In tribulatione sua: mane cõsurgent ad me. Venite et reuertamur ad dñm: quia ipse cepit et sanabit nos: pcutiet et curabit nos. Viuificabit nos post duos dies. et i die tertia suscitabit nos. Et viuemus in conspectu eius: sciemus sequemurq; / vt cognoscamus dominũ Quasi diluculũ pparatus est egressus eius: et veniet quasi imber nobis preparatus tẽporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciã tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane ptransiens. Propter hoc dolaui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredient. Quia misericordiã volui et nõ sacrificiũ: et scientiã dei plusq̃ holocausta. Sequitur oratio sine Dñs vobiscũ. sed dicit Oremus. Flectamus genua leuate. Orõ.

Deus a quo et iudas reatus sui penã: et confessiõis sue latro premiũ sumpsit. concede nobis tue ppiciationis effectũ. vt sicut in passiõe sua iesus christus dñs noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorũ. ita nobis ablato vetustatis errore resurrectiõis sue gratiã largiatur. Qui te. Tractus

Domine audiui auditum tuũ et timui / consideraui opera tua: et expaui. V. In medio duum animaliũ innotesceris dũ appropinquauerit anni cognosceris: dũ aduenerit tẽpus ostẽderis.

℣. In eo dum cōturbata fuerit aīa mea in ira misericoꝛdie memoꝛ eris. ℟. Deꝰ a libano veniet: ⁊ sanctꝰ de mōte vmbꝛoso et cōdēso. ℣. Operuit celos maiestas eius: ⁊ laudis eius plena est terra. Oratio sine Dn̄s vobiscū. sed dr Oremus Flectamus genua leuate.

Deus q̇ peccati veteris hereditariā moꝛtē in qua posteritatis genꝰ om̄e successerat christi tui dn̄i nr̄i passione soluisti: dona vt ꝯfoꝛmes eidē facti sicut imaginem terreni nature necessitate poꝛtauimus: ita imaginē celestis gratie sctificatiōe poꝛtemꝰ christi filij tui dn̄i nr̄i. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdē. Ante altare sine titulo. Lec. libꝛi exodi. xij.

In diebꝰ illis. Dixit dn̄s ad moysen et aaron: in terra egypti. Mēsis iste vobis pꝛincipiū mensiū: pꝛimꝰ erit in mēsibus anni. Loq̇mini ad vniuersū cetū filioꝛum israel ⁊ dicite eis. Decima die mēsis huius tollat vnusquisq; agnū: per familias ⁊ domos suas Sin autē minoꝛ est numerꝰ vt sufficere possit ad vescendū agnum. assumet vicinū suū qui coniūctus est domui eius iuxta numerū animarū que sufficere possint ad esū agni. Erit autē agnꝰ absq; macula: masculꝰ anniculus. Juxta quē ritū tolletis ⁊ hedū: ⁊ seruabis eū vsq; ad quartādecimā diem mensis huiꝰ. Jmmolabitq; eū vniuersa multitudo filioꝛū israel ad vesperū: et sumēt de sanguine eius: ac ponēt sup vtrūq; postē et in superliminaribꝰ domoꝛū in quibus comedēt illū. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cū lactucis agrestibꝰ. Non comedetis ex eo crudū q̇d: nec coctū aqua: sed assum tātū igni. Caput cū pedibus eius ⁊ ītestinis voꝛabitis: nec remanebit ex eo q̇cq̄ vsq; mane. Si q̇d residuū fuerit: igni cōburetis. Sic autē cōmedetis illum renes vestros accingetis: et calciamēta habebitis in pedibus tenētes baculos in manibus et comedetis festinātער. Est eni phase id est transitus dn̄i. Tractus.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias in coꝛde tota die cōstituebāt pꝛelia. ℣. Acuerūt linguas suas sicut serpētes venenū aspidū sub labijs eoꝛum. ℣. Custodi me domine de manu peccatoꝛis: et ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos abscōderunt superbi laqueū michi. ℣. Et funes extenderunt in laqueū pedibꝰ meis/ iuxta iter scandalum posuerunt michi. ℣. Dixi domino deus meus es tu: exaudi dn̄e vocē oꝛationis mee. ℣. Domine domine virtus salutis mee: obumbꝛasti caput meū in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccatoꝛi: cogitauerunt aduersū me ne derelinquas me ne vnq̄ exaltentur. ℣. Caput circuitus eoꝝ: laboꝛ labioꝝ ipsorum operiet eos. ℣. Ueruntamē iusti cōfitebunꝭ nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. ¶ Finito tractu dyaconus legat passionē sine cereis/ sed cum thuribulo tantū: et dum legitur passio mittantur duo lintheamina iūcta filo in medio altaris. Cum autem dicetur Partiti sunt vestimenta. duo stantes in diuersa parte altaris retrahunt lintheamina ab altari.



Cm Passio dñi nostri iesu christi Secundum iohannē. xviij. & xix.

In illo tēpore. Egressus est ies⁹ cū discipulis suis trās torrentem cedron / vbi erat ortus in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem & iudas qui tradebat eum locum: qa frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem: et a pontificibus et phariseis ministros / venit illuc cum laternis et facibus & armis. Jesus itaq; sciēs omnia que ventura erant super eum: processit et dixit eis. b. Quē queritis? m Responderunt ei. a. Jesum nazarenum. m. Dicit eis iesus. b. Ego sum. m. Stabat autē & iudas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum: et ceciderunt in terram. Iterū ergo interrogauit eos. b. Quē queritis? m. Illi autem dixerunt a. Jesum nazarenum. m. Respōdit iesus. b. Dixi vobis qa ego sū. Si ergo me q̄ritis sinite hos abire. m. Ut adimpleret sermo quē dixit: quia quos dedisti mihi non pdidi ex eis quēq̄. Symō ergo petrus habēs gladium eduxit eum et percussit pontificis seruū / & abscidit auriculā eius dextrā. Erat aūt nomē seruo malch⁹. Dixit ergo iesus petro. b. Mitte gladium tuū i vaginā. Calicē quē dedit michi pater: nonvis vt bibā illū? m. Cohors ergo et tribunus / & ministri iudeorū comprehenderunt iesum et ligauerūt eū: & adduxerūt eū ad annā primū. Erat eni socer cayphe: qui erat pōtifex anni illius. Erat autē cayphas qui cōsiliū dederat iudeis / quia expedit vnū hoiem mori pro populo. Seq̄batur autē iesum symō petrus & ali⁹ discipulus. Discipul⁹ autem ille erat notus pontifici: & itroiuit cū iesu in atriū pōtificis. Petrus autem stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo alius discipul⁹ qui erat not⁹ pōtifici et dixit ostiarie: & introduxit petrū. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. a. Nunquid et tu ex discipulis es hois istius? m. Dicit ille. a. Non sum. m. Stabant ergo serui et ministri ad prunas qa frigus erat: & calefaciebant se. Erat autē cum eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: et de doctrina eius. Respōdit ei iesus. b. Ego palā locutus sum mūdo: ego semp docui in synagoga: et in templo quo oēs iudei conueniunt: et in occulto locut⁹ sum ni-

thil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt qd locutus sim ipsis. Ecce hi sciūt que dixerī ego. m Hec autē cū dixisset: vnus assistēs ministrorum dedit alapā iesu dicēs. a. Sic respōdes pōtifici? m. Rñdit ei iesus. b. Si male locutus sum: testimoniū phibe de malo. Si aūt bene quid me cedis? m. Et misit eū annas ligatū ad cayphā pontificē. Erat autē symō petrus stās et calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. a. Nūqd et tu ex discipulis ei9 es? m. Negauit ille et dixit. a. Nō sum. m. Dicit ei vn9 ex seruis pōtificis/cognat9 eius cui9 abscidit petrus auriculā. a. Nōne vidi te in horto cū illo? m. Iterū ergo negauit petr9 et statim gall9 cātauit. Adducūt ergo iesū a cayphā in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi nō itroierūt in pretoriū vt nō cōtaminarent: sed vt māducarent pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras et dixit. a. Quā accusationē affertis aduersus hoiem hunc. m. Respōderūt et dixerūt ei. a. Si non esset hic malefactor nō tibi tradidissemus eū. m Dixit ergo eis pylatus. a. Accipite eū vos et scdm legē vestrā iudicate eū. m Dixerunt ergo ei iudei. a. Nobis nō licet iterficere quēq̄. m. Ut sermo iesu impleret quē dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū pylat9 in pretorium: et vocauit iesum et dixit ei a. Tu es rex iudeorum? m. Respōdit iesus. b A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me? m. Respōdit pylatus. a. Nūqd ego iudeus sum? Gēs tua et pōtifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? m. Respōdit iesus. b. Regnū meū nō est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnū meum: ministri mei vtiq3 decertarēt vt nō traderer iudeis. Nūc autē regnū meū nō est hinc. m. Dixit itaq3 ei pylatus. a. Ergo rex es tu. m Respōdit iesus b. Tu dicis qa rex sum ego. Ego i hoc nat9 sum: et ad hoc veni in mūdum vt testimoniū phibeā veritati. Ois q est ex veritate: audit vocē meā. m. Dicit ei pylatus. a. Quid est veritas? m. Et cū hoc dixisset/ iterū exiuit ad iudeos: et dixit eis. a. Ego nullā iuenio in eo causam Est autē consuetudo vobis vt vnū dimittā vobis in pascha. Uultis ergo dimittā vobis regē iudeorum? m. Clamauerūt rursum oēs dicētes. a. Non hunc sed barrabā. m. Erat autē barrabas latro. Tunc ergo apphēdit pylat9 iesum et flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis imposuerūt capiti eius et veste purpurea circūdederunt eū. Et veniebāt ad eū et dicebant. a. Aue rex iudeorum. m. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pylatus foras et dixit eis. a. Ecce adduco vobis eū foras: vt cognoscatis qa nullā in eo iuenio causam. m. Exiuit ergo iesus portans spineā coronā et purpureū vestimētū: et dixit eis. a. Ecce hō. m. Cū ergo vidissent eū pōtifices et ministri clamabāt dicētes. a. Crucifige/ crucifige eū. m Dixit ei pylat9. a. Accipite eum vos: et crucifigite. Ego enī nō iuenio in eo causam. m Responderūt ei iudei. a. Nos legē habemus/ et scdm legē debet mori:

quia filiū dei se fecit. m. Cū ergo
audisset pylat⁹ hūc sermonē: ma=
gis timuit. Et igressus est in ptō=
rium iterum: et dixit ad iesum. a.
Unde es tu? m. Jesus autē respō=
sum non dedit ei. Dicit ergo ei py
latus. a. Michi nō loqris? Nescis
qa potestatē habeo crucifigere te
et potestatē habeo dimittere te?
m. Respōdit iesus. b. Nō haberes
potestatē aduersū me vllā: nisi ti=
bi esset datū desup. Propterea q me
tradidit tibi: mai⁹ peccatū habet
m. Et exinde qrebat pylat⁹ dimit
tere eū. Judei autē clamabāt/ di=
centes. a. Si hunc dimittis nō es
amicus cesaris. Ois eni qui se re=
gem facit ꝯtradicit cesari. m. Py=
latus autē cū audisset hos sermo=
nes adduxit foras iesum: et sedit
pro tribunali/ i loco qui dicitur li=
chostratos: hebraice aūt gabata
Erat autē parasceue pasche hora
quasi sexta. et dixit iudeis. a. Ecce
rex vester. m. Illi aūt clamabāt. a.
Tolle tolle/ crucifige eum. m. Di
cit eis pylatus. a. Regē vestrū cru
cifigā? m. Respōderūt pōtifices.
a. Nō habemus regē nisi cesarē.
m. Tūc ergo tradidit eis illum vt
crucifigeret. Susceperūt autē ie
sū ꝛ eduxerūt eū. Et baiulās sibi
crucē: exiuit in eum qui dicit cal=
uarie locum: hebraice autē golgo
tha: vbi eum crucifixerunt. Et cū
eo alios duos hinc et hinc: mediū
autem iesum. Scripsit autē et ti=
tulum pylatus: et posuit sup cru=
cem. Erat autē scriptū. Jesus na
zarenus rex iudeorū. Hunc ergo ti
tulum multi legerūt iudeorū: qa
prope ciuitatē erat locus vbi cru=
cifixus est iesus. Et erat scriptum
hebraice/ grece/ ꝛ latine. Dicebāt
ergo pylato pōtifices iudeorū. a.
Nolite scribere rex iudeorū/ sed qa
ipse dixit rex sum iudeorū. m. Re=
spondit pylatus. a. Qd scripsi scri
psi. m. Milites ergo cū crucifixis=
sent eum. acceperūt vestimēta ei⁹
et fecerunt quattuor partes/ vni=
cuiqꝫ militi partē et tunicā. Erat
autē tunica incōsutilis desup ꝯte=
xta per totū. Dixerūt ergo ad in=
uicē. a. Nō scindam⁹ eam: sed sor=
tiamur de illa cui⁹ sit. m. Ut scri=
ptura impleret dicēs. Partiti sūt
vestimenta mea sibi: et in vestem
meam miserunt sortē. Et milites
quidē hec fecerūt. Stabāt autem
iuxta crucē iesu mater ei⁹/ ꝛ soror
matris eius maria cleophe: ꝛ ma
ria magdalene. Cū vidisset ergo
iesus matrē et discipulū stantem
quē diligebat: dixit matri sue. b.
Mulier: ecce fili⁹ tuus. m. Deide
dixit discipulo. b. Ecce mater tua
m. Et ex illa hora: accepit eam di=
scipulus in suam. Postea sciēs ie
sus qa iā oīa cōsummata sunt: vt
cōsummaretur scriptura dixit. b.
Sitio. m. Uas ergo positum erat
aceto plenū. Illi autē spōgiā ple=
nam aceto hysopo circūponētes:
obtulerūt ori eius. Cum ergo ac=
cepisset iesus acetū dixit. b. Con=
summatū est. m. Et inclinato ca=
pite: tradidit spiritū. Prostratio.
Iudei ergo quoniam parasceue
erat/ vt non remanerent in cruce
corpora sabbato (erat eni magn⁹
dies ille sabbati) rogauerūt pyla
tum vt frangerentur eorū crura:
et tollerentur. Uenerunt ergo mi

lites et primi quidẽ fregerũt crura: ⁊ alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad iesum autẽ cũ venissent vt viderũt eum iam mortuũ nõ fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimoniũ phibuit: et verũ est testimoniũ eius. Et ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sunt enim hec: vt scriptura impleretur. Os non cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit. Videbũt in quẽ transfixerũt. ¶ Hoc legit in tono euãgelij.

Post hec autẽ rogauit pylatũ ioseph ab arimathia eo q̃ esset discipulus iesu / occultus autẽ propter metũ iudeorũ: vt tolleret corpus iesu. Et pmisit pylat⁹. Venit ergo et tulit corpus iesu. Venit autẽ et nichodem⁹ qui venerat ad iesum nocte primũ / ferẽs mixturã myrrhe et aloes: quasi libras centum Acceperunt ergo corpus iesu / et ligauerunt eũ lintheis cũ aromatibus: sicut mos est iudeis sepelire. Erat autẽ in loco vbi crucifix⁹ est hortus: ⁊ in horto monumẽtũ nouum: in quo nondũ quisq̃ posit⁹ fuerat. Ibi ergo pp̃ter parasceuẽ iudeorum / quia iuxta erat monumẽtum: posuerũt iesum. ¶ Passiõe finita dicunt oratiões solẽnes ab episcopo vel sacerdote sine Dñs vobiscũ: et oratio prima sine Flectamus genua. Oratio.

Oremus dilectissimi nobis pro ecclesia sancta dei vt eã deus et dñs noster / pacificare ⁊ custodire dignetur toto orbe terrarum subijciẽs ei principat⁹ et potestates detq̃ nobis quietã ⁊ tranquillam vitã de gentibus glorificare deũ patrẽ oipotentẽ. Orem⁹ Flectamus genua leuate.

Omnipotens sempiterne deus: qui gloriam tuam omnibus in christo ~~gentibus~~ [× Credentibus] reuelasti: custodi opera misericordie tue. vt ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in confessione tui nois perseueret. Per eundẽ dñm. Oratio.

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. vt deus ⁊ dñs noster qui elegit eum in ordinem episcopatus saluũ atq̃ incolumẽ custodiat. ecclesie sue sancte ad regendũ populũ sanctũ dei. Orem⁹ Flectamus genua leuate.

Omnipotens sempiterne deus: cuius iudicio vniuersa fundãtur / respice ppitius ad p̃ces nr̃as: et electũ nobis antistitẽ tua pietate cõserua: vt xp̃iana plebs que tali gubernatur auctore sub tanto põtifice credulitatis sue meritis augeatur. Per. Oratio.

Oremus et pro omnibus episcopis presbyteris dyaconibus / subdyaconib⁹ / accolitis / exorcistis / lectoribus / hostiarijs / cõfessoribus / virginibus / viduis: et pro omni populo sancto dei. Oremus. Flectamus genua leuate.

Omnipotens sempiterne deus: cuius spiritu totũ corp⁹ ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicãtes. vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per. Alia oratio.

Oremus et pro christianissimo rege nostro N. vt deus

et dñs noster subditas illi faciat oēs barbaras nationes ad nostrā perpetuā pacem. Oremꝰ. Flectamus genua leuate. Oratio.

O Mp̄s sempiterne deꝰ: in cuius manꝰ sunt oīm potestates et oīa regnoꝝ iura: respice ad xp̄ianū benignꝰ imperiū. vt gentes que in sua feritate ↄfidūt. potētie tue dextera cōprimant. Alia orō.

O Remus et pro cathecuminis nostris/ vt deꝰ et dñs noster adaperiat aures p̄cordioꝝ ipsoꝝ ianuāq; mie: vt per lauachꝝū regenerationis accepta remissione oīm peccatoꝝ: ꝛ ipsi digni iueniātur in christo iesu dño nostro. Oremus. Flectamus genua leuate.

O Mp̄s sempiterne deꝰ qui ecclesiā tuā noua semp̄ prole fecūdas: auge fidē et itellectū cathecuminis nostris: vt renati fonte baptismatis. adoptionis tue filijs aggregent. Per dñm. Orō.

O Remus dilectissimi deum patrē omnipotentē. vt a cunctis mundum purget erroribus/ morbos auferat/ famē repellat/ aperiat carceres/ vincula dissoluat: peregrinātibus reditū/ infirmātibus sanitatē/ nauigantibus portū salutis idulgeat. Oremus. Flectamus genua leuate. Orō.

O Mp̄s sempiterne deꝰ: cōsolatio mestoꝝ. laborātiū fortitudo: perueniant ad te preces de quacūq; tribulatione clamantiū vt oēs sibi in necessitatibꝰ suis misericordiā tuā gaudeant affuisse.

O Remus et pro hereticis et scismaticis: vt deus et dñs noster eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctā matrē ecclesiā catholicā atq; apostolicā reuocare dignetur. Oremus. Orō.

O Mp̄s sempiterne deꝰ: q̄ saluas oēs et neminē vis perire: respice ad aīas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita: errātiū corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per. Oratio.

O Remus et pro perfidis iudeis/ vt deus et dñs noster auferat velamen de cordibus eoꝝ vt et ipsi agnoscant iesum christū dominū nostrum. Hic nō dicitur Flectamus genua leuate. Orō.

O Mp̄s sempiterne deus. qui etiam iudaicā perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras quas pro illiꝰ populi obcecatiōe deferimus. vt agnita veritatis tue luce que est christus a suis tenebris eruantur Per eundē dñm nostrū. Oratio.

O Remꝰ et pro paganis vt deus ops auferat iniq̄tatē de cordibus eorum: et relictis idolis suis cōuertātur ad deum viuū et verum: et vnicū filiū eius iesum christū dñm nostrū/ cū quo viuit ꝛ regnat cū spiritu sancto deus. Oremꝰ. Flectamꝰ genua leuate.

O Mp̄s sempiterne deus: qui nō vis mortē peccatoꝝ/ sed vitam semp̄ inquiris suscipe propicius orationē nostram: ꝛ libera eos ab idoloꝝ cultura: et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem ꝛ gloriā nominis tui. Per dominū.

¶ Finitis orationibꝰ duo presbyteri albis induti: retro altare teneant crucē velatā et cantēt. Añ.

Popule meus quid fecisti tibi aut in quo contristaui te responde michi quia eduxi te de terra egypti parasti crucem saluatori tuo. Duo dyaconi ante altare respondent nudis pedibus.

Agyos otheos Agyos yskyros. Agyos athanathos eleyson ymas. Chorus respondet cum terna genuflexione.

Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus et immortalis miserere nobis. Item presbyteri retro altare.

Ego eduxi te per desertum quadragita annis manna quoque cibaui te et introduxi in terram satis optimam et tu parasti crucem saluatori tuo. Dyaconi. Vers. Chorus rnd. Agyos. Sanctus. vt supra. Item presbyteri.

Quid vltra debui facere et non feci ego quidē plantaui te vinea mea fructu decora et tu facta es michi nimis amarā aceto nanq; siti mea potasti et lancea perforasti latus salvatori tuo.

Item dyaconi dicunt. vts. Chorus

Agyos. rñd. Sanct⁹. vts

Postea deferatur crux / coopta a duob⁹ presbyteris ante altare rñdeāt epūs vel sacerd. discooperiēdo dicat.

Ecce lignum crucis in quo salus mundi pependit venite adoremus. ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt i lege domini.

Et repetitur antiphona cum ceteris versibus psalmi.

Quo finito iterum incipiat sacerdos antiphonam. Añ.

Crucem tuā adoramus domine et sanctā resurrectionē tuam laudamus et glorificam⁹ ecce enim propter crucē venit

gaudium in vniuerso mūdo. ps.

Deus misereatur nostri ꝛ bene-

dicat nobis: illuminet vultū suū

super nos et misereatur nostri.

Cum duobus alijs versiculis sequentibus repetendo añ. Crucem tuam. His dictis adorādo crucem cantatur hymnus sequens.



Pange lingua gloriosi

prelium certaminis: ꝛ super cru

cis tropheum dic triumphū no-

bilem / qualiter redemptor or-

bis: immolatus vicerit.

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis / nulla silua talē profert fronde flore germine: dulce lignū dulces clauos / dulce pondus sustinet. De parentis pthoplausti fraude facta cōdolēs / quando pomi noxialis morte morsu corruit: ipse lignum tūc notauit: dāna ligni vt solueret. Crux fidelis. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat / multiformis proditoris ars vt artem falleret: et medelam ferret īde / hostis vnde leserat Crux fidelis. Quando venit ergo sacri plenitudo tēporis / miss⁹ est ab arce patris natus orbis cōditor: atq̧ ventre virginali / caro factus prodijt. Crux fidelis iter. Lustra sex qui iam peracta tempus implēs corporis / se volēte natus ad hoc passioni deditus: agn⁹ in cruce leuatur īmolandus stipite. Crux fidelis. Hic acetum fel arūdo sputa claui lācea / mite corpus pforatur sanguis vnda pfluit: terra ponthus astra mundus / quo lauant̄ flumine. Crux fidelis Flecte ramos arbor alta tēsa laxa viscera / ꝛ rigor lētescat ille quē dedit natiuitas: vt superni membra reg̃ / miti tēdas stipite. Crux fidelis. Sola digna tu fuisti ferre preciū seculi / atq̧ portū preparare nauta mūdo naufrago: quē sacer cruor perunxit / fusus agni corpore. Crux fidelis. Gloria et honor deo vsq̧quo altissimo / vna patri filioq̧ iclito paraclito: cui laus est et potestas / per eterna secula. Amen. Oēs isti versus debēt dici

si opus fuerit: et si nõ fuerit opus reseruãtur. Adorata cruce reponat eam epūs vel sacerdos in loco suo cantãdo añ. Super oĩa ligna cedrorũ tu sola excelsior in qua vita mundi pepẽdit: in qua christus triumphauit & mors mortem superauit ineternum.

Finita añ. Chor⁹ dicat. añ. Dũ fabricator mundi mortis suppliciũ pateretur in cruce clamãs voce magna tradidit spiritũ. & ecce velum templi scissum est monumẽta aperta sunt: terre motus eñi factus fuerat magnus. quia mortem filij dei clamabat mundus se sustinere non posse. aperto ergo militis lancea latere crucifixi dñi exiuit sanguis et aqua in redemptionẽ salutis nostre. Añã. O admirabile preciũ cuius põdere captiuitas redẽpta est mũdi tartarea confracta sunt claustra inferni. apta est nobis ianua paradisi regni. His dict[is] oĩb⁹ sacerdos induat casula et dicat Confiteor. Deinde vadãt duo p̄sbyteri in sacrario cũ duobus dyaconib⁹ precedente candelabro sine thuribulo & accipiat vnus patenã cum hesterno corpore xp̄i: et alius accipiat calicẽ cũ vino non cõsecrato: et deferãt ad altare cum vno paruo lintheamie cooptũ & ponat in manu epī vel sacerdotis. Ideo nõ consecratur corpus dñicũ: quia ipso die dñs iesus seipsum obtulit hostiam deo patri in ara crucis p nobis. Tunc veniat epūs vel sacerd. ante altare et inclinet se et dicat. In spiritu humilitatis. Post dicat quibusdã audiẽtib⁹ Oremus Preceptis salutaribus moniti. Pater noster. et Libera nos quesumus dñe. Facta quoq; fractiõe dicat. Per oĩa secula sclorũ. et circũstãtes submissa voce rñdeant. Amẽ. Deinde ponat partẽ eukaristie in calicẽ nihil dicẽs: & cõmunicet. Non dicit Pax domini. nec Agnus. Hoc expleto dicant vespere eo ordine vt in cena dñi: sed voce submissa. et in fine Laus tibi dñe. cũ oratione Respice q̃s domine sup hãc familiã tuã. ℣. Ad altaria lauanda ℟. Circumdederunt me viri mẽdaces. cũ ℣. In sero dicat cõpletoriũ cũ ix. ℟. et ℣. tantum.

¶ Sabbato sancto pasche / post nonam. dyaconus indutus dalmatica et infula cereum benedicat sic incipiens.









Exultet iam ãgelica turba celorũ. exultẽt diuina mysteria et pro tanti regis victoria tuba itonet salutaris. Gaudeat se tellus tãtis irradiata fulgorib⁹ et eterni regis splendore lustra=

ta toti⁹ orbis se sentiat amisisse caliginē. Letetur et mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus et magnis populorū vocibus hec aula resultet. Quapropter astātib⁹ vobis fratres charissimi ad tam mirā sancti huius luminis claritatē. vna mecum queso dei oīpotētis misericordiam inuocare. vt qui me nō meis meritis intra leuitarū numerū dignat⁹ est aggregare luminis sui gratia infundente cerei huius laudē iplere perficiat. Per dominū nostrū iesū christū filiū suū: qui cū deo patre et spiritu sancto viuit et regnat deus.


Per omnia secula seculorum. Amē. Dn̄s vobiscū. Et cum spiritu tuo. Sursū corda.







Habemus ad dominũ. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere quia dignũ et iustum est. Inuisibilẽ deũ patrem omnipotentẽ filiũq; eius vnigenitũ dominũ nostrũ iesum christum toto cordis ac mentis affectu et vocis ministerio psonare. Qui pro nobis eterno patri ade debitũ soluit: et veteris piaculi cautionẽ pio cruore detersit. Hec sunt eni festa paschalia in quib9 ille ver9 agn9 occidit: eiusq; sanguine postes ɔsecrãt. Hec nox est in qua primũ patres nostros filios israel eductos de egypto rubrum mare sicco vestigio transire fecisti. Hec igitur nox est que peccatorũ tenebras columne illu


minatiõe purgauit. Hec nox est

que hodie per vniuersum mũdũ

in christũ credẽtes a vicijs seculi

segregatos et caligine peccatorũ

reddit gratie sociat sanctitati.

Hec nox est in qua destructis


vinculis mortis christus ab iferis

victor ascẽdit. Nichil eni nobis

nasci profuit/ nisi redimi ꝓfuis-

set. O mira circa nos tue pieta-

tis dignatio. O inestimabilis di

lectio charitat/ vt seruũ redime-

res filiũ tradidisti. O vere ne-

cessariũ ade peccatũ quod chri-

sti morte deletũ est. O felix cul-

pa que talẽ ac tantũ meruit ha-

bere redẽptorẽ. O beata nox

que sola meruit scire tẽpus et ho


ram in qua christus ab iferis re-

surrexit. Hec nox est de qua scri

ptū est: et nox vt dies illumina-
bitur et nox illuminatio mea in
delicijs meis. Huius igitur san-
ctificatio noctis fugat scelera/
culpas lauat: et reddit innocen-
tiam lapsis mestis leticiam. Fu-
gat odia concordiā parat et cur-
uat iperia. In huius igit noctis
gratia suscipe scte pat. Hic mitte incensum.
Incensi huius sacrificiū vesper-
tinū quod tibi in hac cerei obla-
tione solēni per ministrorū ma-
nus de operib' apum sacrosan-
cta reddit ecclesia. Sed iam co-
lumne huius preconia nouim':
quā in honorē dei rutilās ignis
accēdit. Hic accen dat. Qui licet diuis' in
partes mutuati luminis detri-
menta nō nouit. Alitur liquēti-
bus ceris quas in substātiā pre-


ciose huius lāpadis apis mater eduxit. O vere beata et mirabilis apis cuius nec sexū masculi violant fetus nō quassant nec filij destruūt castitatē. Sicut sancta concepit virgo maria virgo peperit et virgo pmāsit. O vere beata nox que expoliauit egyptios ditauit hebreos. Nox in qua terrenis celestia iunguntur


Oramus itaq̃ te domine vt cereꝰ iste in honorē nois tui cōsecratꝰ ad noctis huius caliginē destruendā indeficiens pseueret. Et in odorē suauitatis acceptꝰ supnis luminaribꝰ misceat. Flammas eius lucifer matutinꝰ inueniat. Ille inq̃ lucifer qui nescit occasū. Ille qui regressus ab iferis humano generi serenus illuxit.


























¶ Completa cerei benedictiōe legant in pulpito sine titulo lect. Et hi qui legūt et cātāt tractus in superpellicijs debēt esse. Genesis. j.

In principio creauit de⁹ celum et terrā. Terra autem erat inanis et vacua: et tenebre erant sup faciē abyssi: et spiritus dñi ferebat sup aquas. Dixitq3 deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit de⁹ lucē quod esset bona: et diuisit lucē a tenebris. Appellauitq3 lucē diem: et tenebras noctē Factūq3 est vespere: et mane dies vnus. Dixit quoq3 deus. Fiat firmamentū in medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū. Diuisitq3 aquas que erāt sub firmamento: ab his que erant sup firmamētū. Et factum est ita. Vocauitq3 de⁹ firmamentū celū: et factū est vespere et mane dies secundus. Dixit quoq3 deus. Cōgregent aque que sub celo sunt in locū vnum: et appareat arida. Factūq3 est ita. Vocauitq3 deus aridā terrā: cōgregatiōesq3 aquarū: appellauit maria. Et vidit de⁹ q esset bonū: et ait. Germinet terra herbā virentē et facientē semen: et lignū pomiferū faciens fructū iuxta gen⁹ suū: cui⁹ semen

in semetipso sit super terrã. Et fa
ctum est ita. Et protulit terra her
bam virentẽ et afferentẽ semen iu
xta genus suũ: lignũqꝫ faciẽs fru=
ctum et habens vnũquodqꝫ semẽ=
tem scdm speciẽ suã. Et vidit deus
ꝙ esset bonum: factũqꝫ est vespere
et mane dies terti9. Dixit vero de=
us. Fiant luminaria in firmamẽ
to celi: et diuidant diem ac noctẽ:
et sint in signa et tempora et dies
et annos: vt luceant in firmamen
to celi: ⁊ illuminẽt terrã. Et factũ
est ita. Fecitqꝫ de9 duo magna lu=
minaria. Luminare mai9 vt pre=
esset diei: et luminare min9 vt pre
esset nocti. ⁊ stellas. Et posuit eas
in firmamẽto celi/ vt lucerent sup
terrã: et preessent diei et nocti. vt
diuiderent lucem a tenebris. Et vi
dit de9 ꝙ esset bonũ: factũqꝫ est ve=
spere ⁊ mane dies quartus. Dixit
etiam deus. Producãt aque repti
le anime viuẽtis ⁊ volatile sup ter=
ram: sub firmamento celi. Crea=
uitqꝫ deus cete grandia. et omnẽ
animã viuentẽ atqꝫ motabilẽ quã
produxerãt aque in species suas:
et omne volatile scdm genus suũ.
Et vidit deus ꝙ esset bonũ: benedi
xitqꝫ eis dicens. Crescite et multi=
plicamini et replete aquas maris
auesqꝫ multiplicent sup terrã. Et
factũ est ita. Et vidit deus ꝙ esset
bonum: et factũ est vespere et ma
ne dies quintus. Dixit quoqꝫ de9.
Producat terra animã viuentẽ in
genere suo: iumẽta ⁊ reptilia ⁊ be
stias terre scdm species suas. Fa=
ctumqꝫ est ita. Et fecit deus besti=
as terre iuxta species suas: iumẽ=
ta et omne reptile terre in genere
suo. Et vidit deus ꝙ esset bonum:
et ait. Faciamus hominẽ ad ima
ginem ⁊ similitudinem nostram:
et presit piscibus maris: et volati=
libus celi ⁊ bestijs vniuerse terre:
omniqꝫ reptili quod mouet in ter
ra. Et creauit deus hoiem ad ima
ginẽ suam. Ad imaginẽ dei crea=
uit illum: masculũ ⁊ feminã crea
uit eos. Benedixitqꝫ illis deus: et
ait. Crescite et multiplicamini et
replete terrã et subicite eam ⁊ do=
minamini piscib9 maris et volati
libus celi: et vniuersis animãtib9
que mouent sup terram. Dixitqꝫ
eis deus. Ecce dedi vobis oẽm her
bam afferentẽ semen sup terrã: ⁊
vniuersa ligna que habent in se=
metipsis semẽtem generis sui/ vt
sint vobis in escã: ⁊ cũctis animã=
tib9 terre: omniqꝫ volucri celi ⁊ vni
uersis que mouent in terra: et in
quibus est aïa viuens vt habeant
ad vescẽdũ. Et factum est ita. Vi=
ditqꝫ deus cuncta que fecerat: et
erant valde bona. Et factum est
vespere et mane dies sextus. Igi=
tur pfecti sunt celi et terra: et oïs
ornatus eorũ. Compleuitqꝫ deus
die septimo opus suum quod fece
rat: et requeuit die septimo ab vni=
uerso opere quod patrarat.

Oratio sine Dominus vobiscum

Deus qui mirabiliter crea=
sti hoïem et mirabilius re
demisti: da nobis quesum9 cõtra
oblectamenta peccati mentis ra=
tione persistere: vt mereamur ad
gaudia eterna peruenire. Per do
minum nostrum iesum christum
filium tuum. Qui tecũ. Sine ti=
tulo. Lectio libri Exodi. xiiij.

Factum est in vigilia matutina: et ecce respiciēs dominus super castra egyptioꝝ per columnā ignis et nubis: īterfecit exercitū eorum ⁊ subuertit rotas curruū ferebāturq̄ in profundū. Dixerūt ergo egyptij. Fugiam⁹ israelē: dn̄s enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dn̄s ad moysen Extēde manū tuam super mare: vt reuertātur aque ad egyptios: super currus et equites eoꝝ. Cūq̄ extendisset moyses manum cōtra mare: reuersum est primo diluculo ad priorē locum. Fugientibusq̄ egyptijs occurrerunt aque et inuoluit eos dn̄s in medijs fluctib⁹. Reuerseq̄ sunt aque: ⁊ operuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis qui sequentes igressi fuerāt mare: nec vnus quidē superfuit ex eis. Filij autē israel ambulauerūt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris Liberauitq̄ domin⁹ israel in die illo de manu egyptiorum: ⁊ viderūt egyptios mortuos super litt⁹ maris: et manum magnā quam exercuerat dn̄s cōtra eos. Metuitq̄ populus dominū: et crediderunt dn̄o et moysi seruo ei⁹. Tūc cecinit moyses ⁊ filij israel carmē hoc domino: ⁊ dixerunt. Tract⁹.

Cantem⁹ dn̄o gloriose enī honorificat⁹ est equū et ascēsorē proiecit in mare: adiutor et protector fact⁹ est michi in salutē. V⁹. Hic est deus meus et honorificabo eū. deus patris mei et exaltabo eum. V. Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Non dicitur Dominus vobiscū. sed Oremus.

Deus cuius antiqua miracula: etiam nostris seculis choruscare sentimus. presta quesumus. vt sicut priorē populū ab egyptijs liberasti. ⁊ id in salutem gentiū per aquam regeneratiōis operaris: ita quoq̄ et in abrahe filios ⁊ in israeliticam dignitatem totius mundi trāseat plenitudo. Per dn̄m nostrum. Sine titulo.

Lectio ysaie prophete. iiij.

In diebus illis. Apprehendent septē mulieres virum vnū: in die illa dicentes. Panem nostrū comedemus: et vestimentis nostris operiemur: tantūmodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen dn̄i in magnificentia et gloria: et fruct⁹ terre sublimis ⁊ exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in syon: et residuus in hierusalem sanct⁹ vocabitur / om̄is qui scriptus fuerit in vita in hierusalē. Si abluerit dn̄s sordes filiarum syon: et sanguinē hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij ⁊ spiritu ardoris. Et creauit dn̄s super omnem locum montis syō: et vbi inuocatus est nubem per diem et fumum et splēdorē ignis flāmantis in nocte. Super omnē enim gloriam ꝓtectio et tabernaculū erit in vmbraculum diei ab estu: et in securitate et in absconsione: a turbine et a pluuia. Tractus.

Uinea facta est dilecto in cornu in loco vberi. V. Et maceriā circundedi ⁊ circūfodi ⁊ plātaui vineā soreth et edificaui turrim in medio eius. V⁹. Et

torcular fodi in ea: vinea eni domini sab-
baoth dom⁹ israel est. Non dicit Do
minus vobiscum. sed Oremus.

Deus qui nos ad celebran-
dum paschale sacramētū
vtriusq testamēti paginis instru
is: da nobis intelligere misericor
diam tuam/ vt ex perceptione pre
sentiū munerū firma sit expecta-
tio futurorum. Per. Sine titulo.

Lectio libri deuteronomii. xxxi.

In die b⁹ illis. Scripsit moy
ses canticū: et docuit filios
israel. Precepitq dominus iosue
filio num. et ait. Cōfortare ⁊ esto
robustus: tu enim introduces fi-
lios israel in terrā quam pollici-
tus sum: et ego ero tecum. Postq̄
ergo scripsit moyses verba legis
huius in volumine atq cōpleuit:
precepit leuitis qui portabant ar
cham federis dñi dicens. Tollite
librum istū: ⁊ ponite illū in latere
arche federis dñi dei vestri: vt sit
ibi cōtra te in testimonium. Ego
enim scio contētionē tuam: ⁊ cer-
uicem tuam durissimā. Adhuc vi
uente me ⁊ ingrediēte vobiscum:
semper cōtentiose egistis contra
dñm. Quātomagis cū mortuus
fuero? Cōgregate ad me omnes
maiores natu per tribus vestras
atq doctores et loquar audienti-
bus eis sermones istos: et inuoca
bo contra eos celum et terrā. No
ui enim q̄ post mortē meā inique
agetis: et declinabitis cito de via
quam ostendi vobis: et occurrent
vobis mala in extremo tempore/
quādo feceritis malū in cōspectu
dñi: ⁊ irritetis eum per opera ma
nuum vestrar. Locutus est ergo
Mo.

moyses audiente vniuerso cetu fi
liorū israel verba carminis hui⁹:
et ad finē vsq cōpleuit. Tractus.

Attende celū et loquar et audi-
at terra vba ex ore meo. V. Ex-
pectetur sicut pluuia eloquiū meū: et de-
scendant sicut ros verba mea sicut imber
super gramina. V. Et sicut nix super fe-
num: quia nomen domini inuocabo. V.
Date magnificentiam deo nostro deus
verax opera eius: et omnes vie eius iudi
cia. V. Deus fidelis in quo non est iniq-
tas iustus et sanctus dñs. Nō dicitur
Dominus vobiscum. sed Orem⁹.

Deus qui ecclesiā tuā sem-
per vocatiōe gentiū multi
plicas: cōcede propicius. vt quos
aqua baptismatis abluis/ conti-
nua protectione tuearis. Per do-
minū nostrū iesum. Tractus.


Sicut ceruus desiderat ad fōtes
aquarum. ita desiderat aīa mea
ad te de⁹. V. Sitiuit anima mea ad deū
viuum: quando veniam et apparebo an-
te faciem dei mei. V. Fuerūt mihi lachri
me mee panes die ac nocte dū dicitur mi-
chi per singulos dies vbi est deus tuus.

Oratio sine Dominus vobiscum


Concede q̄s oīpotens deus:
vt qui festa paschalia agi-
mus. celestibus desiderijs accensi
fontē vite sitiam⁹: dñm nostrū ie-
sum xp̄m filiū tuum. Qui tecum
viuit et regnat deus. Per oīa se
cula seculorum. Amen.

His dictis sacerdos in alba ⁊ sto
la incipit primā letaniā que sequi
tur et finiatur ante altare.


Kyri eleyson. Christe eley



son. Christe audi nos. Pater



de celis deus: miserere nobis.
Fili redemptor mundi de⁹. Miserere nobis.
Spiritus sancte deus. Miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus. Miserere nobis.
Sancta maria or
Sancta dei genitrix or
Sancta virgo virginū or
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnēs sancti angeli et archangeli Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorū spirituū ordines. Orate pro nobis.
Sancte iohānes baptista or
Omēs sci patriarche & pphete. orate
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte iohannes or
Sancte thoma or
Omēs scti apli & euāgeliste. orate.
Omēs scti discipuli dñi. Orate.
Omēs sancti innocentes. Orate.
Sancte stephane or
Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte sixte or
Sancte corneli or
Sancte cypriane or
Omēs sancti martyres orate
Sancte silvester or
Sancte leo or
Sancte gregori or
Sancte mamerte or
Sancte martine or
Omēs sancti confessores orate
Sancta maria magdalena or
Sancta maria egyptiaca or
Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta agatha or
Omēs sancte virgines Orate.
Omēs sancti dei Orate.



Kyrieleyson. Vt supra usque ad fontes.
Sancte iacobe or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte symon or
Sancte iuda or
Omēs scti apli et euāgeliste orate
Omnes sancti discipuli domini Orate pro nobis.
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sctē dyonisi cū socijs tuis or
Sctē maurici cū socijs tuis. or
Sctē eustachi cū socijs tuis or
Omēs scti martyres dei orate
Sancte nicolae or
Sancte euurci or
Sancte aniane or
Sancte sanson or
Sancte verāne or
Omēs scti cōfessores orate
Sancta lucia or
Sancta agnes or
Sancta cecilia or

Sancta anastasia or.
Oēs sancte virgines orat.
Oēs sancti dei. Orate pro nobis

Hic bn̄dicant fontes a sacerdote dicēdo Dn̄s vobiscū. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: adesto magne pietatis tue misterijs. adesto sacramentis: et ad creandos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit spiritū adoptionis emitte. vt qd̄ nostre humilitatis gerendū est mysterio tue virtutis ipleat effectu. Per dn̄m nostrū iesum christū filium tuū: qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Per omnia secula seculorum. Amē. Domin9 vobiscū. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habem9 ad dominū. Gratias agamus domino deo nostro. Dignū et iustum est.

Uere dignū et iustum est: equū et salutare. Nos tibi semper et vbiqȝ gratias agere. Domine sancte / pater omnipotens eterne deus. Qui inuisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum / et licet nos tantis mysterijs exequendis simus indigni: tu tamē gratie tue dona nō deserēs / etiā

ad nostras preces aures tue pie-
tatis inclina. Deus cuius spiri
tus super aquas inter ipsa mun
di primordia ferebatur: ut iam
tunc virtutem sanctificationis
aquarum natura conciperet.
Deus qui nocentis mūdi crimi-
na per aquas abluens regenera
tionis speciē in ipsa diluuij effu-
sione signasti: ut unius eiusdēq
elementi mysterio: et finis esset
vitijs et origo virtutibus. Respi
ce domine in faciem ecclesie tue
et multiplica in ea regeneratio-
nes tuas qui gratie tue affluen-
tis impetu letificat ciuitatē tu-
am fontemq baptismatis ape-
ris toto orbe terrarum gētibus
innouandis: ut tue maiestatis
iperio sumat unigeniti tui gra

tiã de spiritu sãcto. Hic tãgat aquã cum manu in modũ cruci

Qui hãc aquã regenerãdis hoi-bus p̃paratã archana sui lumi-nis admixtiõe fecundet: vt san-ctificatione cõcepta ab immacu lato diuini fontis vtero: in nouã renata creaturam progenies ce lestis emergat. Et quos aut se-xus in corpore aut etas discernit in tempore: omnes in vnam pa-riat gratia mater infantiam.

Procul ergo hinc iubente te dñe omnis spiritus immũdus absce dat/procul tota nequicia diabo-lice fraudis absistat. Nichil hic loci habeat contrarie virtutis admixtio: non insidiando circũ-uolet/non latendo subripiat: nõ insidiando corrumpat. Sit hec sancta et innocẽs creatura libe-

ra ab omni impugnatoris icur-
su: et totius nequitie purgata di
scessu. *Hic faciat signũ cru cis sup aquã dicẽs.* Sit fons ✠
viuus: aqua ✠ regenerans: vn
da ✠ purificans. Ut omnes hoc
lauachro salutifero diluẽdi ope-
rante in eis spiritu sancto perfe-
cte purgatiõis indulgẽtiã conse
quant. Unde benedico te creatu-
ra aque: per deũ ✠ viuũ: per deũ
✠ verũ: per deũ ✠ sanctum. Per
deũ qui te in principio verbo se-
parauit ab arida: cuius spiritus
sup te ferebatur: qui te de para-
diso manare fecit: & in quattuor
fluminibus totã terram rigare
precepit. *Hic diuidat aqua i quattuor ptes in modũ crucis.* Qui te in
deserto amarã suauitate indita
fecit esse potabilẽ et sitiẽti popu-
lo de terra produxit. Unde be

nedico te ✠ per iesum christū filium eius vnicū dominū nostrū Qui te in chana galilee signo admirabili sua potētia cōuertit in vinū. Qui pedibus sup te ambulauit et a iohāne in iordane in te baptizatus est. Qui te vna cum sanguine de latere suo produxit: et discipulis suis iussit: vt credētes baptizarētur in te dicēs. Ite docete omnes gētes baptizātes eos/in nomine patris & filij et spiritus sancti. Amen.

Hic mutet vocē quasi legendo lectionē: et dicat ter aspirādo aquā in modum crucis. ✠

Hec nobis pcepta obseruantibus tu deus oīpotēs & clemēs adesto. tu benignus aspira.

Hoc dicto ter exaltat sacerdos vocem prout supra dicebat et dicat.

Tu has simplices aquas tuo ore benedicito: vt preter naturalē emūdationē quā lauādis possint adhibere corporib9 sint etiam purificandis mētibus efficaces. Per.

Hic mittatur cereus in aquā ter & dicat in modū vt sequitur. iij.

Descendat in hanc plenitudinē fontis virtus spiritus tui. Descendat in hāc plenitudinem

fontis virtus spirit⁹ tui. Descen dat in hãc plenitudinẽ fontis vir tus spiritus tui. Totãq; huius aque substantiã hominibus re= generandis p̄eparatã archano sui luminis fecũdet effectu. Hic omniũ peccatoꝝ macule deleã= tur: hic natura ad ymaginẽ tuã cõdita et ad honorẽ sui refoꝛma= ta principij cunctis vetustatis squaloribus emundet. Ut om̃is homo hoc sacramentũ regene= rationis ingressus in vere inno= centie nouã infantiã renascat. Per dominũ nostrum iesum chꝛi stũ filium tuum: qui tecũ viuit et regnat in vnitate eiusdẽ spirit⁹ sancti deus. Per om̃ia secula se= culorum. Amen.

¶ Hic deguttetur cereus in aqua in modum crucis dicẽs. Sancti= ficetur et fecundetur fons iste. In noĩe patris et filij: et spirit⁹ sancti

Amen. ¶ Hic ifundat oleu in aqua in modum crucis dicens. ¶ Cõiunctio olei vnctionis et aque baptismatis fiat. In nomine patris. etc. ¶ Post infundat crisma in modum crucis dicens. ¶ Coniunctio crismatis sanctificationis/et olei vnctionis: et aque baptismatis fiat. In noie patris. etc. Fõtibus bñdictis incipitur letania q̃ste sequitur.

vt̃s vs maius altare

Kyri eleyson.
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte marce or
Sancte luca or
Oẽs scti apl̃i et euãgeliste orat
Omnes sancti discipuli domini Orate pro nobis.
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte crispine or
Sancte crispiniane or
Oẽs sancti martyres. orat
Sancte germane or
Sancte benedicte or
Sancte maximine or
Sancte liepharde or
Sancte auite or
Oẽs sancti cõfessores. Orate.
Sancta margarita or
Sancta columba or
Sancta brigida or
Sancta genouefa or
Oẽs sancte virgines orat
Omnes sancti Orate.

Propicius esto parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos dñe.
A dãnatione perpetua. Libera.
A peste et clade. Libera nos dñe
A periculo mortis. Libera.
A fulgure et tẽpestate. Libera.
A morte subitanea. Libera.
Ab insidijs dyaboli. Libera.
Ab ira et odio et omni mala voluntate. Libera nos domine.
Per aduẽtũ tuum. Libera nos.
Per natiuitatẽ tuam. Libera.
Per circũcisionẽ tuam. Libera.
Per baptismũ tuũ. Libera nos.
Per ieiuniũ tuum. Libera nos.
Per passionẽ et crucẽ tuam. Li.
Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam. Libera nos domine.
Per aduentum sancti spirit⁹ paraclyti. Libera nos domine.
In die iudicij. Libera nos dñe.

Peccatores te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones. Te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam regere et defensare digneris. Te rogamus.
Ut domnũ apostolicum et ecclesiasticũ ordinẽ in sancta religiõe cõseruare digneris. Te rogam⁹.
Ut pontificẽ nostrũ et cunctũ cle

rum sibi cōmissum in sancta reli=
gione conseruare digneris. Te r.
Ut ecclesiam istam et cunctū po
pulum catholicum in sancta reli=
gione cōseruare digneris. Te ro.
Ut habitantibus in ea pacem et
verā ɔcordiā donare digneris. Te r.
Ut obsequiū seruitutis nostre ra
tionabile facias. Te rogamus.
Ut regibus et principib⁹ nostris
pacem et veram cōcordiam atq̄ vi
ctoriā donare digneris. Te roga.
Ut fructus terre dare et conser=
uare digneris. Te rogamus.
Ut veniam et indulgentiam no
bis dones. Te rogamus audi.
Ut spacium vere penitentie no=
bis dones. Te rogamus audi.
Ut sanitatem mentis et corporis
nobis dones. Te rogamus audi.
Ut cunctis fidelibus defunctis
requiem eternam donare digne=
ris. Te rogamus audi nos.
Fili dei ter. Te rogam⁹ audi.

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi exaudi nos domine.

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi: miserere nobis.

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi: dona nobis pacem.
Qua finita incipit solēniter Ky
ri eleyson. iij. Christe eleyson. iij.
Kyri eleyson. iij. et pulsant cam=
pane. Post incipit sacerdos Glo
ria in excelsis deo. Oratio.
Deus qui hāc sacratissimā
noctem gloria dñice resur
rectionis illustras: conserua in no=
ua familie tue progenie adoptio=
nis spiritum quē dedisti: vt men=
te et corpore pariter renouati: pu=
ram tibi exhibeāt seruitutē. Per
eundem. in vnitate eiusdem.
Ad Collocenses. iij.
Fratres. Si consurrexistis
cū christo: que sursum sūt
querite vbi christus est in dextera
dei sedens. Que sursum sunt sapi
te: non que sup terrā. Mortui eni
estis: et vita vestra abscondita est
cum christo in deo. Cū eni christ⁹
apparuerit vita vestra: tunc et vos
apparebitis cum christo in gloria
℟. Alla. ℣. Cōfitemini dño qm̄ bon⁹
quoniā in seculū mia eius. Tractus.
Laudate dominum omnes gen=
tes et collaudate eum omnes po
puli. ℣. Quoniam confirmata est super
nos misericordia eius: et veritas domini
manet in eternum.
Secundum Matheum. xxviij.



Vespe autem sabbati que lucescit i prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū. Et ecce terremot⁹ factus est magn⁹. Angelus eni dñi descēdit de celo. Et accedēs reuoluit lapidē: et sedebat sup eū. Erat autē aspectus eius sicut fulgur: ꝛ vestimēta ei⁹ sicut nix. Pre timore autē ei⁹ exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respōdens autē angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio eni: ꝙ iesum qui crucifixus est queritis. Nō est hic. Surrexit eni sicut dixit vobis. Venite et videte locū: vbi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius: quia surrexit. Et ecce precedet vos in galileam. Ibi eū videbitis: sicut predixit vobis. Non dr Credo. sed stati Dominus vobiscum: et Oremus sine offertorio Sanctus dicitur. Agnus dei non dicitur. sed osculum pacis datur. Secreta.

Suscipe quesumus dñe preces populi tui cū oblationibus hostiarū/ vt paschalibus initiati mysterijs: ad eternitatis nobis medelā te operāte proficiant. Per dñm. Prefatio. Te quidem oi tēpore: sed in hac potissimū nocte. et Cōmunicātes et noctem sacratissimā. ꝛ Hanc igit oblationē dicunt. Facta cōmunione statim incipit añ. Alla. ps. Laudate dominū omnes gētes. Ad mag. añ.

Vespere autē sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalena: et altera maria videre sepulchrum alla. ps. Magnificat. Et dicit hec aña. sine iubilo. qua dicta dicat sacerd

Spiritū nobis Postcōio. domine tue caritatis ifunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate cōcordes. Per dñm nostrū iesū christum. eiusdē. Et dicitur Ite missa est. cum Alleluya.

¶ Incipit ordo misse sacerdos se induit primo rocheto dicēs.

Actiōes nostras quesum⁹ dñe aspirando preueni: et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio et oratio a te semper incipiat et per te cepta finiat. Per dñm. Postea lauat man⁹ suas dicens Amplius laua me domine ab iniquitate mea ꝛ a peccato meo munda me. Postea discooperto altari et preparato administret panē sup patenā et vinū et aquā in calice dicens # De latere domini nostri iesu christi pendentis in cruce exiuit sanguis nostre redemptiōis ꝛ aqua baptismatis in remissionē peccatorū ≠ Commixtio vini et aq̄ pariter fiat. In nomine patris et filij et spiritussancti. Amen. Postea inclinet se ante altare ꝛ induat se amictu dicens

Pone dñe galeā salutis i capite meo ad expugnandas et superandas omnes diabolicas fraudes. Per. ¶ Ad albam.

Indue me dñe vestimento salutis et indumēto leticie ꝛ tunica iusticie circūda me semper. Per dominum nostrū. ¶ Ad cingulum.

Benedicite R⁹ Dominus.

≠ Infundendo aquam dr. Commixtio &c.

Precinge dñe cingulo fidei et caritatis lumbos corporis mei ⁊ exiccando extingue humorem libidinis: vt iugiter maneat i eis tenor toti⁹ castitatis. P. Ad manipulũ.

Precor domine merear deportare manipulũ mẽte fideli: vt cũ iustis et sanctis portionẽ accipiam: et requiẽ sempitnã. P. Ad stolã.

Indue me dñe stola glorie: iocũditatẽ ⁊ exultationẽ thezaurisa super me. Per. Ad casulam.

Iugum ~~enim~~ tuũ domine suaue est et onus tuũ leue idcirco presta: vt sic illud deportare valeam quatinus consequi possim tuam gratiam. Per. Postea dicat Introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutem meam. cum psalmo. ps.

IUdica me deus et discerne causam meã de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti et quare tristis incedo dum affligit me inimicus. Emitte lucẽ tuam ⁊ veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt et adduxerunt in montẽ sanctum tuũ: et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ qui letificat iuuentutẽ meam. Cõfitebor tibi in cythara deus deus meus/quare tristis es anima mea: ⁊ quare cõturbas me? Spera i deo quoniã adhuc cõfitebor illi: salutare vult⁹ mei et deus me⁹. Gloria patri. Sicut erat. His dictis accipiat casulã cũ duabus manibus et veniat ante mediũ altaris ⁊ induẽdo se casula dicat Añ. Et introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutẽ meã. Kyri eleysõ. Christe eleysõ. Kyri eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Cõfitemini dño quoniã bon⁹. Quoniam in seculũ misericordia eius. Et ego reus et indignus sacerdos. Cõfiteor deo oĩpotẽti ⁊c. R. Amen. Misereatur tui. ⁊c. Confiteor deo Postea dicat sacerdos. Amen fratres ⁊ sorores. per gratiam et cõsolationẽ sancti spirit⁹. per mysteriũ et signũ sancte crucis. per intercessionẽ beate et gloriose semper virginis marie ⁊ per merita apostolorum petri et pauli et oĩm sanctorum et sanctarũ dei. Misereatur vestri. ⁊c. Indulgentiã et remissionẽ oĩm peccatorum vestrorũ spaciũ vere penitẽtie ⁊ emẽdationẽ vite gratiã et cõsolationẽ sancti spũs tribuat vobis oĩps pater pius et misericors dñs. Amen. Adiutoriũ nostrũ in noĩe domini. Qui fecit celum et terrã. Sit nomen dñi benedictũ. Ex hoc nũc et vsque in seculũ. Ora pro nobis sãcta dei genitrix. Ut digni efficiamur promissionib⁹ christi. Dñe exaudi orationẽ meã. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Postea accedat ad altare iclinãdo ⁊ dicẽdo Oremus

AUfer a nobis dñe qs cunctas iniqtates nostras vt ad sancta sanctorum mereamur puris mẽtibus introire. Per christũ dñm nostrum. Alia oratio.

COnsciẽtias nostras qs dñe visitando purifica: vt veniens iesus christus filius tuus dñs noster: cũ oĩbus sanctis paratam sibi in nobis inueniat mãsionem Qui tecũ. Tunc osculetur altare

† Iugum tuum domine suaue est Prs.

† btorum

et aperiat librū et ad locū vbi imago diuine maiestatis est respiciēs dicat cum deuotione. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per crucem sanctā tuā redemisti mundum. Qui passus es pro nobis: dñe miserere nobis. Hec dicēs osculetur pedes dñi seu diuine maiestatis. Et postea dicat. Adiutorium nostrum in noie dñi. Qui fecit celū et terrā. Sit nomen dñi benedictum. Ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Post icipiat missam sicut est. Benedictio incensi sacer. dicat Benedicite. Clericus. Dñs. Sacerdos Ab illo sanctificetur i cuius honore cremabitur. In noie patris et filij ⁊ spiritus sancti. Amē. Benedictio ad legendū euāgeliū. Dyaconus dicat Jube dōne bñdicere. Sacer. Dñs sit in corde tuo ⁊ i labijs tuis: ad pronunciādū sanctū euāgelium dei. In noie patris et filij et spiritus sancti. Amē. Dicto offertorio sacerdos iūctis manibus dicat. Quid retribuā dño pro oibus que retribuit michi. Calicem salutaris accipiā et nomen dñi inuocabo. Tunc eleuat calicē duabus manibus cū patena hostia desup posita: et dicat hanc orationem.

Suscipe sancta trinitas hāc oblationē quam tibi offero in memoriā incarnatiōis / natiuitatis / passionis / resurrectionis / ⁊ ascensionis dñi nostri iesu christi necnō et aduētus spiritussancti. ⁊ in honore beate ⁊ gloriose sempꝫ vginis marie genitricis dei ⁊ oim sanctorū et sanctarū qui tibi placuerūt ab initio mundi / et eorum quorū hodie festa celebrantur ⁊ quorum noia et reliquie hic habetur: vt illis proficiat ad honorē / nobis autē ad salutē: et vt illi pro nobis intercedere dignentur in celis: quorum memoriā agimus in terris: et pro salute viuorū ⁊ salute defunctorū: vt habeant vitā et requiem sempiternā. Per eundē christum dñm nostrū. Tunc reponat calicem: et accipiat patenam ⁊ ponat hostiā ante pedes calicis: et cooperiat eum corporalibus. Postea iunctis manibus dicat. Veni ieffabilis sanctificator: et sanctifica hoc sacrificium in tuo nomine preparatum. In nomine patris et filij: ✠ et spiritus sancti. Amen. Deinde facta oblatiōe populi: lauando manus dicat.

Lauabo iter innocētes manus meas: et circūdabo altare tuū dñe. Vt audiā vocē laudis tue: ⁊ enarrē vniuersa mirabilia tua. Dñe dilexi decorem domus tue: ⁊ locū habitationis glorie tue. Ne perdas cū impijs deus aiam meā: ⁊ cum viris sanguinū vitā meā. In quorū manibus iniquitates sunt: dextera eorū repleta est muneribus. Ego autē in innocentia mea ingressus sum: redime me dñe ⁊ miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te dñe. Postea iunctis manibus ante mediū altaris iclinato capite dicat hāc orationem.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te dñe: vt sic fiat sacrificium nostrum et a te suscipiatur hodie ⁊ placeat tibi dñe deus. Postea eleuans se osculetur altare in dextera parte et vertēdo se ad populum dicat.

Ex psal. 25° Judica me dne qm ego in Innocentia &c.

Oscul. Altar.

Orate pro me fratres et sorores ad dñm et ego pro vobis vt meũ pariter et vestrũ in cõspectu dñi sit acceptũ sacrificiũ. Responsio populi. Spiritus sanct⁹ superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Secreta

Postea dicat sacerd. Secretas.

¶ In die nati. dñi in gallicantu.



Gloria in excelsis deo.

¶ In vigilia pasche et pẽthecostes




Glori a in excelsis deo.

¶ In festis duplicibus.



Glori a in excelsis deo.


In festis annualibus.



Gloria in excelsis de o.

Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoram⁹ te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi: ppter magnam gloriã tuam. Dñe deus rex celestis de⁹ pater oĩpotẽs. Domine fili vnigenite iesu christe. Domine de⁹ agnus dei: fili⁹ patris. Qui tollis peccata mũdi: miserere nobis Qui tollis peccata mundi: suscipe depcationẽ nostrã. Qui sedes ad dexteram patris: miserere nobis. Quoniam tu solus sanct⁹. Tu solus dñs. Tu solus altissimus iesu christe. Cũ sancto spiritu. In gloria dei patris. Amen.

¶ De beata maria virgine. Colecta



Gloria in excelsis deo.

Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoram⁹ te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi: propter magnam gloriam tuam. Dñe deus rex celestis deus pater omĩpotens. Domine fili vnigenite iesu xpe. Spiritus et alme orphanorũ paraclyte. Dñe deus agnus dei, fili⁹ patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationẽ nostram. Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexterã patris: miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariã sanctificãs. Tu solus dñs. Mariam gubernans. Tu solus altissim⁹ Mariã coronans. Iesu christe. Cũ sancto spiritu: in gloria dei patris. Amen. Symbolũ apłoꝝ.



Credo in vnum deum. Patrẽ oĩpotentẽ. Factorẽ celi et terre. Visibiliũ oĩm et inuisibiliũ Et in vnũ dñm iesum christum: filiũ dei vnigenitũ. Et ex patre natum ante omnia secula. Deũ de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitũ non factum cõsubstãtialẽ patri: per quẽ


omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sctõ ex maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio pylato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die scdm scripturas. Et ascẽdit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum ṽẽturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni nõ erit finis. Et in spiritum sanctũ dominũ et viuificantem. Qui ex pr̃e filioqꝫ ꝓcedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam: et apostolicam ecclesiam. Cõfiteor vnum baptisma in remissionem peccatorũ. Et expecto resurrectionem mortuorꝫ. Et vitã ṽẽturi seculi. Amẽ

Offer.

Sequunt̃ Prefationes. Et primo. In natiuitate domini.

In nati. do.

Eterne deus. Quia per incarnati verbi mysterium: noua mentis nostre oculis lux tue claritatis infulsit. Ut dum visibiliter deum cognoscimus: per hũc inuisibilium amore rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis ꝛ dominationibus. Cunqꝫ omni militia celestis exercitus hymnum glorie




tu e canimus sine fine dicentes Sanctus. Sanctus. Sanct⁹.
Cõmunicantes. vt infra canonẽ: et sic de alijs.
In epyphania domini pfatio.




Eterne deus. Quia cũ vni




genitus tuus in subst̃ãtia nostre




mortalitatis apparuit in noua




nos immortalitatis sue luce re=




parauit. Et ideo cũ angelis




et archãgelis cum thronis et do



minationibus. Cunqꝫ omni mi



litia celestis exercitus hymnum



glorie tu e canim⁹: sine fine di=



centes. Communicãtes. vt infra. In capite ieiuniorum et xl. Prefatio.




Eterne deus. Qui corpora



li ieiunio vicia cõprimis: mentẽ




eleuas/ virtutem largiris et pre



mia. Per christum dominũ no=



strum. Per quem maiestatem



tuam laudant angeli adorãt do



minationes tremũt potestates.



Celi celorumqꝫ virtutes ac bea=

ta seraphin: socia exultatiōe con

celebrant. Cū quibus et nostras

voces vt admitti iubeas depreca

mur supplici cōfessiōe dicentes.

¶ In die sancto pasche. Prefatio.

Equum et saluta

re. Te quidē omni tēpore sed in

hac potissimū die gloriosius pre

dicare: cum pascha nostrū imo-

latus est christus. Ipse enim ve-

rus est agnus qui abstulit pecca

ta mūdi. Qui mortē nostrā mo-

riendo destruxit: et vitā resurgē

do reparauit. Et ideo cum an-

gelis et archāgelis cum thronis

et dominatiōibus. Cumque omni

militia celestis exercit⁹: hymnū

glorie tu e canim⁹ sine fine di-

centes. Communicātes. vt infra. ¶ In ascensiōe domini. Prefatio.

Eterne deus per christū do

minū nostrū. Qui post resurre-

ctionē suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit: et ipsis cernētibus est eleuat⁹ in celū/ vt nos diuinitatis sue tribueret esse participes. Et ideo cum angelis et archangelis cū thronis et dominationibus. Cumqꝫ omni militia celestis exercitus hymnū glorie tu e canimus sine fine dicentes. Sctūs. Sctūs. ꝛc.

Communicantes. vt infra. In vigilia pentheco. dicitur prefatio sequēs: sed nō dicit Hodierna die.

In die pentheco. Prefatio.

Eterne deus: per christum dominū nostrū. Qui ascendēs super omnes celos sedēsqꝫ ad dexteram tuā promissum spiritū sanctū hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs tot⁹ in orbe terrarum mundus exultat. Sed et superne virtutes atqꝫ angelice

potestates hymnū glorie tue cō cinunt sine fi ne dicentes. Sanctus. Sanctus. Sanct⁹ dn̄s deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gl̄ia tua osāna i excelsis Cōicātes. vt īfra. ¶ De trinitate

Prefatio.

Eterne deus. Qui cum vnigenito filio tuo ⁊ spiritu sancto vnus es deus: vnus es domin⁹ Nō in vnius singularitate persone: sed in vnius trinitate substātie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus hoc de filio tuo: hoc de spiritu sācto: sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiterneq̄ deitatis: et in personis proprietas/et in essentia vnitas ⁊ in maiestate adoretur equalitas. Quē laudant angeli atq̄ archangeli cherubin quoq̄ et seraphin qui nō cessant clamare quotidie iugiter vna voce dicētes. Sctūs.

De cruce.

Eterne deus. Qui salutē humani generis in ligno crucis constituisti. Ut unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat: in ligno quoqꝫ vinceret per christum dominū nostrū. Per quē maiestatem tuā laudāt angeli adorant dominationes tremūt potestates. Celi celorūqꝫ virtutes ac beata seraphin socia exultatione cō celebrant. Cū quibus ꝛ nostras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici cōfessione dicētes.

De apl̄is.


Equū et salutare. Te domine suppliciter exorare: ut gregē tuum pastor eterne non deseras sed per beatos apostolos tuos cōtinua protectione custodias. Ut hisdē rectoribus gubernet: quos



operis tui vicarios eidem contu




listi preesse pastores. Et ideo cũ




angelis et archangelis cũ thro-



nis et dominatiõibus. Cũq3 omni




militia celestis exercitus hym-




nũ glorie tu e canimus: sine fi-



ne dicentes. Sctũs. &c. In solẽnitatibus beate marie



Eterne deus. Et te in bene-



ratione beate marie semp virgi


nis exultãtib9 animis laudare:




benedicere et predicare. Que et




vnigenitũ tuũ sancti spirit9 ob-



umbratione cõcepit et virgini-




tatis gloria permanẽte huic mũ




do lumẽ eternũ effudit iesũ chri-



stum dominũ nostrũ. Per quẽ




maiestatẽ tuã laudãt angeli ado



rant dñationes tremunt potesta-



tes. Celi celorũq3 vtutes ac bea-



ta seraphin socia exultatiõe. &c.

Per omnia secula seculorū. Amen. Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominū. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equū et salutare. Nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere. Domine sancte pater oīpotēs eterne deꝰ. Per christum dominū nostrum. Per quem maiestatē tuam laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates. Celi celorumqꝫ virtutes ac beata seraphin so cia exultatione concelebrant. Cū q̄bus et nr̄as voces vt admitti iubeas deprecamur: supplici cōfessione dicētes. Sctūs. Sctūs. Sctūs dn̄s deꝰ sabaoth Pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua osanna in excelsis. Bn̄dictꝰ qui venit in noīe dn̄i osāna i excelsis.


Prefa. cõis dieb⁹ fer.



Per omnia secula secu-lorũ. Amẽ. Dominus vobiscũ Et cũ spiritu tuo. Sursum cor-da. Habem⁹ ad dominũ. Gra-tias agam⁹ domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum ꝛ iustum est equũ et salutare. Nos tibi semp et vbiq3 gratias agere. Domine sancte pater omnipotẽs eterne deus per christũ dominũ nostrũ Per quem maiestatem tuã lau-dant angeli adorãt dominatio-nes tremunt potestates. Celi ce-lorumq3 virtutes ac beata sera-phin socia exultatiõe cõcelebrãt Cum quibus et nostras voces vt admitti iubeas deprecamur sup-plici confessione dicentes.

Sanctus. Sãctus. Sãct⁹ dñs deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua osan-na in excelsis. Bñdictus qui ve-nit in noĩe dñi osanna in excelsis.


I·N·R·I


S. iehan.
S. mathieu
S. marc
S. luc.

¶ In natiuitate domini ad missam in gallicantu.

Cōmunicātes et noctē sacratissimā celebrantes: qua beate marie intemerata vgīnitas huic mūdo edidit saluatorē. Sed et mēoriā venerātes ipmis eiusdē gliose semper vgīnis marie genitric eiusdem dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorū. ꝛc. vt infra.

¶ Ad alias missas et per octauas.

Communicātes et diē sacratissimū celebrantes: quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorē. Sed et mēoriam venerātes ipmis eiusdem gloriose semper vgīnis marie genitricis eiusdē dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorū apostolorum. et cetera vt in canone.

¶ In epyphania dñi et per octa.

Cōmunicātes et diem sacratissimū celebrātes: quo vnigenit⁹ tu⁹ in tua tecū gloria coetern⁹ in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et mēoriā venerātes. et cetera vt supra.

¶ In cena dñi infra actionem.

Cōmunicātes: et diē sacratissimū celebrantes: quo dñs nr̄ iesus christ⁹ pro nobis est tradit⁹. Sed et mēoriā venerantes. vt infra.

Hanc igit̄ oblationē seruitutis nostre: sed et cūcte familie tue quā tibi offerim⁹: ob diem in qua dñs noster iesus christ⁹ tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebrāda q̄s domine vt placatus accipias: diesq nr̄os. ꝛc.

Qui pridie q̄ꝫ pro nostra oimq salute pateretur: hoc est hodie accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas. et cetera.

¶ In die pasche et per octauas.

Cōmunicantes et diē sacratissimū celebrātes resurrectionis dñi nr̄i iesu christi scd'm carnē. Sed et mēoriā venerantes. vt s̄. cū Sed et beatorū apostolorū. vt infra.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus pro his quoq quos regenerare dignat⁹ es ex aqua et spiritu sancto: tribuens eis remissionē omnium peccatorum: quesum⁹ domine vt placatus accipias: diesq. et cetera.

¶ In ascensione domini.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes: quo dominus noster iesus christus vnigenitus filius tuus vnitam sibi fragilitatis nostre substantiam in glorie tue dextera collocauit. Sed et memoriā venerātes. vt s̄.

¶ In vigilia pēthecostes loco de celebrantes dicitur preuenientes et cetera vt infra.

¶ In die pētheco. et per octauas.

Communicantes et diem sacratissimum penthecostes celebrantes: quo spiritussanctus apostolis in igneis linguis apparuit. Sed et memoriā. ꝛc. vt s̄. Infra.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: et cuncte familie tue quam tibi offerim⁹: pro his quoq quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritusancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum: quesumus domine vt placatus accipias diesq nostros. ꝛ cetera vt in canone.

¶ Sequitur Canon.

¶ Iunctis manibus inclinet se ante altare dicens.



E igitur clemētissime pater per iesuʒ christum filium tuum dominum nostrū supplices rogam⁹ ac petim⁹: vti accepta habeas.

Oscul.

Eleuet sacerdos se: et osculetur altare in dextera parte dicens. ✝

Et benedicas, hec ✠ dona, hec ✠ munera, hec ✠ sancta sacrificia illibata.

Eleuatis manib⁹ ⁊ expāsis dicat.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sācta catholica: quā pacificare: custodire: adunare ⁊ regere digneris toto orbe terrarum: vna cum famulo tuo papa nostro N. ⁊ ātistite nostro N. et rege nostro N. et oībus orthodoxis: atq₃ catholice: et apostolice fidei cultoribus

¶ Hic reminiscatur viuorum iunctis manibus dicens.

Memēto dn̄e famulorū famularū q₃ tuaruʒ N. ⁊ oīm circūastantiū: atq₃ oīm fideliuʒ christianorū: quoruʒ tibi fides cognita est ⁊ nota deuotio: pro quibus tibi offeri-

mus vel qui tibi of
ferũt hoc sacrificiũ
laudis. pro se suis-
q3 oĩbus pro redem
ptione animarum
suarũ pro spe salu-
tis et icolumitatis
sue, tibiq3 reddunt
vota sua eterno de
o vivo et vero.

Hic parum se inclinet.

Cõmunicantes et
memoriã venerantes
tes In primis glo
riose semperq3 vir
ginis marie geni-
tricis dei et dñi no-
stri iesu xpi. Sed et
beatorũ apostolorũ
ac martyrũ tuorũ.
Petri: et Pauli:
Andree: Iaco-
bi: Iohis Tho
me Iacobi Phi
lippi. Bartholo-
mei Mathei Sy
monis: et Tha-
dei Lini: Cleti:
Clemẽtis: Six-
ti: Cornelij Cy-
priani: Lauren-
tij. et Crisogoni:
Iohãnis Pauli
Cosme: et Da-
miani. Et oĩm san
ctorũ tuorũ quorũ
meritis precibusq3
cõcedas: vt in oĩbus
protectiõis tue mu
niamur auxilio.
Per eundẽ christũ
dominũ nostrũ.

Hic tenet manus sup calicē dicēs.

Hanc igit̄ oblati
onē seruitutis no-
stre sed ⁊ cuncte fa
milie tue quesum⁹
domine: vt placa-
tus accipias diesq̄
nostros ī tua pace
disponas: atq̄ ab
eterna damnatiōe
nos eripi ⁊ ī electo
rum tuoꝛū iubeas
grege numerari.
Per chꝛistum do-
minū nr̄m. ℂ Item sup hostiam.

Quam oblatōez
tu deus oīpotēs
ī oībus quesumus
bene ✠ dictā Ascri
✠ ptā. Ratam ✠
Rationabilē. Ac-
ceptabilemq̄ face-
re digneris. vt no-
bis coꝛ ✠ pus ⁊ sā
✠ guis fiat dilec-
tissimi filij tui do/
mini nr̄i iesu cristi

ℂ Leuat manus parū et iungat. Post tergat eas ad coꝛpale ⁊ acci- piendo panē dicat leuādo oculos.

Qui pꝛidie quā
pateretur: accepit
panē in sanctas ac
venerabiles man⁹
suas/et eleuatis o
culis ī celum ad te
deū patrez suū om
nipotētez/tibi gra
tias agens. Bn̄ ✠
dixit fregit. dedit-
q̄ discipl'is suis di
cēs. Accipite et mā
ducate ex hoc oēs.

Hoc est eni coꝛp⁹
meū. Eleuet hostiam et osten dat populo.

Postea discooperiat calicē ꝛ accipiat duabus manibus dicens.

Simili modo postea quā cenatū est accipiēs et hūc preclarū calicē in sanctas ac venerabiles man⁹ suas. Itē tibi gr̄as agēs. Bñ ✠ dixit deditq; discipulis suis dicēs. Accipite ꝛ bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei noui ꝛ eterni testamēti mysterium fidei qui pro vobis et pro multis effūdetur in remissionē peccatoꝝ.* Hec quotienscū q; feceritis in mei memoriam facietis.

*Hic Adoret Calicem & post ostendat populo Dicens

Reponat calicem in loco suo ꝛ cooperiat corpora le.

Postea extendat brachia in modū crucis dicens.

Unde et memores domine nos serui tui: sed et plebs tua sācta eiusdem christi filij tui dñi dei nostri tam btē passionis necnō et ab inferis resurrectionis sed et in celos gloriose ascēsionis offerim⁹ p̄clare maiestati tue. de tuis donis ac datis. Hostiā ✠ purā Hostiā ✠ sanctam Hostiā ✠ immaculatam Panē ✠ sanctū vite eterne ꝛ ca

licē salutis ✠ perpetue.

Parum inclinet manus dicens.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris ⁊ accepta habere sicuti accepta habere dignatus es: munera pueri tui iusti abel. et sacrificiū patriarche nostri abrahe ⁊ quod tibi obtulit sūmus sacerdos tuus melchisedech, sāctū sacrificiū immaculatam hostiam.

Cancellatis manibus inclinet se totum corpus ante sacrificium dicens.

Supplices te rogamus oīpotēs deus: iube hec pferri per man⁹ sancti angeli tui in sublime altare tuum, in cōspectu diuine maiestatis tue.

Eleuet se et osculetur altare in dextera parte dicens. ✝

Ut quotqt ex hac altaris participatione sacrosanctuz filij tui cor ✠ p⁹ et san ✠ guinē sumpserimus omni benedictione celesti

Hic signet se signo crucis.

Et gratia repleamur, Per christuz dominum nostrū,

Hic reminiscatur defunctorum.

Memento etiam domine famulorū famularumqꝫ tua

Oscul.

rũ qui nos precesse
runt cum signo fi/
dei, & dormiunt in
sõno pacis. N. Ip
sis domine et omi-
bus in christo quie
scẽtibus locum re-
frigerij lucis et pa
cis vt ĩdulgeas de-
precamur. Per eũ
dem christũ domi/
num nostrũ. Amẽ.

¶ Hic percutiat pectus suum se-
mel vel ter dicens.

Nobis quoqꝫ pec
catoribus famulis
tuis de multitudi-
ne miserationũ tu-
aruz sperãtib⁹ par
tem aliquam: et so-
cietatem donare di
gneris. Cum tuis
sanctis Apostolis
& martyrib⁹. Cum
Iohanne: Ste/
phano: Matthia:
Barnaba: Ig-
natio: Alexãdro:
Marcellio: Petro
Felicitate: Per
petua: Agattha
Lucia: Agnete
Cecilia. Ana-
stasia. Et cũ omĩb⁹
sãctis tuis. Intra
quorũ nos cõsorti-
um non estimator
meriti: sed venie q̃-
sum⁹ largitor ad-
mitte Per christuz
dñm nostrũ. Amẽ.
Per quẽ hec oĩa do
mine semper bona

creas Sācti ✠ fi-
cas. Uiui ✠ ficas.
Bene ✠ dicis ⁊ pre
stas nobis.

¶ Hic detegat calicem et accipiat hostiā et faciat signū crucis dicēs.

Per ✠ ipsū. Et cū
✠ ipō Et in ✠ ipso
est tibi deo prī omī
potenti, in vnitate
spūs sācti, omis ✠
honor ✠ et gloria.

¶ Hic deponat hostiam ante pedē calicis. Et calice coop'to corporali et eleuatis manibus dicat.

¶ Diebus ferialibus dicatur alta voce sequens. Per omnia secula.





Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.



Preceptis salutaribus moniti: et diuina institutione formati audemus dicere.



Pater noster qui es in celis
Sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum. Fiat
voluntas tua: sicut in celo et in
terra. Panem nostrum quo-

tidianum da nobis hodie Et

dimitte nobis debita nostra: si=

cut et nos dimittimus debito=

ribus nostris. Et ne nos indu=

cas in tentationem R̃m. Sed

libera nos a malo

¶ In festis annualibus et duplici bus dicitur alta voce sequens

Per omnia.

Per omnia secula seculoꝝ.

Amen. Oremus.

Preceptis salutaribus mo

niti: et diuina institutione for=

mati audemus dicere.

Pater noster qui es in ce=

lis. Sanctificetur nomen tuum

Adueniat regnum tuum. Fi=

at voluntas tua: sicut in celo et

in terra. Panem nostrũ quo=

tidianum da nobis hodie. Et di

mitte nobis debita nostra sicut

et nos dimittimus debito ri=

bus nr̃is. Et ne nos inducas in tē

tationē. Sed libera nos a malo.

¶ Hic accipiat patenā et leuet eam parum manu dicens.

Amē libera nos quesumus dñe ab omnib9 malis preteritis presētibus: et futuris, et intercedente beata et gloriosa semperq3 virgine dei genitrice maria, et beatis apostolis tuis, Petro. Paulo: atq3 Andrea, cū omnibus sanctis.

¶ Hic tangat hostiam patena et tacta hostia ponat patenā ad os et ad oculos et signet se illa dicens.

Da propici9 pacem in diebus nostris vt ope misericordie tue adiuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi.

¶ Hic accipiat hostiā et frangat eam in tres partes dicens.

Per eundē dominum nostrū iesum christū filiū tuum. Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Duas partes hostie teneat in manu sinistra: et tertiam in manu dextera: de qua parte faciat tres cruces prout sequitur. sed primo dicat.

Per omnia secula seculorū. Amen. Pax ✠ domi ✠ ni ✠ sit



AGnus dei qui tollis peccata mu̅di miserere nobis.
AGnus dei qui tollis peccata mu̅di miserere nobis.
AGnus dei qui tollis pctā mundi dona nobis pacez.

Hic ponat in calice illam partē hostie quam tenet in manu sua dextera dicens.

Hec sacro sancta commixtio corporis et sāguinis domini nostri iesu cristi, fiat michi et omnibus sumētibus salus mētis et corporis, et ad vitā capescēdam eternā preparatio salutaris. Amen.

Postea det pacem si celebret pro vivis. Et osculādo eam dicat.

Pax tibi frater et huic sancte ecclesie dei.

Clericus respondet.

Et cum spu̅ tuo pr.

Oratio sancti augustini ad deu̅ patrem.

Domine sācte pater omnipotēs eterne deus: da michi corpus et sanguinem filij tui domini nostri iesu christi ita digne sumere, vt merear per hoc remissionem omnium pctōru̅ meorum accipere. et a tuo sācto spiritu repleri, quia tu es benedi-

ctus in secula secu-
lorum. Amen.

¶ Alia oratio sctī augustini ad fi-
lium quē ante se tenet sacerdos.

Domine iesu chri
ste fili dei viui qui
ex volūtate patris
cooperāte spū san-
cto per mortē tuaz
mūdū viuificasti.
Libera me per hoc
sacrosanctum cor-
pus et sanguinem
tuum a cunctis ini
quitatibus meis ⁊
vniuersis malis ⁊
fac me tuis obedi-
re preceptis Et a te
nūq̄ imperpetuuz
separari ꝑmittas
saluator mundi.
Qui viuis ⁊ regn.

Per oīa secula sec.

¶ ~~Communicet se et~~ sumendo cor-
pus sub specie panis dicat.

Hec perceptio cor
poris ⁊ sanguinis
tui dn̄e iesu christe
quā ego īdign⁹ su-
mere presumo non
michi veniat ad iu
diciū nec ad cōdem
natiōem aīme mee
sed pro tua pietate
prosit michi ad tu-
tamētum mentis ⁊
corporis. Amē. ¶ Alia oro.

Corpus dn̄i no-
stri iesu christi pro
sit michi peccatori
et īdigno in remis-
sionē pctōꝝ et vitā
eternam. Am̄.

¶ Alia oratio ante sumptionem.

Domie non sũ dignꝰ vt itres sub tectū meū, sed tatū dic verbo et sanabitur anima mea.

Item oratio post sumptionem.

Quod ore sūpsimus dn̄e pura mēte capiamus: ⁊ corpus ⁊ sanguis dn̄i nostri iesu christi fiat nobis remediū sempiternū: in vitam eternā. Amē.

Hic inclinet se ante altare cancellatis manibus et dicat.

Agimus tibi gratias oipotens deus pro vniuersis beneficijs tuis: qui viuis ⁊ regnas deus. Per oia secula seculorū. Amē

Post missam sacerdos iclinet se ante altare dicens.

Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee et presta: vt hoc sacrificiū laudis qđ oculis tue maiestatis indignus obtuli/ sit tibi acceptabile: michiq3 et oībus pro quibus oblatum est sit te miserante propiciabile in vitam eternam. Amen. Postea erigat se et cum patena signet se et benedicat populum dicens. Adiutoriū nostrum i noīe dn̄i. ℟. Qui fecit celum et terram. Sit nomen domini benedictū. ℟. Ex hoc nunc et vsq3 in seculum. Oremus


Benedicat vos diuina maiestas: pater et filius et spiritꝰ sctūs. Amē

In festis annualibus dicitur.




Ite miss sa est

In festis duplicibus dicitur.



Ite missa est

In festis nouem lectionū dicit.



Ite missa est.

In festis trium lectionum dicit.




Benedicamus domino.





> Hic sumat Ambas partes hostiae, Jungat Manus et quiescat aliquantulum deinde Discooperiat Calicem genuque accipiat et se signans dicat Sanguis dni nri Jesu xpi Custodiat animam meam in vitam eternam. Amen. Postea sumat totum sanguinem cum particula hostiae et sumpto sanguine porrigens interim Calicem ministro ad infundendum parum vini dicat Quod Ore sumpsimus etc.



In die scto pasche. Introitus.


Resurrexi & adhuc tecū sum alleluya: posuisti super me manū tuā alleluya: mirabilis facta est sciētia tua/ alleluya alleluya. Ps. Hec dies quā fecit dñs: exultemus et letemur in ea. Gloria pa. Oro.

Deus qui hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniēdo aspiras/ etiā adiuuando prosequere. Per eundē. Ad Corinthios. v.

Fratres. Expurgate vetus fermentū: vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū: immolat⁹ est christus. Itaq₃ epulemur. Non in fermento veteri: neq₃ in fermēto malicie & nequicie. Sed in azimis sinceritatis: & veritatis. ℟. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Confitemini domino quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia eius. Alleluya. ℣. Pascha nostrum immolat⁹ est christus. ℣. Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis.

Victime paschali Prosa. laudes: immolāt christiani. Agnus redemit oues christ⁹ innocens patri: reconciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando: dux vite mortu⁹ regnat viuus. Dic nobis maria quid vidisti in via. Sepulchrum christi viuentis: & gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra: precedet suos in galileā. Credendū est magis soli marie veraci: q̄ iudeorum turbe fallaci. Scimus christum surrexisse ex mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Alleluya.

Secundum Marcum. xvj.



In illo tēpore. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: vt venientes vngerēt iesum. Et valde mane vna sabbatorū veniunt ad monumētum orto iam sole. Et dicebāt adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti? Et respiciētes: viderūt reuolutū lapidem. Erat quippe magn⁹ valde. Et introeūtes in monumētū. viderūt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola cādida. & obstupue-

runt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesū queritis nazarenū crucifixū. Surrexit: non est hic. Ecce locus: vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileā. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offer. Terra tremuit et quieuit: dū resurgeret in iudicio de⁹ allā.

Secreta. Suscipe quesumus dñe preces populi tui cum oblationibus hostiarum. vt paschalibus īitiata mysteriys/ ad eternitatis nobis medelā te operante proficiant. Per dominū nostrum. Prefatio. Te quidē omi. Infra Cōmunicātes et diē. Cōio Pascha nostrū imolatus est christ⁹ alleluya: itaq; epulemur i azimis sinceritatis et veritatis allā allā allā. Postcōio. Spiritū nobis dñe tue caritatis īfunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominū nostrū. Oratio ad fontes. Concede q̄s oīpotens deus. vt qui resurrectiōis dominice solēnia colim⁹: innouatione tui spirit⁹ a morte anime resurgamus. Per eundē. Ad crucē. Presta nobis omnipotens et misericors deus: vt in resurrectione dñi nostri iesu christi percipiamus veraciter portionē. Per dominū. Alia oratio. Presta q̄s ops de⁹. vt q̄ gloriā dñice resurrectionis agnouim⁹. ipsi quoq; per amorem sancti spiritus a morte anime resurgamus. Per eundem. &c. Concede q̄s ops de⁹. vt qui peccatorum nostrorū pondere premimur: a cunctis malis imminētib⁹ per hec paschalia festa liberemur. Per eundem.

Feria secunda. Introitus. Introduxit vos domin⁹ in terram fluentem lac et mel alleluya: et vt lex domini semper sit i ore vestro alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Oratio. Deus qui solēnitate paschali mundo remedia contulisti. populū tuum quesum⁹ celesti dono psequere: vt et perfectā libertatē consequi mereatur: et ad vitā proficiat sempiternā. Per.

Lectio actuum apostolorum. x. In diebus illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Viri fratres/ vos scitis quod factum est verbum per vniuersam iudeam: incipiens enim a galilea post baptismum quod predicauit iohannes iesum a nazareth: quomodo vnxit eum deus spiritu sancto et virtute. Qui pertrāsiuit benefaciendo: et sanando omnes oppressos a diabolo: quoniā de⁹ erat cum eo. Et nos testes sumus oīm que fecit in regione iudeorū et hierusalē: quē occiderunt suspendentes in ligno. Hūc deus suscitauit tertia die: et dedit eum manifestū fieri/ nō oī populo: sed testib⁹ preordinatis a deo. nobis qui manducauimus et bibimus cū illo postq̄ surrexit a mortuis. Et pcepit nobis predicare populo et testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorū et mortuorum Huic oēs pphete testimoniū phi-

bent remissionē peccatorū accipe per nomē eius: oēs qui credunt in eū. ℟. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Dicat nūc israel quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia eius. Alla. ℣. Surrexit dñs vere et apparuit petro. Alla. ℣. Nonne cor nostrū ardēs erat in nobis: de iesu dū loqueretur nobis in via. Prosa.

Mundi renouatio noua parit gaudia. Resurgenti dño consurgunt oīa. Elementa seruiūt: ⁊ autoris sentiūt/ quāta sit potentia. Celū fit serenius et mare trāquillius/ spirat aura mitius: vallis nostra floruit. Reuirescūt arida: recalescunt frigida/ postq̄ ver intepuit. Gelu mortis soluit: princeps mundi fallit/ et eius destruit: in nobis imperiū. Dū tenere voluit: in quo nichil habuit/ ius amisit propriū. Vita morte superat: homo iam recuperat/ quod prius amiserat: paradisi gaudiū. Viam prebet facilē cherubin versatilē/ amouēdo gladium. Christus celos reserat: et captiuos liberat/ quos culpa ligauerat: sub mortis interitu. Pro tanta victoria: patri proli glīa/ sit cum sancto spiritu. Amen.

Secundum Lucam. xxiiij.



In illo tpe. Duo ex discipulis iesu ibāt ipsa die in castellum quod erat ī spacio stadiorū sexagita ab hierusalem: nomine emaus. Et ipsi loquebātur adinuicem: de omnibus his que acciderant. Et factum est dum fabularentur et secum quererēt: ⁊ ipse iesus appropinquās cum illis ibat. Oculi autem eorum tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hij sermones quos confertis adinuicem ambulātes et estis tristes? Et respondens vnus cui nomen cleophas: dicit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem: et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit Que? Et dixerunt. De iesu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere et sermone: coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri ī damnationem mortis: et crucifixerūt eum. Nos autem sperabam⁹: quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie: q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerūt ad monumentum. Et non inuento corpore eius: venerunt dicētes se etiam vidisse visionem angelorum. qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidā ex nostris ad monumentū: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Ipsum vero: non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendū: in omnib⁹ que locuti sunt prophete. Nonne oportuit hec pati christū: et ita ītrare in gloriam suā? Et incipiens a moyse et omnibus pphetis interpretabat̄ illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerunt

castello quo ibant: et ipse se finxit longius ire. Et coegerũt illum dicẽtes. Mane nobiscũ dñe quoniã aduesperascit / et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dũ recũberet cũ illis: accepit iesus panem et benedixit ac fregit / et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt eũ. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerũt adinuicẽ. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dum loqueretur in via: et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora: regressi sunt in hierusalẽ. et inuenerũt congregatos vndecim / et eos qui cum ipsis erant. dicentes quod surrexit dñs vere: et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerũt eũ: in fractione panis. Credo. Prefatio. Cõmunicãtes. et Hanc igitur dicunt per totã ebdo. Offer. Angelus dñi descẽdit de celo et dixit mulieribus quẽ queritis surrexit sicut dixit alleluia.

Paschales hosti- Secreta. as recensentes qs dñe. vt quod frequẽtam⁹ actu / cõprehendam⁹ effectu. Per. Cõio. Surrexit dñs et apparuit petro alleluia. Postcõ.

Impleatur in nobis domine qs sacramẽti paschalis sancta libatio: nosqȝ de terrenis affectib⁹ ad celeste trãsferat instituum. Per dominũ. Ad fontes.

Presta quesumus oĩpotẽs de⁹: vt qui resurrectionis dñice solẽnia colimus ereptionis nostre suscipere leticiam mereamur. Per eũd. Ad crucifixũ.

Concede qs omnipotens deus: vt festa paschalia que venerãdo colimus: etiam viuendo teneamus. Per eundem dominum.

Deus qui populum tuũ de hostis callidi seruitute liberasti: preces eius misericorditer respice / et aduersantes ei / tua virtute prosterne. Per dominum nostrum iesum christum.

¶ Feria tertia. Introitus.

Aqua sapientie potabit eos alleluya: firmabitur in illis et non flectetur alleluya et exaltabit illos ineternum alleluya alleluya. Ps. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Oratio.

Deus qui ecclesiã tuã nouo semper fetu multiplicas concede famulis tuis vt sacramentũ viuendo teneãt quod fide perceperũt. Per. Lectio actuũ apostolorum. xiij

In diebus illis. Surgens paulus et manu silentium indicens ait. Uiri fratres: filij generis abraham et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant hierusalem et principes eius ignorãtes iesum et voces prophetarum / que per omne sabbatũ legunt iudicãtes impleuerũt. Et nullã causam mortis inueniẽtes in eũ: petierunt a pylato vt interficerẽt eum. Cũqȝ cõsummassent omnia que de eo scripta erãt / deponentes eũ de ligno: posuerũt eum in monumento. Deus vero suscitauit eum a mortuis tertia die / qui visus est per dies multos: his qui simul ascenderant cum eo de galilea in hierusalem: qui vsqȝ

Petrus

nunc sunt testes eius ad plebē. Et nos vobis annunciam⁹ eam que ad patres nostros repromissio facta est: quoniā hāc deus adimpleuit filijs vestris. Resuscitās: dn̄m nostrum iesum christū. ℣. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus et letemur in ea ℣. Dicant nūc qui redēpti sunt a domino quos redemit de manu inimici: de regionibus cōgregauit eos. Alla. ℣. Angelus dn̄i descēdit de celo ⁊ accedēs reuoluit lapidē ⁊ sedebat sup eū. ℣. Respōdēs autem angelus dixit mulierib⁹ quē queritis ille autē dixerūt iesum nazarenum.

Secundum Lucam. xxiiij.



In illo tpe Stetit iesus i medio discipulo᷑ suo᷑: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sū nolite timere. Conturbati vero ⁊ cōterriti: existimabant se spiritū videre. Et dixit eis Quid turbati estis: ⁊ cogitatiōes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas ⁊ pedes meos: qa ipse ego sum. Palpate ⁊ videte qa spiritus carnē et ossa nō habet: sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset: ostēdit eis man⁹ et pedes Adhuc autē illis nō credētibus et mirātib⁹ pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod māducetur? At illi obtulerunt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū manducasset corā eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locut⁹ sum vobis: cum adhuc essem vobiscū: qm̄ necesse est impleri oīa que scripta sunt in lege moysi et pphetis. ⁊ psalmis de me. Tūc apuit illis sensum: vt intelligerēt scripturas. Et dixit eis Qm̄ sic scriptū est: ⁊ sic oportebat christū pati. ⁊ resurgere a mortuis die tertia. Et pdicare in noīe ei⁹ penitētiā ⁊ remissionē pctō᷑: i oēs gētes. Offer. Intonuit de celo dn̄s ⁊ altissim⁹ dedit vocē suam et apparuerūt fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e oblatiōes familie tue vt sub tue ptectionis auxilio ⁊ collata nō pdāt. ⁊ ad eterna dona pueniāt. P do. Cōio.

Si cōsurrexistis cū xpo que sursū sunt querite. vbi xp̄s est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite alla. Postcōio

Concede q̄s oṗs deus: vt paschalis pceptio sacramenti continua in nostris mētibus pseueret. Per dominū. Ad fontes.

Concede q̄s oṗs de⁹. vt qui paschalis festiuitatis solēnia colim⁹. i tua semp scificatione viuam⁹. Per. Ad crucifixum.

Presta q̄s oṗs de⁹. vt p hec festa paschalia q̄ colim⁹: i tua semp laude viuam⁹. P. Alia.

Deus qui cōspicis familiā tuā oī humana virtute destitui paschali interueniēte solennitate tui eam brachij protectiōe custodi. P do. ¶ Fer. iiij. Introi.

Venite benedicti patris mei percipite regnū alleluya qd̄ vobis paratum est ab origine mūdi alleluya alla. Ps. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dn̄ice annua solēnita-

te letificas. concede propicius vt per temporalia festa que agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundem dominum.

Lectio actuum apostolorum. iij.

In diebus illis. Aperiẽs petrus os suũ: dixit. Viri israelite: et qui timetis deum audite. Deus abraham / et deus ysaac / et deus iacob: deus patrũ nostrorũ glorificauit filiũ suũ iesum quem vos quidẽ tradidistis et negastis ante faciẽ pylati: iudicante illum dimitti. Vos autẽ sanctũ et iustũ negastis: et petistis virũ homicidam donari vobis. Auctorẽ vero vite interfecistis: quẽ de⁹ suscitauit a mortuis. cuius nos testes sumus. Et nũc fratres scio quia per ignorantiã fecistis: sicut et principes vestri. Deus autẽ qui prenunciauit per os oim prophetarũ pati christũ suũ impleuit sic. Penitemini igitur et cõuertimini: vt deleant vestra peccata. ℟. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me Alla. ℣. Surrexit dñs et occurrẽs mulieribus ait auete: tũc accesserunt et tenuerũt pedes eius. Alla ℣. Christus resurgens ex mortuis iã nõ morit. mors illi vltra non dominabitur.

Secundum Johannem. xxj.



In illo tẽpore. Manifestauit se ies⁹ discipulis suis ad mare tyberiadis: manifestauit aũt sic. Erãt aũt simul symõ petr⁹ et thomas qui dicit didim⁹: et nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dixit eis symon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascenderũt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autẽ iam facto / stetit iesus in littore. Non tamen cognouerũt discipuli: quia iesus est. Dicit ergo eis iesus. Pueri nũquid pulmentariũ habetis? Respõderũt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij rethe: et inuenietis. Miserunt ergo: et iam nõ valebãt illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quẽ diligebat iesus petro. Dominus est. Symõ petrus cum audisset quia dñs est: tunica succinxit se. Erat autem nudus et misit se in mare. Alij autem discipuli: nauigio venerunt. Non eni longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rhete piscium. Vt ergo descẽderũt in terram: viderunt prunas positas et piscem superpositũ et panẽ. Dicit eis iesus. Afferte de piscib⁹ quos prẽdidistis nũc. Ascendit symon petrus / et traxit rhete in terrã plenũ magnis piscibus: centũ quinquaginta trib⁹. Et cũ tãti essent nõ est scissũ rhete. Dicit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbẽtiũ iterrogare eum tu quis es: scientes quia dñs est. Et venit iesus et accepit panem: et dabat eis. et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis: cum surrexisset a mortuis. Offr. Portas celi ape-

ruit dominus et pluit illis manna vt ederent panē celi dedit illis: panē angelorū manducauit homo. Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudijs imolam⁹. qb⁹ ecclesia tua mirabiliter pascit et nutrit. Per. Cōio. Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur mors illi vltra nō dn̄abit. alla alla. Postcōio.

Ab omni nos quesum⁹ domine vetustate purgatos sacramenti tui veneranda perceptio: in nouam transferat creaturam. Per. Ad fontes.

Presta qs oīpotēs deus: vt hui⁹ paschalis festiuitatis mirabile sacramētū/ et temporalem nobis tranquillitatē tribuat et vitam conferat sempiternam. Per eundem. Ad crucifixum.

Deus qui nos per paschalia festa letificas. concede propici⁹: vt ea que deuote agim⁹ te adiuuante fideliter teneamus. Per eundem. Alia oratio.

Tribue quesum⁹ oīpotens deus: vt illuc tendat christiane deuotiōis affectus: quo tecū est nostra substātia iesus christus dn̄s noster. Qui tecum viuit.

Feria quinta. Introitus.

Victricem manū tuam domine: laudauerunt pariter alla/ quia sapiētia aperuit os mutum et linguas infantium fecit disertas alleluya alleluya. ps. Hec dies quā fecit dn̄s: exultemus et letemur in ea.

Deus qui diuersitatem gentiū in cōfessiōe tui nominis adunasti. da vt renatis fōte baptismatis vna sit fides mentiū: et pietas actionum. Per dominum nostrū iesum christū. Oratio.

Lectio actuū apostolorū. viij.

In diebus illis. Angel⁹ domini locut⁹ est ad philippū dicēs. Surge et vade cōtra meridianū ad viā que descendit ab hierusalē in gazā. Hec est deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potēs candacis regine ethiopū qui erat super oēs gazas eius: venerat adorare in hierusalem. Et reuertebatur sedens super currum suum: legensqꝫ isayā prophetam. Dixit autem spirit⁹ philippo. Accede: et adiūge te ad currum istum. Accurrens autē philippus: audiuit illum legentem isayam prophetam. Et dixit. Putas ne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo possum itelligere/ nisi aliquis ostenderit michi? Rogauitqꝫ philippum eunuchus vt ascenderet: et sederet secum. Locus autem scripture hic erat: quam legebat. Tanqꝫ ouis ad occisionem ductus est: et sicut agn⁹ coram tondēte se sine voce: sic nō aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondēs autē eunuchus philippo dixit. Obsecro te: de quo propheta dicit hoc? De se/ an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suum: et incipiens a scriptura ista: euangelizabat illi iesum. Et dum irent per viam: venerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit au-

tem philippus. Si credis ex toto corde licet. Et respōdens ait. Credo dei filiū: esse christū. Et iussit stare currū. Et descēderunt vterq in aquā philippus et eunuchus: et baptizauit eum. Cū autē ascendisset de aqua: spirit⁹ dñi rapuit philippū: et amplius non vidit eū eunuchus. Ibat autē per viā suā gaudens: philippus autē inuētus est in azoto. Et ptransiēs euāgelizabat ciuitatibus cunctis: donec veniret cesaream: nomē dñi iesu christi. ℟. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Lapidem quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ est i caput anguli. a dño factū est et est mirabile in oculis nostris. Alla. ℣. Surrexit christ⁹ et illuxit populo suo quē redemit ipse sanguine suo. Se. iohēm. xx.



In illo tpe Maria stabat ad monumentū foris plorās. Dū ergo fleret: iclinauit se et pspexit i monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput et vnū ad pedes / vbi positū fuerat corp⁹ iesu. Dicūt ei illi. Mulier qd ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominū meū / et nescio vbi posuerūt eum. Hec cum dixisset: cōuersa est retrorsum. et vidit iesum stantē: et nesciebat qa iesus est. Dicit ei iesus. Mulier / quid ploras? Quē queris? Illa existimās quia ortolan⁹ esset: dicit ei. Dñe si tu sustulisti eū: dicito mihi vbi posuisti eū et ego eū tollā. Dicit ei iesus. Maria. Cōuersa illa: dicit ei. Rabonī quod dicitur magister. Dicit ei iesus. Noli me tangere: nondū enī ascendi ad patrē meū. Vade autē ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrē meum et patrē vestrū: deum meū et deū vestrum. Venit maria magdalene annūcians discipulis quia vidi dñm: et hec dixit michi. Offr. In die solēnitatis vestre dicit dominus: inducā vos in terrā fluentē lac et mel alleluya. Secreta.

Suscipe quesumus dñe munera populo[rum] tuorū propicius: vt in cōfessione tui nois et baptismate / renouati sempiternam beatitudinē cōsequant[ur]. P. Cōio. Populus acquisitiōis annūciate virtutes eius alla quibos de tenebris vocauit in admirabile lumē suū alla. Postcōio

Exaudi dñe preces nostras / vt redemptionis nostre sacrosctā cōmercia: et vite nobis cōferant presentis auxilium / et gaudia sempiterna concilient. Per.

Deus qui nos ad celebrandū paschale sacramētū liberiores animos prestitisti: doce nos et metuere quod irasceris: et amare quod precipis. Per eundē.

Da quesumus Ad crucem omipotēs deus: vt ecclesia tua et suorum firmitate membrorum / et noua semper fecunditate letetur. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum.

Multiplica quesum⁹ domine fidem populi tui: vt cuius per te sumpsit initium: per te consequatur augmentū. Per dominum nostrum iesum christū.

¶ Feria sexta. Introitus.


Duxit eos dñs i spe alleluya: ꝛ inimicos eoꝝ operuit mare all'a all'a all'a. Ps. Hec dies quã fecit dominus exultemus ꝛ letemur in ea. Oratio

Omnipotens sempiterne de⁹: q̇ paschale sacramẽtũ in recõciliatiõis hũane federe cõtulisti. da mẽtib⁹ nostris: vt qđ ꝓfessiõe celebramus: imitemur effectu. Per.

Lectio epistole bti petri apli. iij.

Charissimi. Christ⁹ semel ꝓ pctis nostris mortu⁹ est: iustus ꝓ iniustis. vt nos offerret deo. mortificatos quidẽ carne: viuificatos autem spiritu. In quo ꝛ his qui in carcere erãt spiritaliter veniẽs predicauit. Qui icreduli fuerãt aliquãdo: quãdo expectabãt dei patiẽtiã in dieb⁹ noe cũ fabricaretur archa. in qua pauci id est octo aĩe salue facte sunt per aquã. Quod ꝛ vos similes nũc forme saluos facit baptisma. Nõ carnis depositio sordiũ: sed cõsciẽtie bone interrogatio in deũ. Per resurrectionẽ iesu xpi a mortuis: qui est in dextera dei. R. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. V. Bñdictus qui venit in noie dñi deus dñs ꝛ illuxit nobis. All'a. V. Eduxit dñs populum suũ in exultatiõe: et electos suos in leticia. Scdm Matheum. xxviij.


In illo tpe Undecim discipuli abierũt i galileã: i montẽ vbi ꝯstituerat illis ies⁹. Et vidẽtes eũ adoraue rũt: qđã aũt dubitauerũt. Et accedens iesus: locut⁹ est eis dicens. Data est michi oñis potestas: in celo et in terra. Euntes ergo docete oẽs gẽtes: baptizantes eos. In noie patris et filij et spirit⁹ sancti Docẽtes eos seruare oĩa quecũq; mandaui vobis. Et ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus: vsq; ad consummationẽ seculi. Offr. Erit vobis hic dies memorialis alleluya ꝛ diẽ festũ celebrabitis solennẽ dño in ꝓgenies vestras legitimum sempiternũ diem alleluya alleluya alleluya. Secreta.

Hostias quesumus domine placatus assume: quas et pro renatorum expiatiõe peccati deferimus: et pro acceleratiõe celestis auxilij. Per dñm no. Cõio.

Data est michi oñis potestas in celo ꝛ in terra all'a eũtes docete oẽs gentes baptizãtes eos in noie patris et filij et spiritus sancti alleluya all'a all'a. Postcõ.

Respice quesum⁹ dñe populum tuũ ꝛ quem eternis dignatus es renouare mysterijs: a tẽporalibus culpis dignanter absolue. Per dominũ. Ad fontes.

Deus per quem nobis et redemptio venit ꝛ prestatur adoptio: respice i opera misericordie tue: vt in christo renatis ꝛ eterna tribuatur hereditas: ꝛ vera libertas. Per eũdẽ. Ad crucifixum

Adesto dñe q̃s familie tue et dignanter impende: vt quibus fidei gratiã contulisti: et coronam largiaris eternã. Per eundẽ dñm nostrum. Oratio.

Deus qui omnes in christo renatos genus regiũ ꝛ sacerdotale fecisti: da nobis salutẽ mentis et corporis: vt populo ad

eternitatem vocato: vna sit fides mentium: et pietas actionũ. Per eundẽ. ¶ Sabbato. Introitus.

Eduxit dñs populũ suũ in exultatiõe all'a / et electos suos in letitia all'a alleluya. ps. Hec dies quã fecit dñs exultem⁹ & letemur in ea. Oro

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui festa paschalia venerando egim⁹: per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dominũ nostrum.

Lectio ep'le beati petri ap'li. ij.

Carissimi. Deponẽtes omnem maliciã et oẽm dolũ & simulatiões et inuidias et oẽs detractiões / sicut modo geniti ĩfantes rationabiles & sine dolo lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ. Si tamẽ gustatis quoniam dulcis est dñs: ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ ab hoĩbus quidem reprobatũ: a deo autẽ electũ & honorificatũ. Et ipsi tanq̃ lapides viui superedificamini domos spirituales in sacerdotiũ sanctum / offerẽtes spiritales hostias acceptabiles deo per iesum christũ: propter quod continet scriptura. Ecce pono in syon lapidẽ summũ angularem probatũ electũ preciosum: et qui crediderit in eũ: nõ cõfundet. Vobis igitur honor credentibus nõ credentibus autẽ / lapis quẽ reprobauerũt edificãtes hic factus est in caput anguli. et lapis offensionis et petra scãdali his qui offendunt verbo. nec credũt in quo et positi sunt. Vos autẽ genus electum: regale sacerdotiũ. Gẽs sancta. popul⁹ acquisitiõis: vt virtutes annũcietis ei⁹ qui de tenebris vos vocauit: in admirabile lumẽ suum. Qui aliquãdo nõ populus nunc autẽ populus dei. Qui nõ cõsecuti misericordiã: nũc autẽ misericordiã cõsecuti. All'a. v⁹. Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. All'a. v⁹. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. v. Sit nomẽ dñi benedictũ in secula ex hoc nunc et in seculũ.

Secundum Johannem. xx.



In illo tp̃e Una sabbati maria magdalene vẽit mane cũ adhuc tenebre essent ad monumẽtũ: & vidit lapidẽ sublatũ a monumẽto Cucurrit ergo & venit ad symonẽ petrũ / & ad aliũ discipulũ quẽ diligebat iesus: et dicit eis. Tulerũt dñm de monumẽto: et nescio vbi posuerunt eũ. Exijt ergo petrus & ille alius discipul⁹: & venerunt ad monumentũ. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit primus ad monumentũ. Et cũ se inclinasset / vidit lintheamina posita: non tamen introiuit. Uenit ergo symon petrus sequẽs eum: et introiuit in monumentum. Et vidit lintheamina posita / et sudarium quod fuerat sup caput eius non cũ lintheaminib⁹ positũ: sed separatim inuolutũ in vnũ locũ. Tunc ergo ĩtroiuit et ille discipulus qui venerat prius ad monumẽtũ: & vidit et credidit. Nondũ eni sciebant scripturas quia opor

tuit eũ a mortuis resurgere. Offr. Benedict⁹ qui venit in noie domini benediximus vos de domo dñi de⁹ domin⁹ et illuxit nobis alleluya alla. Secreta. Concede q̃s dñe semp nos p hec paschalia misteria gratulari: vt continua nostre reparatiõis operatio/ perpetue nobis fiat causa leticie. Cõio. Omnes qui in christo baptizati estis christum induistis alleluya. Postcõmunio. Redemptiõis nostre munere vegetati q̃s domine. vt p hoc ppetue salutis auxiliũ: fides semper vera proficiat. Per dñm.

¶ Dñica.j.post pascha. Introit⁹

Quasi modo geniti infantes allelu ya ratio nabiles sine dolo lac concupiscite alla alla alla. ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Oro. Presta quesumus oipotẽs deus: vt qui festa paschalia peregimus: hec te largiẽte moribus et vita teneamus. Per dominum nostrum. Lectio epistole beati Johannis apostoli. viij.

Carissimi. Omne quod natum est ex deo: vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundũ: fides nostra. Quis est autem qui vincit mũdũ: nisi qui credit quoniam iesus est fili⁹ dei: Hic est qui venit per aquã ꝛ sanguinẽ: iesus christus. Non in aqua solũ: sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testificat: quoniã christus est veritas. Quoniã tres sũt qui testimoniũ dant in celo: pater verbũ/et spirit⁹ sanct⁹. Et hi tres vnũ sunt. Et tres sũt qui testimoniũ dant in terra: spirit⁹/aqua/et sanguis. Et hi tres vnũ sunt. Si testimoniũ hoim accipimus/testimoniũ dei maius est. Quoniam hoc est testimoniũ dei quod mai⁹ est: quia testificat⁹ est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimoniũ dei i se. Alla. V. Hec dies quã fecit dominus exultem⁹ ꝛ letemur in ea. Alla. V. Pascha nostrũ imolatus est christus. Scdm Johãnem. xx.



In illo tpe Cum esset sero die illo vna sabbatorũ et fores essent clause vbi erãt discipuli cõgregati/propter metũ iudeorũ: venit iesus ꝛ stetit in medio ꝛ dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset. ostendit eis manus ꝛ latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dño. Dicit eis ergo iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hoc cũ dixisset insufflauit et dixit eis. Accipite spiritũ sanctũ quorum remiseritis pctã remittũt eis. Et quorum retinueritis: retenta sunt. Diuisio. Thomas autẽ vnus de duodecĩ qui dicit didimus: non erat cũ eis quãdo venit iesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli. Vidim⁹ dñm. Ille autẽ dicit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ. et mittã digittum meũ in locũ clauorũ. et mittã manũ meã in latus ei⁹: nõ credã. Et post dies octo iterũ erãt discipuli eius intus: et thomas cũ eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit. Pax vobis

Deinde dicit thome. Infer digitum tuū huc. et vide man⁹ meas: et affer manū tuā et mitte in lat⁹ meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Respōdit thomas: ⁊ dixit ei Dn̄s meus: et deus meus. Dicit ei ies⁹. Quia vidisti me thoma credidisti. Beati qui nō viderūt: ⁊ crediderunt. Multa quidē et alia signa fecit iesus in cōspectu discipulorum suoꝝ: que nō sunt scripta i libro hoc. Hec autē scripta sunt vt credatis: quia iesus est christus filius dei. Et vt credētes vitā habeatis: in nomine eius. Offer. Angelus dn̄i descēdit de celo et dixit mulierib⁹ quē queritis surrexit sicut dixit alleluya.

Suscipe q̄s dn̄e Secreta. munera exultātis ecclesie tue: ⁊ cui causam tanti gaudij prestitisti: perpetuū fructū cōcede leticie. Per dn̄m. Infra actionem. Prefatio. Te quidē omni tēpore. Cōmunicātes. Hanc igit oblationem. Cōio. Mitte manū tuā ⁊ cognosce loca clauoꝝū alleluya: ⁊ noli esse incredulus sed fidelis all'a all'a. Postcōio.

Quesumus dn̄e de⁹ noster: vt sacrosctā mysteria que pro reparationis nostre munimine cōtulisti: et p̄sens nobis remedium esse facias et futurū. Per.

¶ De annotino pascha. Introit⁹

Resurrexi et adhuc tecū sum all'a: posuisti super me manū tuā all'a mirabilis facta est sciētia tua all'a all'a. Ps. Hec dies quam fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. Oro.

Deus per cuius p̄uidētiam nec p̄teritoꝝ momēta deficiūt / nec vlla supest exultatio futuroꝝū: tribue p̄manentē peracte q̄ recolim⁹ solēnitatis affectū: vt quod recordatiōe p̄currim⁹ semper in opere teneamus. Per dn̄m

Ad Ephesios. primo.

Fratres. Nō cesso gratias agens pro vobis memoriā vestri faciēs in oratiōibus meis: vt deus dn̄i nostri iesu christi pater glīe det vobis spiritū sapiētie et reuelatiōis i agnitionē illi⁹ illuminatos oclos cordis vr̄i: vt sciatis que sit spes vocationis ei⁹ q̄ diuitie glorie hereditatis ei⁹ in sanctis. Et que sit supeminēs magnitudo virtutis eius in nos: qui credimus scd̄m operationē potentie virtutis eius quā operatus est in christo suscitās illum a mortuis ⁊ cōstituēs ad dexterā suā in celestibus supra oēm principatū et potestatem et v̄tutē et dn̄ationē: ⁊ omne nomē quod noiat. Non solū in hoc seculo: sed etiā in futuro. R̄.

Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea. V̄. Cōfitemini dn̄o quoniā bonus: quoniā in seculū misericordia ei⁹ All'a. V̄. Pascha nostrū imalatus est christus. V̄. Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. Scd̄m iohāne. iij.



In illo tpe Erat homo ex phariseis nichodem⁹ noie princeps iudeorū. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi. Scimus: quia a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Re-

spondit iesus ꝛ dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo. nō potest videre regnū dei Dicit ad eum nichodemus. Quo modo potest homo nasci: cum sit senex. Nunqd potest in vētrē matris sue iterato introire: et renasci? Respōdit iesus. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest itroire in regnū dei. Quod natum est ex carne: caro est. Et qđ natū est ex spiritu: spirit⁹ est. Nō mireris qa dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult spirat. Et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oīs qui natus est ex spiritu Respōdit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respōdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in isrl' ꝛ hec ignoras? Amē amen dico tibi: quia qđ scimus loquimur. Et quod vidimus testamur: et testimoniū nostrū nō accipitis. Si terrena dixi vobis et nō creditis: quō si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascēdit i celū / nisi q de celo descēdit: fili⁹ hoīs qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exaltari oportet filiū hoīs. Ut oīs qui credit i ipso nō pereat: sed habeat vitā etnā. Offr. Terra tremuit et quieuit dū resurgeret in iudicio de⁹ all'a.

Clementiā tuā Secreta. dn̄e suppliciter exoramus: vt paschalis muneris sacramētū quod fide recolim⁹ et spe desideramus / itēti ppetua dilectiōe capiamus. Per dn̄m. Cōio. Pascha nostrum imolat⁹ est christus all'a itaqꝫ epulemur in azimis sinceritatis et veritatis: alleluya alleluya. Postcōio.

Tua nos q̄s dn̄e que sumpsimus sancta purificent et operatiōis sue remedio nos pficiant esse placatos. Per. Alia orō

Largire q̄s dn̄e fidelib⁹ tuis indulgētiā placat⁹ ꝛ pacem: vt pariter ab oībus mūdent offensis / ꝛ secura tibi mēte deseruiant. Per. Oratio.

Deus qui nos exultātibus animis pascha tuum celebrare tribuisti: fac nos quesum⁹ et temporalibus gaudere subsidiis: et eternitatis affectibus gratulari. Per dominū. Alia oratio.

Deus qui ad eternā vitam in xp̄i resurrectiōe nos reparas: erige nos ad consedentem in dextera tua nostre salutis auctorem: vt qui propter nos iudicādus aduenit / pro nobis iudicaturus adueniat: iesus christus dn̄s noster. Qui tecum. Oratio.

Concede q̄s oṗs deus: vt veterem hoīem cū suis actib⁹ deponentes. illius conuersatione viuam⁹ / ad cuius nos substantiā paschalibus remediis contulisti. Qui tecum. Alia oratio.

Deus qui ad eternā vitam in christi resurrectiōe nos reparas / imple pietatis tue ieffabile sacramentū: vt cū in maiestate sua saluator aduenerit. quos fecisti baptismo regenerari / facias beata immortalitate vestiri. Per dominum. ¶ Feria quarta

Ad Corinthios. .xv.

Fratres. Si christus predicatur quod surrexit a mor

tuis: quomodo quidā dicūt in vo-
bis ꝙ resurrectio mortuoꝝ nō est
Si autē resurrectio mortuorum
non est: neqꝫ christus resurrexit a
mortuis. Si autē christus non re
surrexit: inanis est ergo predica-
tio nostra: inanis est et fides vestra
Inuenimur autem et falsi testes
dei: quoniā testimoniū diximꝰ ad
uersus deū quod suscitauerit chri
stum: quē nō suscitauit si mortui
non resurgūt. Nam si mortui nō
resurgūt: neqꝫ christus resurrexit
Quod si christꝰ nō resurrexit: va-
na est fides vestra. Adhuc enim
estis: in peccatis vestris. Ergo et
qui dormierūt in christo: perierūt
Si in hac vita tantū in christo spe
rantes sumus/ miserabiliores su
mus oībus hoībus. Nunc autem
christus resurrexit a mortuis: pri
mitie dormientiū. Quoniā quidē
per hoīem mors: ⁊ p hoīem resur
rectio mortuorum.

Secundum Marcū. xvi.

IN illo tēpore. Surgens ie-
sus mane prima sabbati:
apparuit primo marie magdale-
ne/ de qua eiecerat septē demonia
Illa vadens nunciauit his qui cū
eo fuerant lugētibus et flentibus
Et illi audiētes quia viueret et vi-
sus esset ab ea: non crediderunt.
Post hec autē duobꝰ ex eis ambu-
lātibus: ostēsus est in alia effigie
euntibus in villam. Et illi eūtes:
nunciauerunt ceteris.

¶ Feria. vi. Ad romanos v.

FRatres. Cum adhuc esse-
mus infirmi: christꝰ scdm
tēpus mortuus est pro impijs. Vix
enī pro iusto quis moritur: Nam
pro bono forsitā quis audeat mo-
ri. Cōmēdat autē caritatē suā de
us in nobis: quoniā si cum adhuc
peccatores essemus scdm tēpus.
christus pro nobis mortuus est.
Multo igitur magis iustificati:
nunc in sanguine ipsius/ salui eri
mus ab ira per ipsū. Si enī cū ini-
mici essemus: reconciliati sumus
deo per mortē filij eiꝰ: multo ma-
gis recōciliati salui erimus in vi-
ta ipsius. Non solum autem: sed
et gloriamur in deo. Per dominū
nostrum: iesum christum.

Secundum Matheum. xxviij.

IN illo tēpore. Exierūt mu-
lieres de monumento cum
timore et gaudio magno: curren
tes nūciare discipulis eius. Et ec-
ce iesus occurrit illis dicens. Aue
te. Ille autem accesserūt ⁊ tenue-
runt pedes eius: ⁊ adorauerūt eū
Tunc ait illis iesus. Nolite time-
re. Ite nunciate fratribus meis/
vt eant in galileā: ibi me videbūt
Que cum abissent: ecce quidā de
custodibus venerūt in ciuitatē. et
nunciauerunt principibus sacer-
tum oīa que facta fuerant. Et cō-
gregati cum senioribꝰ consilio ac
cepto/ pecuniā copiosam dederūt
militibus dicentes. Dicite ꝗa di-
scipuli eius nocte venerunt/ et fu-
rati sunt eum/ vobis dormiētibꝰ
Et si hoc auditum fuerit a presi-
de/ nos suadebimus ei: et securos
vos faciemꝰ. At illi accepta pecu
nia: fecerunt sicut erant edocti.
Et diuulgatum est verbum istud
apud iudeos: vsqꝫ ī hodiernū diē.

¶ Dominica secūda post pascha
Ad missam. Introitus.

Misericordia dñi plena est terra alla verbo dei celi firmati sunt alleluya alla. Ps. Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Oro.

Deus qui in filij tui humilitate iacentẽ mundũ erexisti. fidelib⁹ tuis ppetuã cõcede leticiam / vt quos ppetue mortis eripuisti casib⁹: gaudijs facias sempiternis perfrui. Per dominũ.

Lectio epl'e beati petri apli. j. ij.

Carissimi. Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplũ: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius Qui cũ malediceret: nõ maledicebat. Cũ pateret: non cõminabat. Tradebat autẽ iudicãti se iniuste: quia peccata nostra ipse ptulit in corpore suo sup lignũ: vt peccatis mortui iusticie viuam⁹. cui⁹ liuore sanati estis. Eratis enim: sicut oues errãtes. Sed conuersi estis nũc ad pastorẽ ꝛ episcopũ: animarum vestrarum. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra: letent insule multe. Alla. V. Surrexit dñs vere ꝛ apparuit petro. Scdm Johannem. x.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. Ego sum pastor bon⁹. Bon⁹ pastor aiam suam dat pro ouib⁹ suis. Mercẽnari⁹ autẽ ꝛ qui nõ est pastor cui⁹ non sunt oues ppꝛie. videt lupũ venientẽ / ꝛ dimittit oues et fugit. ꝛ lupus rapit ꝛ dispergit oues. Mercennarius autẽ fugit: quia mercẽnarius est: et nõ pertinet ad eum de ouib⁹. Ego sum pastor bonus. et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater. ꝛ ego cognosco patrẽ: ꝛ animã meã pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues habeo / que nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere. et vocẽ meã audiẽt. Et fiet vnum ouile et vnus pastor. Offer.

Deus de⁹ meus ad te de luce vigilo: et in noie tuo leuabo manus meas alleluya.

Benedictionẽ nobis dñe cõferat salutarẽ sacra semp oblatio: vt qđ agit mysterio / virtute pficiat. Per dñm. Secreta.

¶ Nota q in hac dñica cum alijs tribus dñicis sequẽtib⁹ dicit prefatio. Te quidẽ oi tẽpore: sed in hoc potissimũ gloriosi⁹. et non dicit. Nec dicit Cõicantes / nec Hãc igit. Cõio. Ego sum pastor bon⁹ alleluya: et cognosco oues meas et cognoscunt me mee alla alla Postcõio.

Presta nobis oĩs de⁹: vt viuificationis tue gratiã cõsequẽtes: in tuo semp munere gloriemur. Per dominum. ¶ Feria quarta Ad hebreos. xiij.

Fratres. Obedite prepositis vestris: et subiacete eis Ipsi eni puigilãt quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant ꝛ non gemẽtes. Hoc eni nõ expedit vobis. Orate pro nobis. Cõfidim⁹ enim quia bonã cõsciẽtiã habem⁹ in oibus beneuolẽtes conuersari. Amplius autẽ deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de

mortuis pastorē magnū ouiū in sanguine testamēti eterni / dominum nostrū iesum christū: aptet vos in omni bono: vt faciatis voluntatem eius. Faciēs in vobis quod placeat corā se per iesum christū. Cui est gloria: in secula seculorū.

Secundum Lucam. xxiiij.

In illo tpe. Una sabbati valde diluculo venerūt ad monumentū: portantes que parauerant aromata. Et inuenerūt lapidem reuolutū a monumento. Et ingresse: nō inuenerūt corpus domini iesu. Et factū est dū mēte cōsternate essent de isto: ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Cum timerēt autē et declinarent vultū in terrā / dixerūt ad illas. Quid queritis viuentē cum mortuis? Nō est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locut⁹ est vobis: cum adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium hois tradi in manus hoim peccatorū ⁊ crucifigi: et die tertia resurgere. Et recordate sunt verborū eius: ⁊ regresse a monumento / nūciauerunt hec omnia illis vndecim ⁊ ceteris oibus. Erat autē maria magdalene et iohāna ⁊ maria iacobi et cetere que cum eis erant que dicebāt ad apostolos hec: et visa sūt ante illos sicut deliramēta verba ista: et nō credebāt illis. Petr⁹ autem surgēs cucurrit ad monumētum. Et procumbēs vidit linthea mina sola posita. Et abijt secū mirans: quod factū fuerat. ¶ Feria sexta. Ad Corinthios. xv.

Fratres. Sicut in adā oēs moriunt: ita et in christo oēs viuificabunt. Unusquisqꝫ autem in suo ordine. Primitie christus. deinde hij qui sunt christi: q in aduētu eius crediderūt. Deinde finis cū tradiderit regnū deo ⁊ patri: cū euacuauerit oēm principatum et potestatem et virtutem Oportet autē illū regnare: donec ponat oms inimicos sub pedib⁹ eius. Nouissime autē: inimica destruet mors. Omnia eni subiecit sub pedibus eius. Cum aūt dicat oīa: subiecta sūt ei sine dubio preter eum qui subiecit ei omnia. Nā cum subiecta fuerint illi oīa: tunc et ipse filius subiect⁹ erit illi. qui sibi subiecit omnia. Ut sit deus: omnia in omnibus.

Secundum Johannem. xij.

In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Qui credit in me: nō credit in me. sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni: vt omis qui credit in me / in tenebris nō maneat. Et si quis audierit verba mea et non custodierit: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluum faciā mundū Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quē locut⁹ sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locut⁹: sed qui misit me pater. ipe mihi mandatum dedit quid dicam ⁊ quid loquar: et scio quia mandatū ei⁹ vita etna est. Que ergo ego loquor sicut dixit michi pater: sic loquor

¶ Dominica tertia post pascha. Ad missam. Introitus.


Jubilate deo omnis terra alleluia: psalmum dicite nomini eius alleluia: date gloriam laudi eius alleluya alleluya alleluia.
Ps. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui. Oratio.

Deus qui errantibus ut in viam possint redire iustitie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur: et illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea que sunt apta sectari. Per dnm. Lectio epistole beati petri apostoli. j. ij.

Carissimi. Obsecro vos tanquam aduenas et peregrinos: abstinere vos a carnalibus desideriis: que militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes: glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humane creature: propter deum. Siue regi: quasi precellenti. Siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei: ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi et non quasi velamen habentes malicie libertatem: sed sicut serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete/ regem honorificate. Serui subditi estote: in omni timore dominis. Non tantum bonis et modestis: sed etiam discolis. Hec est enim gratia In christo iesu: dño nostro. Alleluia. V. Lauda anima mea dñm laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo quamdiu ero. Alleluia. V. Angelus dñi descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum.

Secundum Johannem. xvj.



In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Modicum et iam non videbitis me et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me: et quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit ergo iesus quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos: quia dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Uos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum Et gaudium vestrum: nemo tollet a vobis. Offer. Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo: quamdiu ero alleluia. Secreta.

HIs nobis dñe cõferat̃ my=
sterijs quo terrena deside=
ria mitigantes discamus amare
celestia. Per. Cõio. Modicum et nõ
videbitis me alleluya: et iterum modicũ
et videbitis me/quia vado ad patrem al=
leluya alleluya. Postcõio.

SAcramẽta que sumpsim⁹
dñe q̃s: et spiritalibus nos
instruant alimentis: ⁊ corporali=
bus tueantur auxilijs. Per.

¶Feria.iiij. Ad hebreos. ix.

FRatres. Nõ eni i manufa
cta scã iesus itroiuit exẽ=
plaria verorũ sed i ipm celũ: vt ap
pareat nunc vultui dei pro nobis.
Neq; vt sepe offerat semetipsum
queadmodũ põtifex intrat in san
cta per singulos annos in sangui
ne alieno. Alioquin oportebat eũ
frequẽter pati ab origine mundi.
Nũc autẽ semel in cõsummatiõe
seculoꝝ ad destitutionẽ pcti p ho=
stiã suã apparuit. et queadmodũ
statutum est hoibus semel mori.
Post hoc autem iudicium sicut et
christ⁹ semel oblat⁹ ad multoꝝ ex
hauriẽda pctã. Secũdo sine pctõ
apparebit oibus expectãtib⁹ se in
salutẽ. Scdm Johanem. xiij.

IN illo tẽpore. Dixit ies⁹ di=
scipulis suis. Filioli adhuc
modicũ tẽpus vobiscũ sum. Que=
retis me: et sicut dixi iudeis. quo
ego vado vos non potestis venire
Et vobis dico modo: mãdatũ no=
uum do vobis vt diligatis inuicẽ:
sicut dilexi vos. vt et vos diligatis
inuicẽ. In hoc cognoscẽt oẽs quia
mei discipuli estis: si dilectionem
habueritis ad inuicẽ. ¶Feria.vj.
Ad romanos. xiiij.

FRatres. Nemo vestrũ sibi
viuit ⁊ nemo sibi moritur
Siue enĩ viuimus: dño viuimus.
Siue morimur: dño morimur.
Siue ergo viuim⁹ siue morimur:
dñi sumus. In hoc enim christus
mortu⁹ est et resurrexit: vt ⁊ mor=
tuoꝝ ⁊ viuoꝝ dñet̃. Tu autẽ quid
iudicas fratrem tuum aut quare
spernis fratrẽ tuũ. Omnes eni sta=
bim⁹ ante tribunal xpi. Scriptũ
est enim. Viuo ego dicit dñs: quia
michi flectet̃ oẽ genu. Et omis lin
gua confitebit̃ dño. Itaq; vnus=
quisq; nostrũ pro se rationem red
det deo. Scdm Johannem. xvij.

IN illo tẽpore. Respiciẽs ie=
sus discipulos suos: dixit.
Pater sancte serua eos in nomi=
ne tuo quos dedisti michi: vt sint
vnũ sicut et nos. Cum essem cum
eis ego seruabam eos: in noie tuo
Quos dedisti michi custodiui: et
nemo ex his perijt nisi filius per=
ditionis vt scriptura impleatur.
Nũc autem ad te venio. Et hec lo
quor in mũdo: vt habeãt gaudiũ
meum impletũ i semetipsis. Ego
dedi eis sermonẽ tuũ: et mundus
eos odio habuit q̃a nõ sunt de mũ
do: sicut et ego non sum de mun=
do. Non rogo vt tollas eos de mũ
do: sed vt serues eos a malo. De
mũdo nõ sunt: sicut ⁊ ego nõ sum
de mũdo. Sctifica eos: in verita=
te. Sermo tu⁹ veritas est. Sicut
tu me misisti in mundum: et ego
misi eos in mũdũ. Et pro eis ego
sctifico meipm. vt sint et ipsi san=
ctificati in veritate. Non pro his
autẽ rogo tantum: sed pro eis qui
credituri sunt per verbum eoꝝ in

me. Ut oẽs vnũ sint: sicut tu pat
in me: et ego in te. Ut et ipsi in no
bis vnũ sint. et mũdus credat: q̃a
tu me misisti. Et ego claritatem
quã dedisti michi dedi eis/ vt sint
vnũ sicut et nos vnũ sumus. Ego
in eis: et tu in me. vt sint cõsũma=
ti in vnum: et cognoscat mũdus:
quia tu me misisti. Et dilexi eos:
sicut et me dilexisti. ¶ Dominica
iiij. post pascha. Introitus.

Cantate domino can=
ticum nouũ alleluya
q̃a mirabilia fecit do
minus alleluya: an=
te cõspectũ gentium
reuelauit iustitiã suam: alla alle
luya. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et
brachium sanctum eius. Oratio.

Deus qui fidelium mentes
vnius efficis voluntatis:
da populis tuis id amare qđ preci
pis/ id desiderare quod promittis
vt inter mũdanas varietates ibi
nostra fixa sint corda vbi vera sũt
gaudia. Per dominũ. Lectio epi=
stole beati iacobi apostoli. j.

Carissimi. Om̃e datũ opti=
mum/ et omne donũ pfectũ
de sursum est: descẽdẽs a patre lu
minũ. Apud quẽ nõ est trãsmuta
tio: nec vicissitudinis obũbratio.
Uoluntarie enĩ genuit nos verbo
veritatis: vt simꝰ initiũ aliquod
creature eiꝰ. Scitis fratres mei:
dilectissimi. Sit autem om̃is ho=
mo velox ad audiẽdũ: tardus au=
tem ad loquendum/ et tardus ad
iram. Ira enim viri iustitiam dei
non operatur. Propter quod abi=
cientes omnẽ immundiciã et ha=
bundantiã malicie: in mansuetu
Or.

dine suscipite insitũ verbũ. Quod
potest saluare: animas vestras.
Alleluya. V. Qui posuit fines tuos
pacem: et adipe frumenti satiat te. Al
leluya. V. In die resurrectionis mee di
cit dominus precedam vos in galileam.
¶ Secundum Johannem. xvj.



In illo tpe
Dixit iesꝰ
discipulis suis.
Uado ad eũ qui
me misit: et ne=
mo ex vobis iter
rogat me quo
vadis? Sed q̃a
hec locutus sum
vobis. tristitia ĩpleuit cor vestrũ.
Sed ego veritatem dico vobis: ex
pedit vobis vt ego vadã. Si enim
non abiero: paraclytus nõ veniet
ad vos. Si autem abiero: mittã
eum ad vos. Et cum venerit: ille
arguet mundum de peccato et de
iustitia et de iudicio. De peccato
quidem: quia non crediderunt in
me. De iustitia vero/ quia ad pa=
trem vado: et iam non videbitis
me. De iudicio autem: quia prin=
ceps mundi huius iam iudicatus
est. Adhuc multa habeo vobis di=
cere: sed non potestis portare mo
do. Cum autem venerit ille spiri=
tus veritatis: docebit vos oẽm ve=
ritatem. Non enim loquetur a se
metipso: sed quecunqꝫ audiet lo=
quetur. et que ventura sunt annũ
ciabit vobis. Ille me clarificabit
quia de meo accipiet: et annũcia=
bit vobis. Offr. Iubilate deo om=
nis terra/ seruite domino in letitia. itra=
te in cõspectu eius in exultatiõe: q̃a dñs
ipse est deus alleluya alla. Secreta.

DEus qui nos p̄ hui⁹ sacrificij veneranda cõmercia vnius sũme q̃ diuinitatis participes effecisti: presta q̃s. vt sicut tuã cognoscimus veritatẽ: sic eam dignis moribus assequamur. Per.

Cõio. Dũ venerit paraclyt⁹ spirit⁹ veritatis: ille arguet mundũ de pctõ ⁊ de iustitia et de iudicio alla alla. Postcõio.

ADesto nobis dñe deus noster: vt per hec que fideliter sũpsim⁹ ⁊ purgemur a vitijs ⁊ a periculis oĩbus eruamur. Per.

¶ Fer.iiij. Ad thessalonicẽses. v.

FRatres. Omnes vos filij lucis estis: et filij diei. Nõ sum⁹ noctis: neq̃ tenebrarũ. Igitur non dormiam⁹ sicut et ceteri: sed vigilem⁹ et sobrij simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt. Et qui ebrij sunt: nocte ebrij sunt Nos autem qui diei sumus sobrij simus: induti loricam fidei ⁊ caritatis. et galeã spei ⁊ salutis. Quoniam nõ posuit nos deus in iram sed in acquisitionẽ salutis. per dominũ nostrũ iesum christũ q̃ mortuus est pro nobis. Ut siue vigilemus siue dormiamus: simul cũ illo viuamus. Propter q̃d consolamini inuicẽ et edificate alterutrũ sicut et facitis. In xp̄o iesu: dño nostro. Secundũ Matheum. xj.

IN illo tpe. Exultauit iesus spũ sctõ: et dixit. Cõfiteor tibi pater dñe celi et terre: qui abscõdisti hec a sapiẽtibus ⁊ prudentib⁹: et reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniã sic placitũ fuit ante te. Omĩa michi tradita sunt: a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neq̃ patrẽ quis nouit nisi fili⁹: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugũ meum super vos: ⁊ discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Et inuenietis requiẽ aĩabus vestris. Iugũ enĩ meũ suaue est: ⁊ onus meũ leue.

¶ Feria.vj. Ad collocenses. j.

FRatres. Gratias agentes deo et patri q̃ dignos nos fecit in partẽ sortis sanctor̄ in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filij dilectiõis sue. In quo habemus redemptionẽ in remissionẽ peccatorũ qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature. Quia in ipso sunt condita vniuersa in celis et in terra: visibilia et inuisibilia. Siue throni siue dominatiões. siue principat⁹ siue potestates. omnia per ipsum et in ipso creata sũt. Et ipse est ante omnes. et oĩa in ipso cõstãt. Et ipse est caput corporis ecclesie: q̃ est pricipiũ primogenit⁹ ex mortuis: vt sit in oĩb⁹ ipse primatũ tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinẽ habitare: et per eum recõciliari oĩa in ipsum pacificãs per sanguinem crucis eius: siue que in terris sunt: siue que ĩ celis.

Secundum Lucam. x.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit me audit. Et qui vos spernit: me spernit. Qui autẽ me spernit: spernit eũ qui me misit. Reuersi sunt aũt septuaginta duo: cũ gaudio dicentes. Dñe: etiã demonia subiciuntur nobis in noĩe tuo. Et

ait illis. Videbā sathanam: sicut
fulgur de celo cadētem. Ecce dedi
vobis potestatem calcandi supra
serpentes et scorpiones: et supra
omnē virtutē inimici. et nichil vo-
bis nocebit. Verūtamē in hoc no-
lite gaudere: qa spirit⁹ vobis subi
ciūtur. Gaudete autē: quod noīa
vestra scripta sunt in celis. In ip-
sa hora exultauit iesus spū sancto
et dixit. Cōfitebor tibi pater dñe
celi et terre: quod abscondisti hec
a sapientibus et prudētibus: et re
uelasti ea paruulis. Etiam pater:
quia sic placuit ante te. Omnia mi
chi tradita sunt a patre meo. Et
nemo scit quid sit filius nisi pater
et quid sit pater nisi filius. Et cui
voluerit filius reuelare. ¶ Dñi-
ca .v. post pascha. Introitus.

Vocem iocūditatis an
nunciate et audiatur
alleluya: nūciate vsq₃
ad extremū terre / li-
berauit dominus po-
pulum suū alleluya alleluya. ps.
Jubilate deo omnis terra: psalmū dicite
noī eius date gloriā laudi eius. Orō.

Deus a quo bona cūcta pro
cedunt largire supplicib⁹
vt cogitemus te inspirāte que re-
cta sunt. et te gubernante eadem
faciamus. Per dñm nostrum.

Lectio epl'e beati iacobi apl'i. j.

Carissimi. Estote factores
verbi et non auditores tan
tū: fallentes vosmetipsos. Quia
si quis auditor est verbi et non fa-
ctor: hic cōparabit' viro cōsideran
ti vultum natiuitatis sue in specu
lo. Considerauit enim se ⁊ abijt: ⁊
statim oblitus est qualis fuerit.
Qui autē pspexerit in lege pfecte
libertatis ⁊ pmanserit in ea: non
auditor obliuiosus factus: sed fa-
ctor operis: hic beat⁹ in facto suo
erit. Si qs autē putat se religio-
sum esse nō refrenās linguā suā.
sed seducēs cor suū: hui⁹ vana est
religio. Religio mūda ⁊ imacula
ta apud deū et patrem hec est. Vi-
sitare pupillos et viduas: in tribu
lationibus eorum. Et immacula
tū se custodire: ab hoc seculo. Al
leluya. ℣. Laudate dñm oēs gentes: ⁊
collaudate eum oēs populi. All'a. ℣.
Surrexit dñs et occurrens mulieribus
ait auete. tūc accesserūt et adorauerūt eū

Secundum Johannem. xvj.



In illo tpe
Dixit ies⁹
discipulis suis.
Amen amen di
co vobis: si quid
petieritis patrē
in noīe meo da-
bit vobis. Vsq₃
modo non peti-
stis quicq₃ i noīe meo. Petite ⁊ ac-
cipietis: vt gaudiū vestrū plenū sit
Hec in puerbijs locut⁹ sum vobis.
Venit hora: cum iam non in pro-
uerbijs loquar vobis: sed palam
de prē meo ānūciabo vobis. Illo
die: in noīe meo petetis. Et non di
co vobis: qa ego rogabo patrē de
vobis. Ipse eni pater amat vos:
quia vos me amastis ⁊ credidistis
quia a deo exiui. Exiui a patre: et
veni in mūdū. Iterum relinquo
mundū: ⁊ vado ad patrē. Dicunt
ei discipuli eius. Ecce nūc palam
loqueris et puerbiū nullum dicis
Nūc scim⁹ qa scis oīa: ⁊ non opus

est tibi vt q̃s te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi. Offr. Bñdicite gẽtes dñm deũ nostrũ ⁊ obaudite vocẽ laudis ei⁹. qui posuit aiam meã ad vitã: ⁊ nõ dedit cõmoueri pedes meos bñdict⁹ dñs qui nõ amouit depcationem meã ⁊ miam suã a me alľa alľa. Secre.

Suscipe dñe fideliũ preces/ cũ oblationibus hostiarũ: vt per hec pie deuotiõis officia ad celestem gloriã trãseamus. Per. Cõio. Cantate dño canticũ nouũ alľa: cantate dño et bñdicite nomen eius bene nunciate de die in diem salutare eius alleluya alleluya. Postcõio.

Tribue nobis dñe celestis mensis sacietate refectis: et desiderare que recta sunt ⁊ desiderata pcipere. Per dñz. Feria secũda in rogatiõib⁹. Introitus.

Exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã alleluya. et clamor meus in conspectu ei⁹ introiuit in aures ei⁹: alleluya alleluya. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamẽtum meum et refugium meum et liberator meus. Oratio.

Presta quesumus omnipotens de⁹: vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus: contra omnia aduersa/ tua semper protectione muniamur. Per dñm nostrũ. Lectio epistole beati iacobi apostoli. v.

Carissimi. Confitemini alterutrum peccata vestra: ⁊ orate pro inuicem vt saluemini. Multum eni valet deprecatio iusti assidua Helias homo erat similis nobis passibilis: et oratiõe orauit vt non plueret super terram. et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit: ⁊ celum dedit pluuiam: et terra dedit fructũ suum. Si quis autem errauerit ex vobis a veritate: et conuerterit quis eum: scire debet quoniã qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue. saluabit animã eius a morte. Et operit multitudinem peccatorum. Alleluya. V. Confitemini domino quoniam bonus: quoniã in seculum misericordia eius.

Secundum Lucam. xj.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicum ⁊ ibit ad illum media nocte ⁊ dicet illi. Amice: commoda mihi tres panes. qm̃ amic⁹ me⁹ venit de via ad me: ⁊ nõ habeo qd̃ ponã ante illum. Et ille deintus respondẽs dicat. Noli michi molestus esse. Iã ostium clausum est. et pueri mei mecum sunt in cubili/ nõ possum surgere et dare tibi? Et ille si pseuerauerit pulsans: dico vobis et si non dabit illi surgens/ eo quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget. ⁊ dabit illi: quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite et dabitur vobis. Querite: et inuenietis. Pulsate: et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis aũt ex vobis patrem petit panẽ: nũquid lapidẽ dabit illi? Aut piscẽ: nunquid pro pisce ser-

pentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nũquid porriget ei scorpionē? Si ergo vos cũ sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris. quãtomagis pater vester de celo/ dabit spiritũ bonũ: petẽtibus se. Offr. Confitebor dño nimis in ore meo/ et in medio multorũ laudabo eum qui astitit ad dexterã pauperis: vt saluã faceret a psequẽtib⁹ aĩam meã. Secre.

HEc munera dñe q̃s ꝛ vincula nostre prauitatis absoluant/ et tue nobis mĩe dona concilient. Cõio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate ꝛ aperiet vobis oĩs eni qui petit accipit et qui querit iuenit: et pulsanti aperiet alla. Postcõio.

VOta nostra quesum⁹ dñe pio fauore prosequere: vt dum dona in tribulatione percepimus: de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per.

¶ Feria tertia. Introitus.

EXaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã alleluya ꝛ clamor meus in conspectu eius introiuit in aures ei⁹ alleluya alleluya. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meum et refugiũ meum et liberator meus. Oratio.

DEus qui nos conspicis in tot perturbatiõibus non posse subsistere. afflictorũ gemitus ꝓpicius respice. et mala omnia que iuste meremur auerte. Per.

Ad Timotheum. j. ij.

CArissime. Obsecro vos igitur primũ omniũ fieri obsecratiões/ oratiões/ postulatiões/ gratiarũ actiones pro oĩbus hominibus. pro regibus ꝛ oĩbus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietã et trãquillã vitã agamus in oĩ pietate ꝛ castitate. Hoc eni bonũ est ꝛ acceptũ corã saluatore nostro deo. qui oẽs hoĩes vult saluos fieri: et ad agnitionẽ veritat[is] venire. Un⁹ eni de⁹ vn⁹ ꝛ mediator dei et hoĩm: hõ xp̃s ies⁹. Qui dedit semetipm redẽptionẽ ꝓ oĩb⁹. Cui⁹ testimoniũ tp̃ib⁹ suis ꝯfirmatũ ẽ in quo posit⁹ sũ ego p̃dicator ꝛ apostolus. Ueritatẽ dico nõ mentior: doctor gentiũ in fide et veritate.

Alleluya. ℣. Confitemini dño q̃m bon⁹: quoniã in seculũ misericordia ei⁹.

Secundum Matheum. vij.



IN illo tp̃e Dixit ies⁹ discipulis suis. Petite et dabit vobis. Querite ꝛ iuenietis. Pulsate ꝛ aperietur vobis. Oĩs eniꝫ qui petit accipit et qui querit inuenit. et pulsanti aperietur. Aut q̃s est ex vobis homo quẽ si petierit fili⁹ suus panẽ: nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petierit. nunquid serpentẽ porriget ei? Si ergo vos cũ sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris. Quanto magis pater vester de celo dabit bona petẽtibus se. Omnia ergo quecumqꝫ vultis vt faciant vobis homines: et vos facite eis. Hec est enim lex et prophete. Intrate per angustã portam: quia lata porta et spaciosa via est que ducit ad perditionẽ: ꝛ multi sunt q̃ intrant per eã. Quã angusta porta et arta est via: que

ducit ad vitã: et pauci sunt qui inueniunt eam. Offer. Cõfitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum. qui astitit ad dexteram pauperis: vt saluam faceret a persequentibus animã meã alla. Secreta.

HIs sacrificijs domine quesumus concede placatus / vt qui proprijs oram⁹ absolui delictis / nõ grauemur externis. P. Cõio. Petite et accipietis querite et inuenietis / pulsate et aperietur vobis. omnis enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperiet alla. Postcõ.

SAcramenti tui domine venerãda perceptio: et mistico nos mũdet effectu: et perpetua virtute defendat. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ Qui tecum. In vigilia ascẽsionis domini. Introitus.

OMnes gentes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultationis alleluya alleluia alleluia. Ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

DEus cuius filius in alta celorum potenter ascendẽs captiuitatem nostram sua duxit virtute captiuam: tribue quesumus vt dona que suis participib⁹ contulit: largiatur et nobis iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum.

Lectio actuum apostolorũ. iiij.

IN diebus illis. Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ et anima vna. Nec quisq̃ eorum que possidebat / aliquid suũ esse dicebat. Sed erant illis omnia cõmunia. Et virtute magna reddebant apostoli testimoniũ resurrectiõis iesu christi domini nostri Et gratia magna: erat in omnibus illis. Neq enim quisq̃ egens erat inter illos. Quotquot enim possessores domorum aut agrorũ erant: vendentes afferebant precia eorum que vendebant et ponebant ante pedes apostolorũ. Diuidebatur autẽ singulis / prout cuiq̃ opus erat. Alleluya. V. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.

Secundum Johannem. xvij.



IN illo tẽpore Subleuatis oculis iesus in celum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis vt omne quod dedisti ei det eis / vitam eternam. Hec est autem vita eterna: vt cognoscãt te solum verum deum: et quem misisti iesum christum. Ego te clarificaui super terram. opus consummaui quod dedisti michi vt faciam. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quam habui prius q̃ mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuum hoibus / quos dedisti mihi de mundo. Tui erãt et michi eos dedisti. et sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti michi abs te sunt: quia vba que dedisti mihi: dedi eis. Et ipsi acceperunt et cognouerunt vere / quia a

te exiui: et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Nō pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti michi. quia tui sunt. Et omnia mea tua sunt et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo. Et hij in mūdo sunt: et ego ad te venio. Offer.

Viri galilei quid admiramini aspiciētes in celum / hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet: quemadmodumvidistis eum ascendentē in celū alleluia.

Secreta. Sacrificium domine pro filij tui supplices venerabili nunc ascensione deferimus presta quesumus. vt et nos per ipsum his commercijs sacrosanctis ad celestia consurgamus Per. Cōio. Pater cum essem eum eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluya: nunc autem ad te venio. nō rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo alleluya alleluya. Postcōio.

Tribue quesumus domine vt per hec sctā que sumpsimus illuc tendat nostre deuotionis affectus quo tecum est nostra substantia: iesus christus dominus noster. Qui tecum.



In die ascensionis. Introitus.

Viri galilei quid admiramini aspiciētes in celū alleluia. queadmodum vidistis eū ascēdentē in celum ita veniet: alleluya alleluya alleluia. ps. Omnes gentes plaudite manibus. iubilate deo in voce exultationis. Oratio.

Concede qs omnipotēs deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuū redēptorē nostrum ad celos ascēdisse credimus: ipsi quoque mēte in celestibus habitemus. Per eundē. Lectio actuū apostolorū. i.

Primū quidē sermonē feci de omnibus o theophile: que cepit iesus facere et docere. vsque in diem qua precipiēs apostolis per spiritū sanctū quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuū post passionē suā / in multis

argumentis: per dies quadraginta apparens eis. et loquens de regno dei. Et cõuescẽs pcepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarẽt promissionẽ patris quam audistis inquit per os meũ. Quia iohannes quidẽ baptizauit aqua vos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies Igitur qui cõuenerãt interrogabant eũ dicentes. Dñe si in tẽpore hoc restitues regnum israel? Dixit autẽ eis. Non est vestrũ nosse tempora vel momenta que pater posuit i sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos. Et eritis mihi testes i hierusalẽ: et in oi iudea et samaria et vsq ad vltimũ terre. Et cum hoc dixisset videntib9 illis eleuatus est: et nubes suscepit eũ ab oculis eorum. Cũq intuerẽtur in celũ euntẽ illũ: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt. Viri galilei qd statis aspiciẽtes in celum. Hic iesus qui assumptus est a vobis in celũ: sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in celũ. Alla. v. Ascẽdit de9 in iubilatione et dñs in voce tube. Alleluya. v. Nõ vos relinquã orphanos vado et venio ad vos et gaudebit cor vestrũ.

Prosa.

Rex oipotens die hodierna. Mundo triumphali redempto potẽtia. Victor ascendit celos vnde descenderat. Nam quadraginta postq surrexerat. Diebus sacris cõfirmãs pectora. Apostolorũ pacis cara relinquẽs oscula. Quibus et dedit potestatẽ laxandi crimina. Et misit eos in mundũ baptisare cũctas animas. In patris et filij et sancti spiritus clementia. Et cõuescens precepit eis ab hierosolymis. Ne abirent: sed expectarẽt promissa munera. Nõ post multos enim dies mittã vobis spiritũ paraclytũ in terra. Et eritis mihi testes i hierusalẽ iudea siue samaria. Et cum hoc dixisset vidẽtibus illis eleuat9 est et nubes clara. Suscepit eum ab eorũ oculis intuẽtibus illis ethera. Ecce stetere amicti duo viri in veste alba. Iuxta dicentes quid admiramini celorũ alta. Iesus eni hic qui assumpt9 est a vobis ad patris dexterã. Vt ascẽdit ita veniet querens talenti cõmissi lucra. O deus atq mar[illegible] poli arui hoiem quẽ creasti quẽ fraude subdola. Hostis expulit paradiso et captiuatũ secũ traxit ad tartara. Sanguie proprio quẽ redemisti deo. Illuc et reuehis vnde prius corruit paradisi gaudia. Iudex cum veneris iudicare scla. Da nobis quesumus sempiternã requiẽ in sanctorum patria. In qua tibi cantemus omnes alleluya.

Secundum Marcum. xvi.

In illo tempore. Recũbentibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus. Et exprobrauit incredulitatẽ illorũ et duriciã cordis: quia his qui viderãt eum resurrexisse a mortuis nõ crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum: predicate euãgelium oi creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero nõ crediderit cõdẽnabitur. Signa autẽ eos qui credide=

rint hec sequenẽ. In noīe meo demonia ejiciẽt linguis loquenẽ nouis serpentes tollẽt. Et si mortiferum quid biberint/ nõ eis nocebit Super egros manus imponẽt: et bene habebũt. Et dñs quidẽ iesus postq̃ locut⁹ est eis / assumpt⁹ est in celũ. Et sedet a dextris dei. Illi autẽ profecti predicauerunt vbiq̃ dño cooperãte: et sermonẽ confirmante: sequẽtib⁹ signis. Credo.

Offr. Ascendit deus in iubilatione ꝛ dñs in voce tube alleluya. Secreta.

Suscipe quesumus dñe munera que pro filij tui gloriosa ascensione deferimus: et cõcede ꝓpicius vt a presentib⁹ periculis liberemur: et ad vitam perueniamus eternam. Per dominũ.

Prefatio. Qui post resurrectionem. Cõmunicãtes et diẽ. Cõio.

Psallite dño qui ascẽdit super celos celorum ad orientẽ alla. Postcõio.

Presta q̃s nobis oĩpotens ꝛ misericors deus: vt que visibilibus mysterijs sumẽda percepimus/ iuisibili cõsequamur effectu. Per dominũ nostrum.

Feria sexta. Ad Romanos. x.

Fratres. Finis enim legis christus ad iustitiã oĩ credenti. Moyses eni scripsit quoniã iustitiã que ex lege est: qui fecerit homo viuet in ea. Que autẽ ex fide est: iustitia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo quis ascẽdit in celum id est christũ deducere. aut q̃s descẽdit in abyssũ: hoc est christũ ex mortuis reuocare. Sed q̃d dicit scriptura? Prope est verbũ in ore tuo ꝛ in corde tuo / hoc est verbũ fidei q̃d p̄dicam⁹. Quia si ꝯfitearis in ore tuo dñm iesum: et in corde tuo credideris quia deus suscitauit illum ex mortuis: saluus eris.

Secundum Lucam. xxiiij.

In illo tẽpore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Ego mitto ꝓmissum patris mei: i vos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusq̃ induamini: virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniã: et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factũ est dũ benediceret eis: recessit ab eis et ferebaẽ in celum. Et ipsi adorãtes regressi sũt in hierusalẽ: cum gaudio magno Et erant semper in tẽplo laudantes: et benedicentes deum.

Dñica post ascẽsionẽ. Introit⁹

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te alleluya: tibi dixit cor meũ. quesiui vultum tuũ/ vultũ tuũ dñe requiram. ne auertas faciẽ tuam a me alla alla. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quẽ timebo. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus: fac nos tibi semp et deuotã gerere volũtatẽ: ꝛ maiestati tue sincero corde seruire. Per dominum nostrũ iesum. Lectio epistole beati petri apostoli. j. iiij.

Carissimi. Estote prudẽtes et vigilate in orationibus. Ante oĩa autẽ mutuã i vobismetipsis: caritatẽ cõtinuã habentes: quia caritas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales inuicẽ: sine murmuratiõe. Unusquisq̃ sicut accepit gratiã in alterutrũ illam administrãtes sicut boni dispẽsatores: multiformis gratie dei. Si

quis loquit̄ quasi sermones dei. Si quis ministrat tanq̄ ex virtute quā administrat deus. Ut in oībus honorificet̄ de⁹: per iesū christum dñm nostrū. Alla. ℣. Dñs in synai sancto ascēdens in altum captiuam duxit captiuitatē. Alla. ℣. Ascēdit deus in iubilatiōe et dñs in voce tube

Secundum Johannem. xv.



In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis. Cum venerit paraclyt⁹ quē ego mittam vobis a patre meo spiritum veritatis. q̄ a patre procedit ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū phibebitis: q̄a ab initio mecū estis. Hec locut⁹ sū vobis vt nō scādalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora vt oīs qui interficit vos arbitret̄ obsequiū se prestare deo et hec faciēt vobis q̄a nō nouerūt patrē neq; me. Sed hec locut⁹ sum vobis: vt cū venerit hora eorū reminiscamini: quia ego dixi vobis Offer. Lauda aīa mea dñm laudabo dñm ī vita mea psallā deo meo q̄diu ero.

Sacrificia nos Secreta. dñe īmaculata purificēt: ꝛ mētibus nostris supne gratie dēt vigorē. Per. Prefatio. Qui post resurrectionē. Communicātes ꝛ diē. Cōio. Pater cū essem cum eis ego seruabā eos quos dedisti mihi alla: nunc aūt ad te venio non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo alla alla

Repleti dñe Postcōio. munerib⁹ sacris da q̄s: vt in gratiarū semp actione maneamus. Per dominū nostrum.

Feria. iiij. Ad hebreos. ij.

Fratres. Uidemus iesum propter passionem mort̄ gloria ꝛ honore coronatū: vt gratia dei pro oībus gustaret mortē. Decebat eni eum pꝑter quē oīa ꝛ per quē omnia qui multos filios in gloriā adduxerat auctorē salutis eorū p passiōes cōsummari. Qui eni sanctificat ꝛ qui sanctificātur ex vno oēs. Propter quā causam: nō cōfundit̄ fratres eos vocare dicens. Nūciabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidēs in eum. Et iterū in isaya. Ecce ego ꝛ pueri mei quos michi dedit deus. Quia ergo pueri cōmunicauerūt carni ꝛ sanguini: ꝛ ipse similiter participauit eisdem. Ut per mortē destrueret eum qui habebat mortis imperiū: id est diabolū. Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitā obnoxij erant seruituti. Nusq̄ eni angelos apphēdit: sed semen abrahe apprehēdit. Unde debuit per omnia fratrib⁹ similari: vt misericors fieret ꝛ fidelis pōtifex ad deū. vt repropiciaret delicta populi. In eo eni in quo passus est ipse et tentat⁹ potens est ꝛ eos qui tentātur auxiliari. Unde fratres sancti: vocatiōis celestis participes cōsiderate apostolū et pontificē ꝯfessiōis nostre. Jesum christum dominū nostrum.

Secundum Johannem. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si mānseritis in me: et verba mea in vobis manse

rint. quodcūq͂ volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater me⁹: vt fructū plurimū afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea. Sicut et ego patris mei precepta seruaui: et maneo in ei⁹ dilectiōe. Hec locut⁹ sum vobis: vt gaudiū meū in vobis sit. Et gaudium vestrum impleatur. ¶ Feria sexta Ad ephesios. secundo.

Fratres. De⁹ qui diues est in misericordia propter nimiā caritatē suā qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in christo. Cuius gratia sum⁹ saluati. Et cōresuscitauit et cōsedere fecit in celestib⁹ in christo iesu. Ut ostenderet in seculis supuenientibus abūdātes diuitias gratie sue in bonitate sup nos. In christo iesu: dn̄o nostro.

Secundum Johannem. vi.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorū. Amē amen dico vobis: nisi mādūcaueritis carnē filij hoīs et biberitis eius sanguinem. non habebitis vitā in vobis. Qui mādūcat carnē meā et bibit meū sanguinē: habet vitā eternā Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui mādūcat carnē meā ⁊ bibit meū sanguinē: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut misit me pater viuens: et ego viuo ꝓpter patrem Et qui mādūcat me: ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis: qui de celo descēdit. Nō sicut mādūcauerūt patres vestri māna: et mortui sūt Qui manducat hunc panē: viuet ieternū. Hec dixit in synagoga docēs sabbato in capharnaū. Multi ergo audiētes ex discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Sciens autē iesus apd̄ semetipm̄ q̄a murmurarent de hoc discipuli ei⁹: dixit eis. Hoc vos scādalizat. Si ergo videritis filiū hoīs ascendentē vbi erat prius: spirit⁹ est qui viuificat. caro non ꝓdest quicq͂. Uerba que ego locut⁹ sum vobis: spiritus et vita sunt. ¶ In vigilia pēthecostes. Nota officium misse. Prima lectio legitur cum titulo. Tēptauit deus abrahā. sine collecta. Et ea dicta dicit̄ collecta sine Dn̄s vobiscū. Et alie collecte vsq͂ ad ep̄lam. Lec. libri genesis. xxij.

In dieb⁹ illis. Tēptauit deus abrahā: et dixit ad eum Abrahā abrahā. At ille respōdit Adsum. Ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis isaac: et vade in terrā visiōis: atq͂ offeres eū ibi in holocaustū sup vnū montiū quē monstrauero tibi. Igit̄ abraham de nocte cōsurgens: strauit asinū suū / ducens secū duos iuuenes: et isaac filiū suū. Cūq͂ concidisset ligna ī holocaustū: abijt ad locū quē preceperat ei deus. Die autē tertio: eleuatis oculis vidit locum ꝓcul / dixitq͂ ad pueros suos. Expectate hic cū asino donec reuertamur ad vos: ego et puer illuc vsq͂ ꝓperātes postq͂ adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoq͂ ligna holocausti: et impo-

fuit sup ysaac filiū suū. Ipse vero portabat in manibus: ignē et gladium. Cūq3 duo pergerēt simul: dixit ysaac patri suo. Pat mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victima holocausti? Dixit abraham. Deus prouidebit sibi victimā holocausti: fili mi. Pergebant ergo pariter: venerūtq3 ad locū quem ostēderat ei deus. In quo edificauit altare: et desuper ligna cōposuit. Cunq3 colligasset ysaac filiū suum: posuit eum in altare super struem lignorū. Extēditq3 manū et arripuit gladiū: vt imolaret filium suū. Et ecce angelus dñi de celo clamauit: dicens. Abraham abraham. Qui respōdit. Adsum. Dixitq3 ei. Non extēdas manum tuā sup puerū: neq3 facias ei q̄cq̄. Nunc cognoui quod timeas deū/ et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit oculos abraham viditq3 post tergū arietē iter vepres herentē cornib9. Quē assumens: obtulit holocaustū pro filio. Appellauitq3 nomē loci illius dñs videt. Unde vsq3 hodie dicit. In mōte dñs videbit. Uocauit autem angelus dñi abrahā secundo de celo dicens. Per memetipsū iuraui dicit dñs: q̄a fecisti rem hāc. et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicens benedicam tibi/ et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: ꝛ velut arenam que est i littore maris. Possidebit semen tuū: portas inimicorum suorum. Et benedicent in semine tuo oēs gētes terre: quia obedisti voci mee. Reuers9 ē abrahā ad pueros suos. Abieruntq3 bersabee simul: ꝛ habitauit ibi. Orō

Deus qui in abrahe famuli tui opere humano generi obediētie exempla prebuisti: cōcede nobis et nostre volūtatis prauitatem frangere et tuorū preceptorum rectitudinē in oībus adimplere. Per. ¶ Lectio secunda.

Lectio libri deuteronomii. xxxi.

In diebus illis Scripsit moyses canticū: et docuit filios isrl. Precepit dñs iosue filio num et ait. Confortare et esto robust9: tu eni introduces filios isrl in terram quā pollicit9 sum: et ego ero tecū. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumie atq3 cōpleuit. Precepit leuitis q̄ portabant archā federis dñi: dicens. Tollite librū istū: et ponite illum in latere arche federis dñi dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego eni scio contētionem tuā et ceruicē tuā durissimā. Adhuc viuente me et ingrediēte vobiscum/ semp contentiose egistis cōtra dñm: quanto magis cū mortuus fuero Cōgregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atq3 doctores. Et loquar audientibus eis sermōes istos: et vocabo contra eos celū et terrā. Noui enim quod post mortē meā inique agetis: et declinabitis cito de via quā ostēdi vobis. Et occurrēt vobis mala in extremo tempore/ quādo feceritis malū in cōspectu dñi: vt irritetis eū per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorum israel: vba carminis huius ꝛ

ad finē vsq̄ cōpleuit. Tractus.

Attende celum et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiū meum: et descēdāt sicut ros verba mea sicut imber super gramina. ℣. Et sicut nix super fenum quia nomen dñi inuocabo. ℣. Da te magnificētiam deo nostro deus verax opera eius et omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo nō est iniquitas iustus et sanctus dominus. Oratio.

Deus qui es gloriatio fidelium et vita iustorum q̄ per moysē famulū tuū nos quoq̄ modulatione sacri carminis erudisti in vniuersis gētibus misericordie tue mun⁹ operare: tribuēdo beatitudinem. auferēdo terrorē: vt qd̄ prenūciatū est ad suppliciū: in remediū trāsferatur eternum. Per dominū nostrū iesum christum.

Lectio ysaie prophete. quarto.

In diebus illis. Apprehendent septē mulieres virum vnū: in die illa dicentes. Panē nostrum comedemus: et vestimētis nostris operiemur. Tantūmodo inuocet nomē tuū sup nos: aufer opprobriū nostrū. In die illa erit germē dñi in magnificētia et gloria. Et fructus terre sublimis: et exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit oīs qui relict⁹ fuerit in syon: et residuus in hierusalem sanctus vocabit. Omnis qui scriptus est in vita in hierusalem: si abluerit dñs sordes filiar̄ syon et sāguinem hierusalē lauerit de medio eius in spiritu iudicij et spiritu ardoris. Et creauit dñs sup omnem locum mōtis syon: et vbi inuocatus est nubem per diem et fumū et splendorē ignis flāmantis in nocte. Super omnē eni gloriam erit protectio et tabernaculum diei ab estu. Et in securitate et in absconsione: a turbine et a pluuia. Tractus.

Vinea facta est dilecto in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriā circundedi et circūfodi et plantaui vineam soreth: et edificaui turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodi in ea: vinea eni dñi sabaoth domus israel est. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus. qui per vnicum filiū tuum eccl̄ie tue demonstrasti te esse cultorē. et omnē palmitē fructū in eodē christo tuo. qui vera vitis est afferentē. clemēter excolis. vt fructus afferat ampliores: fidelibus tuis quos velut vineā ex egypto p fontē baptismi transtulisti: nulle peccator̄ spine preualeāt: vt spiritus tui sanctificatiōe muniti. perpetua fruge ditent. Per eundem. in vnitate. ¶ Lectio. iiij.

Lectio baruch prophete. iij.

Audi israel precepta vite: auribus pcipe vt scias prudētiā. Quid est israel quod in terra inimicor̄ es? Inueterasti i terra aliena: coinq̄nat⁹ es cū mortuis deputatus es cum his qui in inferno sunt: reliquisti fontē sapientie. Nam si in via dei ambulasses habitasses vtiq̄ in pace super terram. Disce vbi sit sapiētia. vbi sit virtus. vbi sit prudentia. vt scias vbi sit simul longiturnitas vite et virtus: et vbi sit lumen oculorum et pax. Quis inuenit locū eius: et quis introiuit in thesauros eius. Ubi sunt principes gentiū. et qui

dominant super bestias que sunt in terra? Qui in auib⁹ celi ludunt qui argentũ thesaurizant ꝛ aurũ in quo confidunt hoĩes: ꝛ non est finis possessiõis eoꝝ. Qui argentũ fabricãt et solliciti sunt: nec est inuentio operũ illoꝝ. Et tamẽ exterminati sunt et ad inferos descenderũt: ꝛ alij in locũ illoꝝ surrexerunt. Iuuenes viderũt lumen: et habitauerũt super terrã. Uiã autem discipline nescierũt: neqꝫ itellexerũt semitas eius. Neqꝫ susceperunt eam filij eoꝝ: a facie eoꝝ longe facta est. Non est audita in chanaã: neqꝫ visa est in themã. Filij quoqꝫ agar qui exq̃sierunt prudentiam que de terra est. negotiatores terre et theman: ꝛ fabulatores terre: et exquisitores prudentie et itelligẽtie. Uiam autẽ sapiẽtie nescierunt: neqꝫ meminerunt semitarũ ei⁹. O israel quam magna dom⁹ dei: et ingẽs locus possessionis eius magn⁹ est: et nõ habet cõsummationẽ excelsus ꝛ immensus. Ibi fuerũt gygantes nominati: illi qui fuerũt ab initio statura magna scientes bellũ. Non hos elegit dñs neqꝫ viam discipline inuenerũt: ppterea perierunt Et quoniã nõ habuerũt sapiẽtiã: interierũt propter suam insipientiam. Quis ascẽdit in celos et accepit eam: ꝛ deduxit de nubibus? Quis transfretauit mare et inuenit eam: et attulit eam sup aurũ electũ? Nõ est qui sciat viã ei⁹: neqꝫ qui excogitet semitas eius: sed qui scit vniuersa nouit illã: et adinuenit eã prudẽtia sua. Qui perfecit terrã in sempiterno tẽpore: ꝛ adimpleuit eam pecudib⁹. Qui emittit lucẽ et vadit. Et vocauit illud: ꝛ obedit illi in tremore. Stelle autem dederũt lumen in custodijs suis: ꝛ letate sũt. Uocate sũt: et dixerũt. Adsum⁹. Et luxerũt ei cum iocũditate qui fecit illas. Hic est deus noster: et nõ estimabitur alius ad illũ. Hic adinuenit omnẽ viam discipline: et dedit illam iacob puero suo: et israel electo suo. Post hec sup terrã visus est: et cũ hoibus cõuersat⁹ est. Tract⁹.

Cantemus dño gloriose enĩm honorificat⁹ est equũ et ascensorem proiecit in mare: adiutor et protector factus est michi in salutẽ. ℣. Hic deus me⁹ et honorificabo eum/ de⁹ patris mei ꝛ exaltabo eũ. ℣. Dñs conterẽs bella: dominus nomen est illi. Oratio.

Deus qui nobis per prophetarũ ora precepisti tẽporalia relinquere: atqꝫ ad eterna festinare da famulis tuis/ vt que a te iussa cognouim⁹: implere celesti ĩspiratiõe valeam⁹. Per. Tract⁹

Sicut ceruus desiderat ad fõtes aquarum: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit aĩa mea ad deũ viuum/ quãdo veniã ꝛ apparebo ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte dũ dicit michi per singulos dies vbi est deus tuus. Oratio.

Concede q̃s oĩpotens deus: vt qui solẽnitatẽ doni spiritus sancti colimus: celestibus desiderijs accensi: fõtẽ vite sitiam⁹ dominũ nostrũ iesum christũ filium tuũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate eiusdẽ spiritussctĩ de⁹. Sequit triplex letania cũ solennitate vt in vigilia pasche. Kyri el.

Gloria in excelsis deo: et i terra.
¶ Oratio ad missam dicenda.
Presta quesummus oīpotens de⁹: vt claritatis tue super nos splēdor effulgeat: ⁊ lux tue lucis corda eorū q̄ per gratiā tuam regenerati sunt: sancti spiritus illustratione confirmet. P.
Lectio actuū apostolorum. xix.
In diebus illis. Factum est cum apollo esset corinthi: ⁊ paulus peragratis superioribus partibus/ veniret ephesum: ⁊ inueniret quosdam discipulos. dixitq; ad eos. Si spiritū sanctū accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si spiritus sanctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis. Qui dixerunt. In iohannis baptisma te. Dixit autē paulus. Johannes baptizauit baptismo penitentie populū dicēs in eum qui vēturus esset post ipsum vt crederent: hoc est in iesum. His auditis: baptizati sunt in nomine domini iesu. Et cum imposuisset illis man⁹ paulus venit spiritus sanct⁹ sup eos ⁊ loquebantur linguis et prophetabant. Erant autem oēs viri: fere duodecim. Introgressus autē paulus synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses. Disputans et suadens de regno dei.
Alla. V. Cōfitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in seculū mia eius. Tractus.
Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. V. Quoniā ꝯfirmata est sup nos mia eius: ⁊ veritas dn̄i manet ineternum.
Scd̄m iohannem. xiiij.
In illo tēpore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem et alium paraclytum dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternū spiritū veritatis quē mundus non potest accipere: quia nō videt eum nec scit eum. Vos autē cognoscetis eum: quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos/ veniā ad vos. Adhuc modicum: et mūdus me iam non videt. Vos autē videtis me. quia ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis q̄a ego sum in patre meo: et vos in me. et ego i vobis. Qui habet mādata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Offer. Emitte spiritū tuum ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciē terre sit gloria dn̄i in seculū alla. Secreta.
Hostias populi tui q̄sumus domine miseratus intēde: et vt tibi reddantur accepte/ cōscientias nostras sancti spiritus salutaris emundet aduentus. Per dominū. in vnitate eiusdē. Prefatio. Cōmunicātes et diem sacratissimā pēthecosten preueniētes. Sed et memoriā venerātes. Hāc igit. Cōio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue hoc autē dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eum alla alla. Postcōio.
Presta quesumus omnipotens deus: vt spirit⁹ sanct⁹ adueniēs/ maiestatem nobis filij tui manifestando clarificet. Per eundem. in vnitate eiusdem.



In die pe͞thecostes. Introitus.



sunt vobis: dicite serui inutiles su=
mus. Quod debuim⁹ facere: feci=
mus. ¶ Dn̄ica. iij. Introitus.

Respice in me et mise=
rere mei dn̄e: quoniā
vnicus ⁊ pauper sum
ego vide humiliatem
meam ⁊ laborem me
um: et dimitte oīa peccata mea

deus meus. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Deprecationē nostrā q̄s domine benign⁹ exaudi: et q̄bus supplicandi p̄stas affectū: tribue defensionis auxilium. Per.

Lectio ep̄le beati petri ap̄li. j. v.

Carissimi. Humiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tp̄e visitatiōis. Om̄em solicitudinē vestrā proijcientes in eū: quoniā ipsi cura est de vobis. Sobrij estote et vigilate: quia aduersarius vester diabolus tāq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: sciētes eandē passionē ei que in mūdo est vestre fraternitatis fieri. De⁹ autem om̄is gratie qui vocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu modicum passos: ipse perficiet cōfirmabit solidabitq̄. Ipsi gloria ꝛ imperiū: in secula seculorum amen. ℟. Iacta cogitatum tuū in dño: et ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā: ab his qui appropinquant michi. Alla. ℣. In te dñe speraui nō cōfundar in eternū in tua iustitia libera me et eripe me. inclina ad me aurē tuā accelera vt eripias me

Secundum Lucam. xv.

In illo tempore. Erant appropinquātes ad iesum publicani et peccatores: vt audirent illum. Et murmurabant scribe ꝛ pharisei: dicentes. Quia hic peccatores recipit: et manducat cū illis. Et ait ad illos: parabolā istā dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et si perdiderit vnā ex illis. nonne dimittit nonagintanouē in deserto ꝛ vadit ad illam que perierat/ donec inueniat illā? Et cū inuenerit eam: īponit in humeros suos gaudens. Et veniens domū: cōuocat amicos et vicinos dicēs illis. Congratulamini michi: q̄a inueni ouē meā que perierat. Dico autē vobis quod ita erit gaudiū in celo super vno peccatore penitētiā agente. q̄ sup nonagintanouē iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decē: si pdiderit dragmā vnā/ nonne accēdit lucernam et euertit domū: ꝛ querit diligēter/ donec iueniat eam. Et cū inuenerit/ cōuocat amicos et vicinas dicēs. Cōgratulamini mihi: quia inueni dragmā quā perdideram. Ita dico vobis: gaudiū erit corā angelis dei sup vno peccatore: penitentiā agēte. Offr. Sperant in te om̄es qui diligūt nomen tuum dñe: quoniā nō derelinquis querentes te. psallite dño qui habitat in syon: q̄m non est oblitus oratiōes pauperū. Secreta

Munera quesum⁹ dñe oblata sanctifica. vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiāt. Per. Cōio. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam ꝛ exaudi verba mea. Postcōio.

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Per.

¶ Feria.iiij. Lectio epistole beati petri apostoli. Ad collocēces. iij

Fratres. Omne quodcūq̄ facitis in verbo aut in opere oīa in noīe dñi iesu christi gratias agentes deo et patri per ipsum. Mulieres subdite estote vi-

ris: sicut oportet in dño. Viri diligite vxores ꝛ nolite amari esse ad illas. Filij obedite parẽtibus per omnia. Hoc eni placitũ est dño. Patres nolite ad indignationẽ puocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. Serui obedite ꝑ omnia dominis carnalibus. Non ad oculũ seruiẽtes quasi hoibus placentes: sed i simplicitate cordis timẽtes deũ. Quodcunqꝫ facitis ex animo operamini sicut dño: et nõ hoibus. Sciẽtes qđ a dño accipietis retributionẽ hereditatis. Per iesum christum dominũ nostrũ.

Secundum Matheum. xij.

In illo tpe. Exeũtes pharisei consiliũ faciebãt aduersus iesum: quomodo eum perderent. Jesus autem sciens: recessit inde. Et secuti sunt eum multi: et curauit eos omẽs. Et precepit eis ne manifestum eum facerent / vt adimpleret quod dictum est per isayam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectꝰ meus in quo bene cõplacuit anime mee. Ponam spiritũ meũ super eum: et iudicium gẽtibus nũciabit. Non contẽdet neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis vocem eiꝰ in plateis. Arundinem quassatã non confringet: et lignum fumigans nõ extinguet. Donec eijciatur ad victoriã iudiciũ: ꝛ in nomine eius gẽtes sperabũt. ¶ Fer. vj

Lectio ep̃le btĩ petri apostoli. j.

Carissimi. Reportãtes spẽ fidei vestre salutem animarum: de qua salute exquisierunt antiqui atqꝫ scrutati sunt prophete / ꝙ de futura in vobis gratia prophetauerũt. Scrutantes in quod vel quale tẽpus significaret qui i eis erat spũs christi ꝓnũcians eas que i christo sunt passiões ꝛ posteriores glorias. Quibus reuelatũ est: q̃a nõ sibimetipsis vobis autẽ ministrabãt ea que nũc nunciata sunt vobis per eos ꝙ euãgelizauerunt vobis spiritu sctõ misso de celo in quẽ desiderant angeli prospicere. Propter qđ succincti lũbos mentis vestre sobrij perfecti / sperate in eam que offert vobis gratiam: in reuelationem iesu christi quasi filij obediẽtie. Nõ ꝯfigurãtes vos illis priorib' ignorãtie vestre desiderijs. sed scdm eum q̃ vocauit vos sanctũ. vt ꝛ ipsi scti in oĩ cõuersatiõe sitis. Quoniã scriptũ est. Scti eritis: quoniã ꝛ ego sanctus sum. Et si patrẽ iuocatis eũ ꝙ sine acceptione ꝑsonarũ iudicat: scdm vniuscuiusqꝫ opus: in timore incolatus vestri tẽpore: ꝯuersamini. Scdm Marcum. xj.

In illo tpe. Introiuit iesus hierosolymã in tẽplũ et circũspectis oĩbus cũ iam vesperi esset hora exiuit in bethaniam cum duodecim. Et alia die cũ exirent a bethania esurijt. Cumqꝫ vidisset a longe ficũ habentẽ folia: venit si quid forte iueniret in ea. Et cum venisset ad eã: nichil inuenit preter folia. Non eni erat tempus ficorũ. Et respõdẽs dixit ei. Jã non ampliꝰ ieternũ quisq̃ ex te mãducet fructũ. Et audiebãt discipuli eius. Et veniũt iterũ hierosolymã Et cũ itroisset in tẽplũ: cepit eijcere vendẽtes et ementes de tẽplo ꝛ mẽsas nũmulariorũ et cathedras

vendẽtiũ colũbas euertit. Et non sinebat vt quisq̃ transferret vas per templũ: et docebat eos dicẽs. Nõne scriptũ est quia dom⁹ mea domus orationis vocabit̃ oĩnib⁹ gẽtib⁹? Uos autẽ fecistis illã: speluncã latronũ. Quo audito principes sacerdotum et scribe: querebant eũ quomodo pderẽt. Timebant eni eũ: quoniã vniuersa turba admirabat̃ sup doctrina eius Et cũ vespera facta esset: egrediebat̃ de ciuitate. Et cũ mane trãsirẽt: viderũt ficũ aridã factã a radicib⁹. Et recordat⁹ petr⁹ dixit ei. Rabbi: ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens iesus: dixit eis. Habete fidẽ dei. Amẽ dico vobis: q̃a quicũq̃ dixerit huic mõti tollere et mittere in mare ꝛ nõ hesitauerit in corde suo: sed crediderit q̃a quodcũq̃ dixerit fiat/ fiet ei

¶ Dominica. iiij. Introitus.



Dominus illumĩatio mea: et sal⁹ mea quẽ timebo dñs defensor vite mee. a quo trepidabo qui tribulãt me inimici mei: infirmati sunt ꝛ ceciderunt. Ps. Si ↄsistant aduersum me castra non timebit cor meũ. Oratio.

Protector in te sperãtiũ deus: sine quo nichil est validum nichil sanctũ: multiplica super nos misericordiã tuã/ vt te rectore te duce sic transeam⁹ per bona tẽporalia/ vt non amittamus eterna. Per. Ad Romanos. viij.

Fratres. Existimo eni q̃d nõ sunt ↄdigne passiones huius tẽporis ad futurã gloriam que reuelabit̃ in vobis. Nã expectatio creature: reuelationẽ filiorũ dei expectat. Uanitati eni creatura subiecta est non volens: sed ꝓpter eũ q̃ subiecit eã ĩ spe. Quia et ipsa creatura liberabit̃ a seruitute corruptionis in libertatẽ glorie filiorũ dei. Scim⁹ eni q̃ oĩs creatura ĩgemiscit ꝛ parturit vsq̃ adhuc. Nõ solũ autẽ illa: sed et nosipsi primicias spiritus habentes: et ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorũ dei: expectãtes redemptionẽ corpis nostri. In christo iesu: dño nostro. ℟. Propicius esto dñe pctĩs nostris nequãdo dicant gẽtes vbi est deus eorũ. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et ꝓpter honorem noĩs tui dñe libera nos. Alla. ℣. Oẽs gentes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultatiõis. Scdm Lucam. vj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite cõdẽnare: ꝛ non condẽnabimini. Dimittite ꝛ dimittemini. Date et dabitur vobis. Mensuram bonam et cõfertam et coagitatã ꝛ supeffluẽtem: dabũt ĩ sinũ vestrũ. Eadẽ quippe mẽsura qua mẽsi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Nũquid potest cecus cecũ ducere? Nonne ambo in foueã cadũt? Nõ est discipulus sup magistrũ. Perfect⁹ autẽ oĩs erit: si sit sicut magister ei⁹. Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui: trabem aũt que in oculo tuo est nõ cõsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eyciã festucã de oculo tuo: ip

se in oculo tuo trabem non vides? Ipocrita. Eiice primũ trabem de oculo tuo: et tunc pspicies vt educas festucam: de oculo fratris tui. Offer. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus meus preualui aduersus eum.

Secreta. Respice dñe munera supplicãtis ecclesie et saluti credentiũ perpetua sanctificatione sumenda concede. Per.

Cõio. Dñs firmamentũ meũ et refugium meũ et liberator meus: deus meus adiutor meus.

Postcõio. Sancta tua nos domine sumpta viuificent/ et misericordie sempitne pparẽt expiatos. P.

Fer. iiij. et. vj. ad Romanos v.

Fratres. Sicut per vnius delictũ in omnes hoies in cõdẽnationẽ: sic et per vnius iustitiam in oẽs hoies ĩ iustificationẽ vite. Sicut enim per inobediẽtiã vnius hois peccatores constituti sunt multi: ita et per vni⁹ obedientiam iusti constituent multi. Lex autẽ subintrauit vt abũdaret delictum. Ubi autẽ abundauit delictum: supabũdauit et gratia. Ut sicut regnauit peccatũ in mortẽ: ita et gratia regnet per iusticiam in vitam eternã. Per iesum christum: dominum nostrum.

Secundum Lucam. ix.

In illo tẽpore. Factũ est dũ cõplerent dies assumptionis iesu: et ipse faciẽ suam confirmauit vt iret in hierusalẽ. Et misit nuncios ante conspectũ suũ: et euntes intrauerunt in ciuitatẽ samaritanorum vt pararent illi. Et non receperũt eũ: quia facies ei⁹ erat euntis in hierusalem. Cũ vidissent autẽ discipuli eius iacob⁹ et iohãnes: dixerunt. Dñe vis dicimus vt ignis descẽdat de celo: et consumat illos. Et cõuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hois non venit aĩas hoĩm perdere: sed saluare. Et abierũt in aliud castellum.

Dominica. v. Introitus.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te adiutor meus esto ne derelinquas me neq̃ despicias me deus salutaris meus. ps. Dñs illumiatio mea et salus mea quẽ timebo.

Oratio. Da nobis q̃s dñe: vt et mũdi curs⁹ pacifice nobis tuo ordine dirigat: et ecclesia tua trãquilla deuotione letetur. Per dominũ nostrum iesum.

Lectio epistole beati petri apostoli. I. iij.

Carissimi. Oẽs vnanimes in oratione estote: cõpatiẽtes fraternitatis amatores. misericordes/ humiles. non reddẽtes malũ pro malo/ vel maledictum pro maledicto: sed ecõtrario bñdicẽtes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionẽ hereditate possideatis. Qui enĩ vult vitã diligere et videre dies bonos: coerceat linguã suam a malo: et labia eius ne loquantur dolũ. Declinet autem a malo et faciat bonũ: inquirat pacem et sequatur eam. Quia oculi dñi super iustos: et aures eius ad preces eorũ. Uultus autẽ dñi: sup facientes mala. Et quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis. Sed et si quid patimini pro-

pter iustitiā beati. Timorē autē eorum ne timueritis: vt nō cōturbemini. Dn̄m autē christū sanctificate in cordib⁹ vestris. ℟. Protector noster aspice deus: et respice sup seruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutū exaudi preces seruorū tuorū. Alla. ℣. Te decet hymn⁹ deus in syon: ⁊ tibi reddetur votum in hierusalē ℣. Replebimur in bonis domus tue: sanctū est tēplū tuū mirabile in equitate. Scdm Lucam. v.

In illo tpe. Cū turbe irruerēt ad iesum vt audirēt verbū dei: et ipse stabat secus stagnū genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnū. Piscatores autem descēderāt: et lauabāt rhetia. Ascēdens autē in vnā nauim que erat symōis: rogauit eum vt a terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas Ut cessauit autē loqui: dixit ad symonē. Duc in altū: et laxate rhetia vestra in capturā. Et respondens symon: dixit illi. Preceptor per totā noctē laborātes: nichil cepimus. In verbo aūt tuo: laxabo rhete. Et cū hoc fecissent: concluserunt pisciū multitudinē copiosam. Rumpebat autē rhete eorū. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui vt venirēt: et adiuuarēt eos. Et venerūt ⁊ impleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cū videret symō petrus: procidit ad genua iesu dicēs Exi a me: qa homo peccator sum dn̄e. Stupor eni circūdederat eū: et oēs qui cū illo erant in captura pisciū quā ceperāt. Similiter autem iacobū et iohānē filios zebedei qui erāt socij symonis. Et ait ad symonē ies⁹. Nolite timere / ex hoc iā hoīes eris capiens. Et subductis ad terrā nauib⁹: relictis omnibus secuti sunt eū. Offr. Benedicam dn̄m q̄ tribuit michi itellectū: pui debā deū in cōspectu meo semp: qm̄ a dextris est michi ne cōmouear. Secreta.

Oblatiōibus q̄s dn̄e placare susceptis: ⁊ ad te nostras etiā rebelles cōpelle propicius voluntates. Cōio. Unam petij a domino hanc requiram / vt inhabitē in domo dn̄i oībus diebus vite mee. Postcōio.

Misteria nos dn̄e sancta purificent: et suo munere im perpetuū tueant. Per. ¶ Fer. iiij Epla. Fratres. Sicut p vni⁹ delictū. et Euange. Factū est. quere feria. iiij. folio precedenti.

¶ Fer. vi. ad Romanos. ij. ⁊ iiij.

Fratres. Arbitramur iustificari hominē per fidē: sine operib⁹ legis. An iudeorū deus tantū? Nonne et gentiū? Immo et gentiū. Quoniā quidē vn⁹ est de⁹ qui iustificat circuncisionē ex fide: et prepuciū per fidē. Legē ergo destruim⁹ per fidem? Absit. Sed legem statuim⁹. Quid ergo dicemus inuenisse abrahā patrē nostrū scdm carnē. Si enim abraham ex operibus legis iustificat⁹ est: habet gloriā sed nō apud deū. Quid eni scriptura dicit? Credidit abraham deo: ⁊ reputatū est illi ad iustitiā. Ei autē qui operat merces nō imputatur scdm gratiam: sed scdm debitum. Ei vero qui non operatur credēti autem in eum qui iustificat impiū / reputatur fides eius: ad iustitiam.

Secundum Matheum. xj.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: non surrexit inter natos mulierū maior iohāne baptista. Qui autē minor est in regno celorū: maior est illo. A diebus autē iohānis baptiste vsq nunc regnū celorū vim patitur: et violenti rapiunt illud. Omnes eni prophete & lex vsq ad iohanē ꝓphetauerunt. Et si vultis recipere: ipse est helyas qui vēturus est. Qui habet aures audiēdi audiat. Cui autē similē estimabo generationē istā? Similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes coequalib9 dicūt. Cecinimus vobis: & nō saltastis. Lamētauimus: et nō planxistis. Uenit autē iohānes neq manducās neq bibens: et dicunt demoniū habet. Uenit autē filius hoīs mādu cans et bibens: et dicunt. Ecce homo vorax et potator vini: publicanorum et peccatorꝫ amicus. Et iustificata est sapiētia: a filijs suis.

Dominica sexta. Introitus.

DOmin9 fortitudo plebis sue et protector salutariū christi sui est/ saluū fac populū tuū dñe: & bñdic hereditati tue et rege eos & extolle illos vsq in seculū. Ps. Ad te dñe clamabo deus me9 ne sileas a me: neqñ taceas a me et assimilabor descēdētib9 in lacū. Oro.

DEus qui diligētibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordib9 nostris tui amoris affectū: vt te in omībus et sup oīa diligētes: ꝓmissiōes tuas que omne desideriū superāt cōsequamur. Per dñm nostrū iesū xpm filium tuū. Ad Romanos. vj.

FRatres. Quicūq baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sum9. Cōsepulti eni sumus cum illo per baptismū in mortē. vt quomodo surrexit christ9 a mortuis per gloriā patris. ita et nos in nouitate vite ambulem9. Si eni complātati facti sumus similitudini mortis ei9 simul et resurrectiōis erim9. Hoc sciētes quia vetus homo noster simul crucifixus est/ vt destruatur corpus peccati: vt vltra nō seruiamus peccato. Qui eni mortu9 est: iustificat9 est a peccato. Si enim mortui sumus cum christo: credimus quia simul etiā viuem9 cum christo. Sciētes q christus resurgens ex mortuis iam nō moritur mors illi vltra non dñabitur. Quod eni mortuus est peccato: mortu9 est semel. Quod autē viuit: viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidē esse pctō. viuētes autē deo. In christo iesu: dño nostro.

℟. Cōuertere dñe aliq̄ntulū: et depcare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie.

All'a. ℣. Attēdite popule meus in legem meā. Scdm Matheum. v.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: quia nisi abūdauerit iustitia vestra plusq scribarū & phariseorū: non intrabitis in regnū celorum. Audistis quia dictū est antiquis. Nō occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia omīs qui irascit fratri suo: reus erit iudicio. Qui aūt dixerit fratri suo racha: reus

erit concilio. Qui autē dixerit fa-
tue: reus erit gehēne ignis. Si er
go offers munus tuū ad altare: &
ibi recordatus fueris/ quia frater
tuus habet aliquid aduersum te:
relinque ibi munus tuū ante alta
re: et vade prius recōciliari fratri
tuo. Et tūc veniens offeres munus
tuum. Offer. Perfice gressus meos i
semitis tuis/ vt nō moueāt vestigia mea
inclina aurem tuam & exaudi verba mea
mirifica misericordias tuas q̄ saluos fa
cis sperātes in te domine. Secreta

Propiciare dñe supplicatio
nibus nostris: & has obla-
tiones famulorum famularūq; tua-
rum benignus assume: vt qd̄ sin-
guli obtulerūt ad honorem nōis
tui/ cunctis pficiat ad salutē. Per
dñm. Cōio. Circuibo et imolabo i ta
bernaculū eius: hostiam iubilationis cā
tabo et psalmū dicam dño. Postcōio.

Quos celesti dñe dona sacia
sti presta qs: vt a nr̄is mū-
demur occultis: et ab hostiū libe-
remur insidijs. Per dominum.

¶ Fer. iiij. ad Hebreos. xij. et. xiij.

Fratres. Habemus gratiā
per quā seruiamus placē-
tes deo cū metu et reuerentia. Et-
enim deus noster ignis cōsumens
est: caritas fraternitatis maneat
in vobis: et hospitalitatem nolite
obliuisci. Per hanc eni placuerūt
quidā angelis hospicio receptis.
Mementote vinctorum tanq̄ simul
vincti: et laborātiū tanq̄ et ipsi in
corpore manētes. Honorabile cō-
nubiū oibus: et thorus imacula-
tus. Fornicatores enim et adulte
ros: iudicabit deus. Sint mores ve
stri sine auaricia: cōtenti psentibus.
Ipse eni dixit. Non te deserā: ne-
q; derelinquā. ita vt confidēter di
camus. Dñs mihi adiutor est: nō
timebo quid faciat michi homo.
Mementote prepositorū vestrorum
qui vobis locuti sunt verbum dei:
quorū intuētes exitū cōuersatio-
nis/ imitamini fidē. Jesus christus
heri et hodie: ipse etiā in secula se-
culorum. Scdm Matheum. v.

In illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis. Esto consentiēs
aduersario tuo cito dum es in via
cū eo: ne forte tradat te aduersari
us iudici: et iudex tradat te mini-
stro et in carcerē mittaris. Amen
dico tibi: nō exies inde donec red-
das nouissimū quadrantē. Audi-
stis: quia dictū est antiquis. Non
mechaberis. Ego aūt dico vobis.
Quia omis qui viderit mulierem
ad cōcupiscēdā eam: iam mecha-
tus est in corde suo. Quod si oculus
tuus dexter scādalizat te: erue eū
et proijce abs te. Et si dextera ma
nus tua scādalizat te: abscide eā &
proijce abs te. Expedit enim tibi vt
pereat vnū mēbrorū tuorum: q̄ totū
corpus tuum eat in gehennam.

¶ Feria. vj. Lectio epistole beati
Johannis apostoli. secundo.

Carissimi. Hec scribo vobis
vt nō peccetis. Sed et si qs
peccauerit/ aduocatum habemus
apud patrē iesum christū iustum:
et ipse est propiciatio pro pctis no
stris. Non pro nostris autē tantū
sed etiam pro totius mundi. Et in
hoc scimus: quoniā cognouimus
eum: si mādata eius obseruamus.
Qui dicit se nosce eum et mādata
eius nō custodit: mēdax est et veri

tas in eo non est. Qui autẽ seruat mãdata eius: vere in hoc caritas dei pfecta est. In hoc scimus: quoniam in christo sumus. Qui dicit se i christo manere: debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare. Carissimi nõ mandatũ nouũ scribo vobis: sed mandatũ vetus quod habuistis ab initio. Mãdatum vetus est verbum quod audistis. Iterũ mandatũ nouũ scribo vobis quod est verũ: et in ipso et in vobis. Quoniam tenebre transierunt: et lumen verum iam lucet.

Secundum Matheum. v.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Audistis qa dictum est antiquis. Nõ periurabis: reddes autem dño iuramẽta tua. Ego autẽ dico vobis: non iurare omnino. Neqꝫ per celum: qa thronus dei est. Neqꝫ per terram quia scabellũ pedũ eius est. Neqꝫ per hierosolymã: quia ciuitas est magni regis. Neqꝫ per caput tuũ iuraueris: quia non potes vnũ capillum albũ facere aut nigrum. Sit autẽ sermo vester: est est/ non non. Quod autẽ his abũdantius est: a malo est. Audistis quia dictum est oculum pro oculo: et dentem pro dente. Ego autẽ dico vobis: non resistere malo. Sed si qs te percusserit in dexterã maxillã tuã: prebe illi et alteram. Et ei qui vult tecũ iudicio cõtẽdere/ et tunicam tuã tollere: remitte illi et pallium. Et quicũqꝫ te angariauerit mille passus: vade cum illo alia duo. Qui petit a te: da ei. Et volẽti a te mutuari: ne auertaris.

Dominica. vij. Introitus.



Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ps. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

Deus virtutũ cuius est totũ quod est optimũ: insere pectoribus nostris amorẽ tui nois et presta in nobis religiõis augmentum: vt que sũt bona nutrias/ ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dominũ nostrum iesum. Ad Romanos. vj.

Fratres. Humanum dico ppter ĩfirmitatẽ carnis vestre. Sicut eni exhibuistis mẽbra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniqtatẽ: ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationẽ. Cum eni serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructum habuistis tũc in illis in quibus nũc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autẽ facti deo: habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ: finẽ vero vitam eternã. Stipẽdia enim peccati: mors. Gratia autẽ dei: vita eterna. In christo iesu: dño nostro. ℟. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non confundẽtur. Alla. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmum iocundum cum cythara.

Secundum Marcum. viij.

In illo tẽpore. Cũ esset turba multa cũ iesu nec haberent quod manducarent: cõuocatis discipulis suis: ait illis. Mise-

reor sup turbā. quia ecce iam triduo sustinent me/ nec habēt quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā/ deficiēt in via Quidā enim ex eis de longe venerunt. Et respōderunt ei discipuli sui. Unde istos quis hic poterit saturare panibus in solitudine? Et iterrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt ei. Septē. Et precepit turbe discūbere super terram. Et accipiēs panes septē: gratias agēs fregit. et dabat discipulis suis vt apponerēt. Et apposuerunt turbe. Habebāt autem pisciculos paucos: et ipsos benedixit et iussit apponi. et māducauerunt et saturati sunt. Et sustulerūt quod superauerat de fragmētis/ septē sportas. Erant autē qui manducauerunt quasi quattuor milia: et dimisit eos. Offr. Sicut in olocaustum arietum et taurorū: et sicut in milibus agnorū pinguiū: sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie/ vt placeat tibi: qa nō est cōfusio cōfidētib9 in te dn̄e.

Propiciare dn̄e Secreta. supplicatiōibus nostris: et has oblatiōes populi tui benign9 assume: et vt nullius sit irritū votum/ nulli9 vacua postulatio: presta quesum9 vt quod fideliter petimus: efficaciter consequamur. Per. Cōio. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas nos. Postcōio.

Repleti sumus domine muneribus tuis tribue quesumus. vt eorum mūdemur effectu et muniamur auxilio. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

Feria. iiij. ad Romanos. viij.

Fratres. Nichil nūc damnatiōis est his qui sunt in christo iesu: qui nō scd̄m carnem ambulant. Lex eni spirit9 vite in in christo iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnē de9 filiū suū mittens in similitudinē carnis peccati: et de peccato damnauit peccatū in carne. vt iustificatio legis iplēretur in nobis/ qui nō scd̄m carnē ambulamus: sed scd̄m spiritum. Qui eni scd̄m carnē sunt: que carnis sūt sapiūt. Qui vero scd̄m spiritū: que sunt spirit9 sentiūt. Nā prudētia carnis/ mors est. Prudētia autem spiritus/ vita et pax. In christo iesu: domino nostro.

Secundum Matheum. xvj.

In illo tempore. Accesserūt ad iesum saducei et pharisei tentantes: et rogauerūt eū/ vt signū de celo ostēderet eis. At ille respondens: ait illis. Facto vespere dicitis serenū erit: rubicūdum est eni celū. Et mane hodie tempestas: rutilat eni triste celū. Faciē ergo celi diiudicare nostis: signa autem tēporū non potestis scire. Gn̄atio mala et adultera signum querit: et signū nō dabit ei/ nisi signum ione pphete. Et relictis illis abijt. Et cū venissent discipuli eius transfretū: obliti sunt panes accipere. Qui dixit eis. Intuemini: et cauete a fermēto phariseorum et saduceorum. At illi cogitabāt intra se dicentes. Quia panes nō accepimus. Sciens aūt iesus: dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei: qa panes nō habetis? Non-

dum intelligitis neq̃ recordamini quinq̃ panũ & quinq̃ milia hominũ: et quot cophinos sumpsistis? Neq̃ septẽ panũ et quattuor milium hoim: et quot sportas sumpsistis? Quare nõ intelligitis / q̃a nõ de pane dixi vobis cauete a fermento phariseorũ et saduceorũ? Tunc intellexerũt quia non dixerat cauẽdũ a fermẽto panũ. Sed a doctrina phariseor̃: & saduceor̃.

Feria. vj. ad Romanos. viij.

Fratres. Sapiẽtia carnis inimica est apud deũ. Legi autẽ dei non subijcitur: nec enĩ potest. Qui autem in carne sunt: deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis: sed in spiritu: si tamen spirit⁹ dei habitat in vobis. Si quis autẽ spiritũ christi nõ habet: hic nõ est eius. Si autem christ⁹ in vobis est: corp⁹ quidẽ mortuũ est ꝑpter peccatũ / spiritus vero viuit ꝑpter iustificationem. Qđ si spirit⁹ eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat i vobis: qui suscitauit iesum christũ a mortuis: viuificabit et mortalia corpora vestra / ꝑpter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Secundum Matheum. xij.

In illo tpe. Abijt iesus sabbato per sata: discipuli autem eius esuriẽtes ceperunt vellere spicas / & manducare. Pharisei autẽ vidẽtes: dixerũt ei. Ecce discipuli tui faciunt: quod nõ licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nõ legistis q̃d fecerit dauid quãdo esurijt: et qui cũ eo erant quomodo intrauit in domũ dei: et panes propositionis comedit: quos nõ licebat ei edere: nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ violant et sine crimine sunt? Dico autẽ vobis: quia tẽplo maior est hic. Si autẽ sciretis quid est misericordiã volo: & nõ sacrificiũ. nũq̃ cõdẽnassetis inocentes.

Dominica. viij. Introit⁹.



Suscepimus deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui scđm nomen tuum deus: ita & laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Ps. Magn⁹ dñs & laudabilis nimis. in ciuitate dñi in monte sctõ eius. Oratio

Deus cuius prouidentia in sui dispositione nõ fallit: te supplices exoramus / vt noxia cũcta submoueas: et oĩa nobis profutura cõcedas. Per dominũ nostrum. Ad Romanos. viij.

Fratres. Debitores sum⁹ nõ carni: vt scđm carnem viuamus. Si enĩ scđm carnem vixeritis: moriemini. Si enim spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicunq̃ enĩ spiritu dei agunt: hij filij dei sunt. Non enĩ accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore. Sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ dei in quo clamamus abba pater. Ipse enĩ spiritus / testimoniũ reddit spiritui nostro: quod sum⁹ filij dei. Si autem filij. et heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem christi.

R. Esto michi in deũ protectorẽ & in locum refugij / vt saluũ me facias. V. Deus in te speraui dñe nõ cõfundar ineternum. Alleluya. V. Domine deus sa

lutis mee in die clamaui: et nocte corā te.

Secundum Matheum. vij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis pphetis qui veniūt ad vos i vestimentis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructib⁹ eorū cognoscetis eos. Nunqd colligūt de spinis vuas / aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor bona: fructus bonos facit. Mala autem arbor: fructus malos facit. Non potest arbor bona fruct⁹ malos facere / neqꝫ arbor mala fruct⁹ bonos facere. Omnis arbor que nō facit fructum bonū excidetur: et in ignem mittetur. Igitꝰ ex fructib⁹ eorū cognoscetis eos. Nō omīs qui dicit michi dñe dñe: intrabit in regnū celorū. Sed qui facit volūtatē patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnū celorū. Offer. Populum humilem saluum facies domine: et oculos superborum humiliabis. quoniā quis deus preter te domine. Secreta.

Deus qui legaliū differentiā hostiarū vni⁹ sacrificij perfectiōe sanxisti: accipe sacrificium oblatū a deuotis tibi famulis / ꝛ pari bñdictiōe sicut munera abel sanctifica: vt qđ singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē cūctis pficiat ad salutē. P. Cōio.

Gustate et videte quoniā suauis est dominus: beat⁹ vir q̄ sperat i eo. Postcō.

Tua nos domine medicinalis opatio: et a nostris peruersitatibus clemēter expediat et ad ea que sunt recta perducat. P.

¶ Feria. iiij. ad Corinthios. i. j.

Fratres. Nō misit me christus baptizare: sed euāgelizare. Non in sapientia verbi: vt nō euacuetꝰ crux christi. Verbum eni crucis pereūtib⁹ quidē stulticia est. His autē qui salui fiunt id est nobis: virtus dei est. Scriptū est eni. Perdā sapientiā sapiētiū: et prudentiā prudētiū reprobabo Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi? Nōne stultam fecit deus sapiētiā hui⁹ mundi? Nam quia in dei sapiētiā non cognouit mūdus per sapiētiā deum: placuit deo per stulticiā predicationis saluos facere credētes Quoniam et iudei signa petūt: et greci sapientiā querūt. Nos autē predicamus christū crucifixū: iudeis quidē scandalū gētibus autē stulticiā. Ipsis autem vocatis iudeis atqꝫ grecis christū dei virtutem et dei sapientiā. Quia qđ stultū est dei: sapiētius est hoibus. Et qđ infirmū est dei: fortius est hoibus. Secundū Marcum. ix.

In illo tpe. Dixit iohannes ad iesum. Magister vidim⁹ quendā in noie tuo eijciētē demonia: qui nō sequitꝰ nos: ꝛ prohibuimus eum. Jesus autē ait. Nolite prohibere eum. Nemo est eni qui faciat virtutē in noie meo: et possit cito male loqui de me. Qui enī non est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis eni potū dederit vobis calicē aque i noie meo: qa christi estis. Amen dico vobis: nō perdet mercedē suā. Et quisquis scādalizauerit vnū ex his pusillis credētib⁹ in me / bonū est ei magis si circūdaretur mola asinaria collo eius: ꝛ in mare mitteretꝰ. Et si scādalizauerit te man⁹ tua: abscide

illam. Bonū est tibi debilē itrare
in vitam: quā duas man⁹ habētē
ire in gehennā in ignem inextin=
guibilē: vbi vermis eorū non mo=
ritur: ꝛ ignis non extinguit. Et si
pes tuus scandalizat te: amputa
illum. Bonū est tibi claudū itroi=
re ad vitam eternā: quā duos pe=
des habētē mitti in gehēnā ignis
inextinguibilis. Ubi vermis eorū
non moritur: ꝛ ignis nō extingui
tur. Quod si oculus tuus scādali
zat te: eiice eum. Bonū est tibi lu=
scum introire in regnū dei: ꝙ du=
os oculos habentē mitti in gehen
nam ignis. vbi vermis eorum nō
moritur: et ignis nō extinguitur.

¶ Feria.vj.ad Corinthios. j.j.

Fratres Videte vocationē
vestram: quia non multi
sapientes scd̄m carnē. Non mul=
ti potētes: nō multi nobiles. Sed
que stulta sunt mundi elegit de⁹:
vt confundat sapiētes. Et ifirma
mundi elegit deus: vt confundat
fortia. Et ignobilia mundi et con
tēptibilia elegit de⁹. et ea que nō
sunt: vt ea que sunt destrueret. vt
non glorietur oīs caro in cōspe=
ctu eius. Ex ipso autē vos estis in
christo iesu: qui factus est sapien=
tia nobis a deo et iustitia ꝛ sancti=
ficatio et redemptio. Ut quemad
modū scriptū est. Qui gloriatur:
in domino glorietur.

Secundum Matheum. xxiij.

In illo tpe. Dixit iesus tur=
bis iudeorꝫ: ꝛ principib⁹ sa=
cerdotū. Ue vobis scribe et phari=
sei ipocrite qui clauditis regnum
celorū ante hoīes vos autem non
intratis: nec introeuntes sinitis
intrare. Ue vobis scribe et phari=
sei ipocrite qui circuitis mare et
aridam: vt faciatis vnū proselitū
Et cum fuerit factus: faciatis eū
filiū gehenne duplo ꝙ vos. Ue vo=
bis duces ceci qui dicitis quicūqꝫ
iurauerit per templum: nichil est
qui autem iurauerit in auro tem
pli debet. Stulti et ceci. Quid enī
maius est/ aurū: an templū quod
sanctificat aurū. Et quicūqꝫ iura
uerit in altari nichil est. quicunqꝫ
autem iurauerit in dono quod est
super illud debet. Ceci quid enim
maius est: donū/ an altare qđ san
ctificat donū. Qui ergo iurat ī al
tari: iurat in eo et in oībus que su
per illud sunt. Et quicūqꝫ iuraue=
rit in tēplo: iurat in illo ꝛ in eo qui
habitat in ipso. Et qui iurat in ce=
lo: iurat in throno dei et in eo qui
sedet super eum. Ue autem vobis
scribe et pharisei ipocrite qui de=
cimatis mentā et anetū ꝛ ciminū
et reliquistis que grauiora sūt le=
gis iudicium et misericordiā et fi
dem. hec oportuit facere: ꝛ illa nō
omittere.

¶ Dñica.ix. Introitus

Ecce deus adiuuat me
et dominus susceptor
est anime mee auerte
mala inimicis me. si i
veritate tua disperde
illos protector meus dñe. ps. De⁹
in nomine tuo saluum me fac: et in virtu
te tua iudica me.

Oratio.

Largire nobis q̄s dñe sem=
per spiritū cogitādi que re
cta sunt propici⁹ et agendi: vt qui
sine te esse nō possumus: scd̄m te
viuere valeamus. Per dominū.

Ad Corinthios. prime.x.

Fratres. Non sim⁹ cōcupiscētes malorū: sicut et illi cōcupierūt. Neqꝫ idolatre efficiamini: sicut quidā ex ipsis queadmodū scriptū est. Sedit populus mādu care ⁊ bibere: et surrexerūt ludere. Neqꝫ fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt ⁊ ceciderunt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tētem⁹ christū: sicut qdā eorū tētauerūt: ⁊ a serpentib⁹ perierūt. Neqꝫ murmura ueritis sicut quidā eorū murmurauerūt: et perierūt ab exterminatore. Hec autē omnia in figura cōtingebāt illis. Scripta sunt aūt ad correptionē vestrā: in quos fines seculorū deuenerūt. Itaqꝫ q̄ se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat: nisi humana. Fidelis autē deus est: qui non patietur vos tentari supra id qd̄ potestis. Sed faciet cum tentatione etiam prouentū: vt possitis sustinere. ℞. Dñe dñs noster q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. ℣. Qm̄ eleuata est magnificētia tua super celos. Alleluya. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatione ⁊ progenie.

Secundum Lucam. xvj.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues: qui habebat villicū. Et hic diffamat⁹ est apud illū: quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit eum ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iam enim nō poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciā quia dominus meus aufert a me villicationē? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio qd̄ faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Cōuocatis autem singulis debitorib⁹ dñi sui: dicebat primo. Quantū debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionem tuā ⁊ sede: cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Cētū choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniqtatis: quia prudenter fecisset. Quia filij hui⁹ seculi: prudētiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiant vos: in eterna tabernacula. Offr. Iusticie dñi recte letificātes corda ⁊ dulciora sup mel et fauū. nā et seruus tu⁹ custodit ea. Secreta.

Suscipe munera dñe quesumus q̄ tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec sacrosctā mysteria gratie tue operante virtute: et in presentis vite nos conuersatione sanctificent: et ad gaudia eterna perducant. Per dñm nostrum iesum christū. Cōio. Primum querite regnū dei: et omnia adijciētur vobis dicit dominus. Postcōio.

Sit nobis domine reparatio mentis et corporis celeste mysteriū vt cuius exequimur actionē sentiamus effectū. Per.

¶ Feria.iiij.ad Corinthios. xv.

Fratres. Non oīs caro eadem caro: sed alia hominū. alia pecorū. alia volucrū. alia autē pisciū. Et corpora celestia et

corpa terrestria. Sed alia quidē celestiū gl'ia: alia autē terrestriū. Alia autē claritas solis. alia claritas lune. alia claritas stellarum. Stella eni a stella differt in claritate. sic ꝛ resurrexio mortuorum. Seminat' in corruptione: surget in incorruptiōe. Seminat' i ignobilitate: surget in gl'ia. Seminat' in infirmitate: surget in virtute. Seminat' corp' aiale: surget corpus spūale. Si est corp' aiale: est ꝛ corp' spiritale. Sicut scriptū est. Fact' est prim' homo adā in animam viuētē: nouissim' adā in spiritū viuificātē. Sed nō pri' qđ spiritale est: sed qđ aiale. Deinde qđ spiritale est. Scđm Lucam. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est Et qui in modico iniquus est: ꝛ in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis: quod verū est/quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis. quod vestrū est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnū odiet ꝛ alterum diliget: aut vni adherebit. et alterū contempnet. Non potestis deo seruire ꝛ mammone. Audiebāt autē oīa hec pharisei qui erant auari: et deridebāt illū. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corā hoībus: deus autē nouit corda vestra. Quia qđ hoībus altū est: abominatio est ante deū.

Feria. vj. ad Romanos. vj.

Fratres. Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore: vt obediatis cōcupiscentijs eius. Sed neq3 exhibeatis mēbra vestra arma iniqtatis pctō: sed exhibete vos deo: tāq3 ex mortuis viuētes. ꝛ mēbra vestra arma iusticie deo. Peccatū enim in vobis nō dñabit'. Nō eni sub lege estis: sed sub gratia. Quid ergo? Peccauimus qm̄ nō sum' sub lege: sed sub gratia? Absit. An nescitis qm̄ cui exhibuistis vos seruos ad obediēdū: serui estis eius cui obedistis siue peccati in mortē/siue obeditionis ad iustitiā? Gratias autē deo qđ fuistis serui peccati. obedistis autē ex corde in eam formā doctrine i qua traditi estis. Liberati autem a pctō: serui facti estis iusticie. Per iesum xp̄m: dñm nostrū.

Secundum Lucam. xj.

In illo tpe. Rogabat iesum quidā phariseus: vt pranderet apud se. Et ingressus: recubuit. Phariseus autē cepit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prandium? Et ait dñs ad illum. Nunc vos pharisei quod de foris est calicis ꝛ catini mundatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina et iniquitate. Stulti. Nonne qui fecit quod de foris est: etiā id quod deintus est fecit? Verūtamen qđ superest date elemosinam: et ecce omnia munda sunt vobis.

Dñica decima. Introitus.

Cum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquāt mihi ꝛ humiliauit eos q̄ est ante secula ꝛ manet ieternū iacta cogitatū tuū in dño: ꝛ ipse te enu

triet. ps. Exaudi deus orationē meā. & ne despexeris deprecationē meā. Oratio.

Pateant aures mie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata cōcedas fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dñm nostrū.

Ad Corinthios. prime. xij.

Fratres. Scitis quoniā cū gentes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini eūtes. Ideo notū vobis facio: quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dominus iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiōes vero gratiarum sunt: idem autē spiritus. Et diuisiōes ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationū sunt: idē vero de⁹ qui operatur oīa in oībus. Unicuiqꝫ autē datur manifestatio spiritus ad vtilitatē. Alij quidē p spiritum datur sermo sapientie. alij sermo sciētie scđm eūdem spiritū alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij operatio virtutū: alij prophetia: alij discretio spirituum. Alij genera linguarū: alij interpretatio sermonū. Hec autē omnia operatur vnus atqꝫ idem spiritus. Diuidēs singulis: prout vult. R. Custodi me dñe vt pupillam oculi tui: sub vmbra alarū tuarum protege me. V. De vultu tuo iudicium meū pdeat oculi tui videant equitatem. Alleluya. V. Dominus regnauit decorem induit: īduit dñs fortitudinē et pcinxit se virtute

Secundum Lucam. xix.

In illo tpe. Cum appropinquaret iesus hierusalem videns ciuitatē fleuit sup illā dicēs: quia si cognouisses et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi: nūc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te et circūdabūt te inimici tui vallo et circūdabūt te: et coangustabunt te⁹ vndiqꝫ et ad terrā psternēt te et filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquent in te lapidē super lapidē eo qđ non cognoueris tēpus visitationis tue. Et ingressus in templū cepit eijcere vendētes in illo et ementes: dicens illis. Scriptū est qđ dom⁹ mea domus oratiōis vocabit. Uos autē fecistis illā speluncā latronū. Et erat docens: quotidie in tēplo. Offr. Ad te dñe leuaui aīam meā: de⁹ me⁹ in te cōfido nō erubescā. neqꝫ irrideāt me inimici mei / etenī vniuersi q̄ te expectāt nō cōfundent. Secre.

Concede nobis hec q̄s domine digne frequētare mysteria: q̄a quotiēs hui⁹ hostie cōmemoratio celebrat: opus nostre redēptionis exercet. Per. Cōio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes & holocausta sup altare tuū dñe. Postcōio.

Tui nobis dñe cōmunio sacramenti: & purificationē conferat et tribuat vnitatē. Per.

¶ Feria. iiij. ad Corinthios. ij. v.

Fratres. Scim⁹ qm̄ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluat. quod edificationē habemus domū non manufactam: sed eternā in celis. Nam et in hoc ingemiscimus habitationē nostrā que de celo est superindui cupientes. Si tamen vestiti: et non nudi inueniamur. Nā et qui sumus in hoc tabernaculo

ingemiscimus grauati/ eo qđ nolumus expoliari sed superuestiri: vt absorbeat qđ mortale est a vita. Qui autẽ effecit nos in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spũs. Audẽtes igit semp et scientes quoniã dũ sum⁹ i hoc corpore/ peregrinamur a dño. Per fidem eni ambulam⁹: et nõ per speciem Audemus autẽ ⁊ bonã voluntatẽ habem⁹ magis peregrinari a corpore et presentes esse ad dominũ. Et ideo cõtẽdimus siue absentes/ siue presentes/ placere illi. Omes eni nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisqȝ ppria corporis prout gessit siue bonũ siue malũ. Scientes ergo timorẽ dñi hoibus suademus: deo autẽ manifesti sumus. Spero autẽ in cõsciẽtijs vestris manifestos nos esse: iesu christo dño nostro. Secundum Lucam. xx.

In illo tpe. Docente iesu populũ in tẽplo et euãgelizante: conuenerũt principes sacerdotum et scribe/ cum senioribus: et aiunt dicentes ad illũ. Dic nobis in qua potestate hec facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondẽs autem: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum verbum: respõdete michi. Baptismũ iohannis de celo erat: an ex hoibus? At illi cogitabant inter se dicẽtes. Quia si dixerim⁹ de celo dicet. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt eni iohannẽ pphetã esse. Et respõderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis. Neqȝ ego dico vobis in qua potestate hec facio. ¶ Feria sexta. Ad Romanos. viij.

Fratres. Spe salui facti sumus. Spes autẽ que videtur non est spes. Nã qđ videt quis qđ sperat? Si aũt qđ non videm⁹ speramus: per patiẽtiã expectamus Similiter autẽ ⁊ spirit⁹: adiuuat infirmitatẽ nostrã. Nam qđ oremus sicut oportet nescimus. sed ipse spũs postulat pro nobis gemitib⁹ ienarrabilib⁹. Qui autẽ scrutatur corda: scit qđ desiderat spiritus. Quia scđm deũ: postulat pro sanctis. Scđm Lucam. xxi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite ne grauent corda vestra i crapula ⁊ ebrietate: et curis huius vite: et superueniat i vos repẽtina dies illa. Tãqȝ laqueus eni superueniet in oẽs q̃ sedent super faciẽ oĩs terre. Vigilate itaqȝ orantes omi tẽpore/ vt digni habeamini fugere ista omia que futura sunt: ⁊ stare ante filiũ hoĩs. ¶ Dñica. xi. Introitus.

Deus i loco sancto suo deus qui ihabitare facit vnanimes i domo ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinẽ plebis sue ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: ⁊ fugiãt qui oderunt me a facie ei⁹.

Oratio. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas: multiplica super nos gratiam tuam: vt ad tua promissa currentes celestium donorum facias esse consortes. Per dñm nostrum Ad Corinthios. j. xv.

FRatres. Notũ vobis facio euãgeliũ qḋ p̄dicaui vobis quod et accepistis in quo et statis per quod et saluamini. Qua ratione predicauerim vobis: si retinetis nisi frustra credidistis. Tradidi eni vobis in primis qḋ ꝛ accepi. Quoniã christus mortuus est pro peccatis nostris scḋm scripturas et qa sepult⁹ est et quia resurrexit tertia die secũdum scripturas: et qa visus est cephe et post hec vndecim. Deinde visus est plus q̃ quingentis fratribus simul: ex quib⁹ multi manent vsq̃ adhuc: quidã autẽ dormierũt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis om̄ibus. Nouissime autẽ oim tanq̃ abortiuo: visus est et michi. Ego enim sum minim⁹ apostolorũ: qui non sum dignus vocari apostol⁹: quoniã p̄secut⁹ sum ecclesiã dei. Gratia autẽ dei sum: id quod sum. Et gratia eius: in me vacua nõ fuit. ℟. In deo sperauit cor meũ ꝛ adiutus sum/ ꝛ refloruit caro mea: ꝛ ex voluntate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui deus meus ne sileas/ ne discedas a me. Alla. ℣. Venite exultem⁹ dño iubilemus deo salutari nostro. ℣. Preoccupemus faciẽ ei⁹ in cõfessiõe ꝛ in psalmis iubilem⁹ ei. Scḋm Lucam. xviij.

IN illo tp̄e. Dixit iesus ad quosdã q̃ in se cõfidebãt tã q̃ iusti et aspernabanꝰ ceteros parabolã istã. Duo hoies ascẽderũt in templũ: vt orarent. Unus phariseus: et alter publican⁹. Phariseus stãs: hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia nõ sum sicut ceteri hoim. Raptores iniusti adulteri: velut eciã hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do oim que possideo. Et publican⁹ a lõge stans: nolebat nec oculos ad celũ leuare: sed p̄cutiebat pect⁹ suũ dicens. Deus p̄pici⁹ esto michi peccatori. Amẽ dico vobis: descẽdit hic iustificatus in domũ suã ab illo. Quia om̄is qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabiꝰ. Offe. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Secreta.

TIbi dñe sacrificia dicata reddãtur que sic ad honorẽ noĩs tui deferenda tribuisti. vt eadẽ remedia fieri nostra prestares. Per. Cõio. Honora dominũ de tua substãtia ꝛ de primitijs frugũ tuarũ vt impleanꝰ horrea tua saturitate ꝛ vino torculari redundabunt. Postcõio.

QUesumus dñe de⁹ noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramẽtis tuis non destituas benignus auxilijs. Per dñm nostrũ iesum christũ. ¶ Feria.iiij. Ad Corinthios.vj. et.vij.

FRatres. Nolite iugũ ducere cum ĩfidelibus. Que eni participatio iusticie cum iniquitate. Aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuentio christi ad belyal? Aut que pars fideli cũ infideli? Quis autẽ cõsensus templo dei cum idolis? Uos eni estis templũ dei viui: sicut dixit de⁹. Quoniã inhabitabo in illis: et iambulabo iter eos et ero illorum deus: et ipsi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorum: ꝛ separamini dicit domin⁹: et immũdum ne tetigeritis ꝛ ego recipiam vos. Et ego ero

vobis in patrem: et vos eritis mi=
chi in filios et filias dicit dñs om=
nipotẽs. Has igitur promissiones
habentes carissimi: mundemus
nos ab omni inquinamento car=
nis et spiritus. Perficientes san=
ctificationem in timore dei.

Secundum Matheum. xij.

In illo tẽpore. Dixit ies⁹ tur
bis phariseorũ. Omne pec=
catum et blasphemia remittetur
hoibus. spiritus autem blasphe=
mie non remittetur. Et quicunq
dixerit verbũ cõtra filiũ hominis
remittetur ei. Qui autem dixerit
contra spiritum sanctũ: nõ remit
tetur ei neq in hoc seculo neq i fu
turo. Aut facite arborẽ bonam et
fructum eius bonũ: aut facite ar=
borem malã et fructũ eius malũ.
Si quidẽ ex fructu arbor cogno=
scitur. Progenies viperarũ quo=
modo potestis bona loqui cum si=
tis mali? Ex abundantia eni cor=
dis os loquitur. Bonus homo de
bono thesauro suo pfert bona. Et
malus homo: de malo thesauro
profert mala. Dico autem vobis:
quoniã oĩe verbũ ociosum quod
locuti fuerint homines: reddẽt ra
tionem de eo in die iudicij. Ex ver
bis enim tuis iustificaberis: et ex
verbis tuis condempnaberis.

Feria vj. ad Corinthios. j. vj.

Fratres. Nescitis quoniã
corpora vestra mẽbra sunt
christi. Tollens ergo mẽbra chri=
sti: faciam membra meretricis?
Absit. An nescitis quoniam qui
adheret meretrici vnũ corpus effi
citur. Erunt eni inqt duo in carne
vna. Qui aũt adheret dño: vnus
spirit⁹ est. Fugite fornicationem.
Oĩe eni peccatũ qdcunq fecerit
homo: extra corpus est. Qui autẽ
fornicatur: in corpus suũ peccat.
An nescitis quoniã mẽbra vestra
templũ est spirit⁹ sancti qui in vo=
bis est. quem habetis a deo et non
estis vestri? Empti eni estis precio
magno: glorificate et portate deũ
in corpore vestro.

Secundum Matheum. xiij.

In illo tẽpore. Dixit ies⁹ di=
scipulis suis. Simile est re=
gnum celorum grano sinapis: qd
accipiens homo seminat in agro
suo. Quod minimũ quidẽ est om=
nibus seminibus. cum autẽ creue
rit: maius est oibus olerib⁹. et fit
arbor ita vt volucres celi veniant
et habitent in ramis eius. Aliam
parabolam locutus est eis. Simi
le est regnum celorũ fermẽto: qd
acceptum mulier abscondit in fa
rine satis tribus donec fermenta
tum est totũ. Hec omnia locut⁹ est
iesus in parabolis ad turbas: et si
ne parabolis non loquebatur eis
vt impleret quod dictũ erat per pro
phetã dicentẽ. Aperiam in para=
bolis os meum: eructabo abscon
dita: a constitutione mundi.

Dominica. xij. Introitus.

Deus in adiutoriũ me=
um intende: domine
ad adiuuandũ me fe=
stina confundantur et
reuereantur inimici
mei qui querunt animam meam
Ps. Auertantur retrorsum et erubescant
qui volunt michi mala. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹:
qui abundãtia pietatis tue

et merita supplicũ excedis ꝛ vota: effunde super nos misericordiam tuam / vt dimittas que conscientia metuit et adijcias quod oratio non presumit. Per dñm nostrum

Ad corinthios. secunde. iij.

Fratres. Fiduciã talẽ habem⁹ p christũ ad deũ. non quod sufficiẽtes sim⁹ cogitare aliq̃d a nobis quasi ex nobis: sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Qui ꝛ idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera sed spiritu. Littera eni occidit: spũs autẽ viuificat. Q̃d si ministratio mortis litteris deformata in lapidib⁹ fuit in glia / ita vt nõ possent itẽdere filij isrl' in faciẽ moysi ꝑpt gloriã vult⁹ ei⁹ que euacuat / quõ nõ magis ministratio spũs erit in glia? Nã si ministratio dãnationis in glia est: multomagis abũdat ministeriũ iusticie in glia. ℟. Bñdicam dñm in oi tpe: semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabit aĩa mea: audiant mãsueti et letent. Alla. ℣. Quoniã magnus dñs: et rex magn⁹ sup omnẽ terrã. Scdm Marcum. vij.

In illo tpe. Exiẽs iesus de finib⁹ tyri: venit p sydonẽ ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdũ et mutũ: et deprecabãtur eum vt imponat illi manũ. Et apprehendens eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius Et expuens: tetigit linguam ei⁹. Et suspiciens in celum / ingemuit et ait illi. Effeta quod est adaperire. Et statim apte sunt aures ei⁹ ꝛ solutum est vinculum lingue ei⁹: et loquebat recte. Et pcepit illis: ne cui dicerent. Quãto autem eis precipiebat: tãtomagis plus predicabant ꝛ eo amplius admirabãtur dicẽtes. Bene oĩa fecit: surdos fecit audire: et mutos loqui.

Offr. Precatus est moyses in conspectu domini dei sui ꝛ dixit. precat⁹ est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit: quare dñe irasceris in populo tuo parce ire aĩe tue memẽto abrahã isaac ꝛ iacob q̃b⁹ iurasti dare terrã fluentẽ lac ꝛ mel: et placatus factus est dñs de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta.

Respice quesumus dñe nostram propicius seruitutẽ / vt q̃d offerimus sit tibi mun⁹ acceptum sit nostre fragilitat subsidiũ. P. Cõio. De fructu operꝫ tuorum domine satiabitur terra: vt educas panem de terra et vinum letificet cor hominis vt exhilaret faciem in oleo ꝛ panis cor hominis confirmet. Postcõio.

Sentiamus dñe q̃s tui perceptione sacramenti subsidiũ mentis ꝛ corporis. vt in vtroq; saluati / celestis remedij plenitudine gloriemur. Per dñm nostrũ.

¶ Feria. iiij. ad Corinthios. iiij.

Fratres. Nõ pdicam⁹ nosmetipsos: sed iesum christũ dñm nrm. Nos aũt seruos vestros p iesũ. Quoniã de⁹ q̃ dixit de tenebris lumen splendescere ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientie claritatis dei in faciem iesu christi. Habem⁹ aũt thesaurũ istum in vasis fictilib⁹ / vt sublimitas sit virtutis dei: et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed nõ destituimur. Persecutionẽ patimur:

sed non derelinquimur. Humiliamur: sed non cõfundimur. Deicimur: sed nõ perimus. Semp mortificationẽ iesu christi circũferentes in corpore nostro: vt et vita iesu i corpib⁹ nostris manifestetur.

Secundum Matheum. xix.

In illo tpe. Accesserũt ad iesum pharisei tentãtes eum et dicẽtes. Si licet homini dimittere vxorẽ suam quacũq ex causa Qui respondẽs ait eis. Non legistis quia qui fecit hominẽ ab initio/masculũ et feminam fecit eos Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrẽ et matrem: ⁊ adherebit vxori sue. Et erunt duo in carne vna. Itaq iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniũxit: homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo moyses mandauit dari libellum repudij ⁊ dimittere Et ait illis. Quia moyses ad duriciam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio autem non sic fuit. Dico autẽ vobis: quia quicũq dimiserit vxorem suam/ nisi ob fornicationẽ et aliam duxerit: mechatur. Et qui dimissam duxerit: mechatur. Dicunt ei discipuli ei⁹. Si ita est causa homini cũ vxore. nõ expedit nubere. Qui dixit illis. Non oẽs capiunt verbũ istud: sed quib⁹ datũ est. Sunt eni eunuchi qui de matris vtero sic nascunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominib⁹ Et sunt eunuchi: q̃ seipsos castrauerunt propter regnũ celor. Qui potest capere capiat. ¶ Feria. vj.

Ad Corinthios. ij.iiij.

Fratres. Semper nos qui viuimus in mortem tradimur ꝑpter iesum: vt et vita iesu manifestetur in carne nostra mortalis. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eundẽ spiritũ fidei: sicut scriptum est. Credidi ꝑpter quod locutus sum. Et nos credimus: propter quod et loquimur. Scientes quoniam qui suscitauit iesum: et nos cum iesu suscitabit et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos vt gratia abundans per multos in gratiar actiones abũdet in gloriam dei. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrũpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Id eni quod in presenti est momentaneũ et leue tribulationis nostre/ supra modũ in sublimitate eternũ glorie põdus operatur in nobis. Non cõtẽplãtibus nobis que videntur: sed que non videntur. Que enim vidẽtur temporalia sunt. Que autem nõ vident: eterna. Scdm matheũ. xj

In illo tpe. Cepit ies⁹ exprobrare ciuitatib⁹ i qb⁹ facte sũt virtutes ei⁹: q̃a nõ egissent penitentiam. Ve vobis corrozaym: ve tibi bethsaida. Quia si in tyro et sydone facte essent vtutes que facte sunt in vobis: olim in cinere et cilicio penitentiã egissent. Veruntamen dico vobis: tyro ⁊ sydoni remissius erit i die iudicij: quã vobis. Et tu capharnaũ nũquid vsq ad celum exaltaberis: vsq in infernũ descẽdes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt i te: forte mansissent vsq

in hanc diē. Ueruntamen dico vobis: quia terre sodomoꝝ remissiꝰ erit in die iudicij: ꝙ tibi.

¶ Dominica.xiij. Introitus.

Respice dñe i testamētum tuum: ⁊ animas pauperū tuoꝝ ne derelinquas i finem exurge domine ⁊ iudica causam meā et ne obliuiscaris voces querentium te. Ps. Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furoꝛ tuus super oues pascue tue. Oratio.

Omnipotēs et misericoꝛs deus: de cuiꝰ munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiat: tribue q̄s nobis vt ad pꝛomissiones tuas sine offēsione curramꝰ. Per do. Lectio epl'e bti pauli apl'i. Ad galathas. iij.

Fratres. Abꝛahe dicte sūt pꝛomissiones: ⁊ semini eiꝰ Non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno et semini tuo qui est chꝛistus. Hoc autem dico. Testamentū confirmatum a deo que post quadꝛingentos ⁊ triginta annos facta est lex: non irritum facit ad euacuādam pꝛomissionem. Nā si ex lege hereditas: iam non ex pꝛomissione. Abꝛahe autē p repꝛomissionē donauit deus. Quid igitur lex? Pꝛopt̄ trāsgressionem posita est / donec veniret semen cui repꝛomiserat oꝛdinata per angelos in manu mediatoꝛis. Mediatoꝛ autē vnius nō est deus autem vnꝰ est. Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si eni data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura oīa sub peccato: vt pꝛomissio ex fide iesu chꝛisti: daretur credētibꝰ. R. Respice in testamentū tuum et animas pauperū tuoꝛum ne obliuiscaris in finem. V. Exurge domine et iudica causam meā: memoꝛ esto oppꝛobꝛij seruoꝛum tuoꝝ. Alleluya. V. Dñs regnauit exultet terra letent̄ insule multe. Scd'm Lucā. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi q̄ vident: que vos videtis. Dico enim vobis: ꝙ multi pꝛophete et reges voluerunt videre que vos videtis et non viderunt: et audire que auditis et non audierūt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tēptās eum et dicens. Magister quid faciēdo vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptū est. Quomodo legis? Ille respondēs dixit. Diliges dominū deum tuū ex toto coꝛde tuo ⁊ ex tota anima tua et ex oībus viribꝰ tuis et ex omni mente tua: et pꝛoximū tuū sicut teipm. Dixitq̄ illi Recte respondisti. Hoc fac ⁊ viues Ille autem volens iustificare seipsum: dixit ad iesum. Et quis est meus pximꝰ? Suspiciens autē iesus: dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalē in hierico: ⁊ incidit in latrones. qui etiam dispoliauerūt eum: ⁊ plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadē via: et viso illo pꝛeterijt. Similiter et leuita cū esset secus locum et videret eum: pertransijt. Samaritanꝰ autē quidā iter faciens venit secus eum. Et videns eum: misericoꝛdia motꝰ est. Et appꝛopians alligauit vulnera

eius: infundẽs oleũ et vinum. Et imponẽs illũ in iumentũ suũ: duxit in stabulum ꝛ curam eius egit Et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario: et ait. Curam illius habe. Et quodcũqꝫ supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horũ triũ videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit i latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi iesus. Uade ꝛ tu fac similiter. Offer. In te speraui domine dixi tu es deus meus in manib⁹ tuis tpa mea

Hostias quesumus domine propicius intende: quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiã largiendo / tuo nomini dent honorẽ. Per do. Secreta. Cõio. Panem de celo dedisti nobis dñe habentẽ oẽe delectamentũ: et omnẽ saporẽ suauitatis. Pocõio.

Uiuificet nos dñe q̃s hui⁹ participatio sancta mysterij: et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dñm.

Feria. iiij. ad Romanos. vij.

Fratres. Mortificati estis ex lege per corpus christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis deo. Cũ enim essemus in carne: passiones peccatorũ que per legem erãt operabantur in membris nostris: vt fructificarent morti. Nũc autem soluti sum⁹ a lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiam⁹ in nouitate spiritus et nõ in vetustate littere. Quid ergo dicem⁹? Lex peccatũ est? Absit. Sed peccatũ non cognoui: nisi per legẽ. Nã cõcupiscentiã nesciebã nisi lex diceret: nõ concupisces. Occasiõe autem accepta. peccatũ per mãdatũ operatum est in me omnẽ cõcupiscentiam. Sine lege eni: peccatũ mortuũ erat. Ego autem viuebã sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatũ: peccatũ reuixit. Ego autem mortuus sum ꝛ inuẽtum est michi mãdatũ quod erat ad vitam / hoc esse ad mortẽ. Nã peccatũ occasione accepta p mandatum seduxit me: et per illud occidit. Itaqꝫ lex quidẽ sancta ꝛ mãdatum sanctũ et iustũ et bonum. Quod ergo bonũ est: michi factũ est mors? Absit. Sed peccatũ vt appareat peccatũ: per bonum michi operatum est mortem.

Secundum Matheum. xix.

In illo tẽpore. Accedẽs quidam ad iesum: ait illi. Magister bone: quid boni faciam vt habeã vitam eternã. Qui dixit ei Quid me introgas de bono? Un⁹ est bonus deus. Si autẽ vis ad vitam ingredi: serua mandata. Dicit illi. Que? Jesus aũt dixit. Nõ homicidiũ facies. Non adulterabis: non facies furtũ: non falsum testimoniũ dices Honora patrem tuũ et matrẽ: et diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dicit illi adolescẽs. Omĩa hec custodiui. Quid adhuc deest michi? Ait illi iesus. Si vis perfectus esse: vade vende omĩa que habes et da pauperib⁹: et habebis thesaurũ in celo. Et veni: sequere me.

Feria sexta. Ad Romanos. vij.

Fratres. Scimus eni quia lex spiritalis est. ego autẽ carnalis sum venũdatus sub pec-

cato. Quod eñi operoꝛ: nõ intelligo. Nam eñi quod volo bonũ hoc ago: sed quod odi malum illud facio. Si autẽ quod nolo illud facio consentio legi quoniã bona. Nũc autem iam non ego operoꝛ illud: sed quod habitat in me peccatum Inuenio igitur legẽ volenti mihi facere bonũ: quoniã michi malũ adiacet. Cõdelectoꝛ enim legi dei scdm interioꝛẽ hoiem. Uideo aũt aliam legẽ in mẽbꝛis meis repugnantẽ legi mentis mee: et captiuantem me in lege peccati que est in membꝛis meis. Infelix ego homo quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huius? Gꝛatia dei per iesũ chꝛistum: dominũ nostrum.

Secundum Lucam. xiij.

In illo tempoꝛe. Ibat iesus per ciuitates et castella: docens et iter faciens hierusalẽ. Ait autẽ illi quidã. Dñe si pauci sunt qui saluant? Ipse autẽ dixit ad illos. Cõtendite intrare per angustam poꝛtã: quia multi dico vobis querũt intrare: et non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias et clauserit hostiũ. incipietis foꝛis stare: et pulsare ad ostiũ dicẽtes. Domine aperi nobis. Et respõdẽs dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere Manducauim⁹ coꝛã te ⁊ bibim⁹: et i plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Unde sitis nescio. Discedite a me omnes operarij iniqtatis. Ibi erit fletus et stridoꝛ dẽtiũ Cum videritis abꝛaham et isaac et iacob ⁊ oĩes ꝓphetas in regno dei: vos autẽ expelli foꝛas. Et venient ab oꝛiente et occidẽte ⁊ aquilone et austro: et accumbent in regno dei. Et ecce sũt nouissimi qui erãt pꝛimi. Et sunt pꝛimi: q̃ erant nouissimi. ¶ Dñica. xiiij. Introi.



Rotectoꝛ noster aspice deus/ ⁊ respice i faciem chꝛisti tui: quia melioꝛ est dies vna in atrijs tuis super milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutũ: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Oꝛatio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹: da nobis fidei spei ⁊ caritatis augmẽtũ: ⁊ vt mereamur asse qui quod pꝛomittis: fac nos amare quod pꝛecipis. Per.

Ad Galathas. quinto.

Fratres. Spiritu ambulate et desideria carnis non ꝑficietis. Caro eñi cõcupiscit aduersus spm̃: spũs autẽ aduersus carnem. Hec eñi sibi inuicẽ aduersantur: vt non quecũq; vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autẽ sunt opera carnis. Que sunt foꝛnicatio/ immundicia/ impudicitia. luxuria/ idoloꝛum seruitus/ veneficia/ inimicitie/ cõtẽtiones/ emulatiões/ ire/ rixe/ dissentiões/ secte/ inuidie/ homicidia/ ebꝛietates/ cõmessationes/ et his similia. que ꝑdico vobis sicut pꝛedixi: quoniam qui talia agũt regnum dei non consequent. Fructus aũt spiritus est/ caritas/ gaudiũ/ pax/ patientia/ lõganimitas/ bonitas/ benignitas/ mansuetudo/ fides/ modestia/ cõtinentia/ castitas/ aduersus huiusmodi nõ est lex. Qui autem sunt chꝛisti: carnẽ suã crucifi

xerũt cũ vicijs: et ꝯcupiscẽtijs. R. Bonũ est confidere in dño: ꝙ confidere in homine. V. Bonũ est sperare in dño: ꝙ sperare in principibus. Alleluya. V. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. Scdm Lucam. xvij.

In illo tpe. Cum iret iesus in hierusalẽ trãsibat p mediam samariã et galyleã. Et cum ingrederet quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt vocem dicentes. Jesu preceptor miserere nostri. Quos vt vidit: dixit. Ite: ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt. Un9 autẽ ex illis vt vidit qa mundatus est: regressus est cum magna voce magnificãs deum. Et cecidit in faciẽ suã ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat samaritan9. Respondẽs autem iesus: dixit. Nõne decem mũdati sunt: et nouem vbi sunt? Nõ est inuent9 qui rediret ꝫ daret gloriam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: qa fides tua te saluũ fecit. Offr. Immittit angelus dñi in circuitu timẽtiũ eũ ꝫ eripiet eos: gustate et videte qm suauis est dñs.

Secreta. Propiciare dñe populo tuo: propiciare muneribus/ vt hac oblatiõe placat9: et indulgentiã nobis tribuas: et postulata concedas. Per dñm nostrum. Cõio. Panis quẽ ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcõio. Sumptis dñe celestibus sacramẽtis ad redemptionis eterne: qs proficiamus augmentum. Per dñm. ¶ Feria quarta. Ad Corinthios. prime. v. et. vj.

Fratres. Scripsi vobis in epistola: ne cõmisceamini fornicarijs. Nõ vtiqꝫ fornicarijs huius mundi: aut auaris/ aut rapacibus: aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mũdo exisse. Nunc autẽ scripsi vobis non cõmisceri. Si is qui iter vos frater noiatur/ est fornicator: aut auarus: aut idolis seruiens/ aut maledicus/ aut ebriosus/ aut rapax: cũ eiusmodi nec cibum sumere. Quid eni mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his que intus sunt vos iudicatis? Nã eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malũ ex vobismetipsis. Audet aliquis vestrũ habẽs negociũ aduersus alterum iudicari: apud iniquos: ꝫ non apud sanctos? An nescitis: quoniã sancti de hoc mũdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mũdus: indigni estis qui de minimis iudicetis? An nescitis: quoniam angelos iudicabimus? quãto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis cõtemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicãdum. Ad verecundiã vestrã dico. Sic non est inter vos sapiẽs quisqꝫ qui possit iudicare inter fratrẽ et fratrẽ: sed frater cũ fratre iudicio contẽdit: et hoc apud infideles. Jã quidem omnino delictũ est in vobis: quod iudicia habetis inter vos. Quare nõ magis iiuriã accipitis? Quare nõ magis fraudẽ patimini? Sed vos iiuriã facitis ꝫ fraudatis: et hoc fratribus.

Scdm Matheum. xviij.

In illo tpe. Accesserunt ad

iesum saducei qui dicunt non esse resurrectionē: et interrogauerūt eum dicētes. Magister. Moyses dixit. Si quis mortuus fuerit nō habens filium vt ducat frater eius vxorem illius et suscitet semē fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. Et primus vxore ducta: defunctus est. Et non habens semē reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius: vsqȝ ad septimū. Nouissime autem oīm: et mulier defuncta est. In resurrectiōe ergo cuius de septem erit vxor? Omēs enim habuerunt eam. Respondens autem iesus: ait illis. Erratis nesciētes scripturas neqȝ virtutem dei. In resurrectiōe enim neqȝ nubēt neqȝ nubentur: sed erunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione autem mortuorū non legistis qd dictum est a deo dicēte vobis: ego sum deus abraham/deus isaac/ et deus iacob. Non est deus mortuorum: sed viuentium. Et audiētes turbe: mirabantur in doctrina eius.

Feria.vi.ad Corinthios. j.vi.

Fratres. Nescitis quia iniqui regnū dei non possidebunt? Nolite errare: neqȝ fornicarij: neqȝ idolis seruiētes. neqȝ adulteri. neqȝ molles. neqȝ masculorum concubitores. neqȝ fures. neqȝ auari. neqȝ ebriosi. neqȝ maledici. neqȝ rapaces. regnum dei possidebūt. Et hoc quidem fuistis: sed abluti estis. sed sanctificati estis: sed iustificati estis. In nomine domini nostri iesu christi: et in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent: sed non oīa expediūt. Oīa mihi licēt: sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri: et venter escis. Deus autē et hunc et hāc destruet. Corpus autē nō fornicationi sed domino: et dominus corpori. Deus vero et dñm suscitauit: et nos suscitabit: per virtutē suam.

Secundum Lucam. xix.

In illo tpe. Egressus iesus: perambulabat hierico. Et ecce vir nomie zacheus et hic erat princeps publicanorum: et ipse diues. Et querebat videre iesum qs esset: et nō poterat pre turba quia statura pusillus erat. Et precurrens ascēdit in arborem sychomorum vt videret illū: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciēs iesus vidit illum et dixit ad eum. zachee festinans descende: quia hodie oportet me manere in domo tua. Et festinās descendit: et excepit illū gaudens Et cū viderēt eum oēs murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorē diuertisset. Stans aūt zacheus: dixit ad iesum. Ecce dimidium bonorū meorum dñe: do pauperibus. Et si quis aliquē defraudaui: reddo quadruplū. Ait iesus ad eū. Quia hodie salus huic domui facta est: eo qȝ ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hois querere et saluū facere: quod perierat. Dñica.xv. Introitus.



Inclina dñe aurē tuā ad me et exaudi me/ saluum fac seruū tuum deus meus sperātem in te miserere mihi dñe: quoniā ad te clamaui tota die. ps. Letifica aīam serui tui: qm

ad te dñe animā meā leuaui. Oratio.

Custodi dñe quesum⁹ ecclesiam tuam ꝓpiciatiōe perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semp auxilijs/et abstrahat a noxijs: et ad salutaria dirigatur. Per dñm.

Ad Galathas. v. et. vj.

Fratres. Si viuimus spiritu: spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē prouocantes inuicem inuidentes. Fratres et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spiritales estis huiusmodi istruite in spiritu lenitatis. Considerans teipsum: ne et tu tēpteris. Alter alteri⁹ onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis estimat se aliqd esse cum nichil sit: ipse se seducit. Opus autē suū probet vnusquisq: et in semetipso tantū gloriam habebit/et non in altero. Unusquisq enim: onus suum portabit. Cōmunicet autem is qui cathezizatur vbo: ei qui se cathezizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim seminauerit homo hec et metet. Quoniā q̄ seminat in carne sua: de carne et metet corruptionē. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu et metet vitā eternā. Bonū autē faciētes nō deficiam⁹: tēpore eni suo metemus nō deficientes. Ergo dū tēpus habem⁹: operemur bonum ad omnes. Maxime aūt: ad domesticos fidei. R. Bonū est confiteri dño ꝛ psallere nomini tuo altissime. V. Ad annunciandū mane misericordiā tuā: ꝛ veritatē tuā per noctē. Alleluya. V. Confitemini dño ꝛ inuocate nomē ei⁹ annunciate inter gētes opa ei⁹.

Secundum Matheum. vj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire: Aut enim vnū odio habebit et alterum diliget: aut vnum sustinebit ꝛ alterū contemnet. Non potestis deo seruire et mammone: Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vestre quid mādu cetis: neq corpori vestro qd induamini. Nōne anima plus est q̄ esca: et corpus plusq̄ vestimentum: Respicite volatilia celi quoniā nō serūt neq metūt neq congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis: Quis autē vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitū vnum. Et de vestimento qd soliciti estis: Considerate lilia agri: quomodo crescunt. non laborant neq nent. Dico autem vobis: quoniā nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si autē fenum agri quod hodie est ꝛ cras in clibanū mittitur de⁹ sic vestit: quantomagis vos modice fidei: Nolite ergo soliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus: aut quo operiemur. Hec enim omnia: gentes inquirunt. Scit eni pater vester celestis: qa his omnibus indigetis. Querite ergo primū regnum dei: et iusticiam eius. Et hec oīa adijcientur vobis. Offr. Expectans expectaui dñm ꝛ respexit me ꝛ exaudiuit depcationem meā: ꝛ immisit in os meū canticum nouum hymnū deo nostro. Secreta.

Concede nobis dñe quesu-
mus / vt hec hostia saluta-
ris: et nostro⁊ fiat purgatio deli-
cto⁊ũ: et tue ꝓpiciatio potestatis.
Per do. Cõio. Qui mãducat carnem
meã ⁊ bibit sanguinem meum: in me ma-
net et ego in eũ dicit dñs. Postcõio.
Purificent semp et muniãt
tua sacramenta nos deus:
vt ad perpetue ducant saluatiõis
effectum. Per dominum nostrũ.

¶ Feria.iiii.ad Tymotheũ. j.vj.

Carissime. Quicũq; sub iu-
go sunt serui / dños suos oĩ
honore dignos arbitrẽtur: ne no-
men domini et doctrina blasphe-
metur. Qui autẽ fideles habẽt do
minos: non cõtẽpnant q̃a fratres
sunt: sed magis seruiant quia fi-
deles sunt ⁊ dilecti: quia beneficij
participes sunt. hec doce et exhor-
tare. Si quis aliter docet et nõ ac
quiescit sanis sermonibus dñi no
stri iesu christi ⁊ ei que scdm pieta
tem est doctrine / supbus nihil sci-
ens / sed languẽs circa questiones
et pugnas verbo⁊ ex quib⁹ oriun-
tur inuidie. contẽtiones. blasphe-
mie. suspitiones male. cõflictatio
nes hominũ mẽte corruptorum.
Et qui a veritate priuati sunt esti
mantium questum esse pietatem
Est autem questus magnus: pie-
tas cum sufficientia.

Secundum Matheum. vij.

In illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis. Nolite iudicare
et nõ iudicabimini. Nolite condẽ
nare: et non cõdemnabimini. In
quo enim iudicio iudicaueritis: iu-
dicabimini. Et in qua mẽsura mẽ
si fueritis: remetiet vobis. Quid
autem vides festucã in oculo fra-
tris tui: ⁊ trabem in oculo tuo nõ
vides? Aut quomodo dicis fratri
tuo. sine eijciam festucam de ocu-
lo tuo ⁊ ecce trabs est in oclo tuo?
Ipocrita eijce primum trabẽ de
oculo tuo: ⁊ tũc videbis eijcere fe-
stucam de oculo fratris tui. Noli
te sanctũ dare canibus: neq; mit-
tatis margaritas vestras ãte por
cos: ne forte conculcẽt eas pedib⁹
suis. Et cõuersi disrumpant vos.

¶ Feria.vj.ad Timotheũ. j.vj.

Carissime. Nichil intulim⁹
in hunc mũdum: haud du-
bium: quia nec auferre q̃d possu-
mus. Habentes autem alimenta
et quibus tegamur: his contenti
simus. Nam qui volũt diuites fie
ri: incidunt in tentationem et la-
queum dyaboli ⁊ desideria multa
inutilia ⁊ nociua / que mergũt ho
mines in interitum et perditionẽ
Radix enim omniũ malorum est
cupiditas. Quam quidẽ appeten
tes errauerunt a fide: et inserue-
runt se doloribus multis. Tu au
tem o homo dei hec fuge: sectare
vero iustitiam. pietatem. fidẽ. ca-
ritatem. patientiã. mansuetudi-
nem. Certa bonum certamen fi-
dei: apprehẽde vitam eternam in
qua vocatus es ⁊ confessus bonã
confessionẽ coram multis testib⁹
Precipio tibi coram deo qui viui-
ficat omnia: et christo iesu qui te-
stimonium reddidit sub põtio py-
lato bonam confessionem vt ser-
ues mandatum sine macula irre
prehensibile vsq; in aduẽtum dñi
nostri iesu christi quẽ suis tẽpori-
bus ostendet beat⁹ ⁊ solus potens

rex regũ et dñs dñantiũ. Qui solus habet immortalitatē: lucē habitans inaccessibilē. Quem vidit nullꝰ hoim: sed nec videre potest. Cui honor ꝛ iperiũ: in secula seculorũ amen. Scdm Matheũ. xxi.

In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorꝫ. Homo quidam habuit duos filios: et accedens ad primũ dixit. Fili vade hodie operari in vineā meā. Ille autē respōdēs: ait. Nolo. Postea autē penitētia motꝰ abijt. Accedens autē ad alterũ: dixit similiter. At ille respondēs ait. Eo dñe. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. primus Dicit illis iesus. Amē dico vobis: quia publicani et meretrices precedēt vos in regno dei. Uenit eni ad vos iohannes in via iusticie: et non credidistis ei. Publicani aũt et meretrices crediderũt ei. Uos autē videntes: nec penitentiā habuistis postea: vt crederetis ei.

Dominica. xvi. Introitus.

Miserere michi domine quoniam ad te clamaui tota die: qa tu dñe suauis ac mitis: es et copiosus in mia oibus inuocantibus te. ps. Inclina domine aurem tuā et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego. Oratio.

Ecclesiam tuā dñe miseratio continuata mundet et muniat: et quia sine te non potest salua consistere: tuo semper munere gubernetur. Per dñm nrm.

Ad ephesios. tertio.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur Ut det vobis secundum diuitias glorie sue virtutē corroborari per spiritũ eius in interiorē hominē: habitare christũ per fidē in cordibus vestris. In caritate radicati et fundati: vt possitis et ipsi comprehendere cũ oibus sctis: que sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundũ. Scire etiam supeminentē scientie caritatē christi: vt impleamini in omnē plenitudinem dei. Ei autē qui potens est oia facere superabũdāter quam petimus aut intelligimus: scdm virtutem que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia ꝛ in christo iesu: in omnes generationes seculi seculorũ. ℟. Timebũt gentes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriā tuam. ℣. Quoniam edificauit dñs syō: et videbit in maiestate sua. Alla. ℣. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meum cantabo et psalmũ dicam in gloria mea.

Secundum Lucam. vij.

In illo tpe. Ibat iesus in ciuitatē que vocatur naym: et ibant cum illo discipuli eius. et turba copiosa. Cũ autē appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filiꝰ vnicus matris sue. Et hec vidua erat/ et turba ciuitatis multa cũ illa. Quā cum vidisset dñs: mia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hi autem qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et re

sedit qui erat mortuus et cepit loqui: et dedit illū matri sue. Accepit autē omnes timor: et magnificabant deū dicentes. Quia ppheta magnus surrexit in nobis: et quia deus: visitauit plebē suam. Offr. Domine in auxiliū meum respice confundantur et reuereantur qui querūt animā meā vt auferant eam. Secreta.

Tua nos dñe sacramēta custodiant et contra omnes diabolicos tueātur semper incursus. Per. Coio. Domie memorabor iustitie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea: et vsque in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postcoio.

Mentes nostras et corpora possideat dñe qs doni celestis operatio vt non noster sensus in nobis. sed iugiter eius preueniat effectus. Per. ¶ Feria quarta. Ad collocenses. ij.

Fratres. Uidete ne qs vos decipiat per philozophiā et inanem fallaciam scdm traditionē hoīm et elementa mundi: et non scdm christū Quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporalit et estis in illo repleti / qui est caput omnis principatus et potestatis / in quo et circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatiōe corporis carnis sed in circūcisione iesu christi Cōsepulti estis in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem operationis. Deus autem qui suscitauit illum a mortuis: et vos cum mortui essetis in delicto et pputio carnis vestre: cōuiuificauit cum illo Donans vobis: omnia delicta. Secundum lucam xiij.

In illo tpe. Accesserunt ad iesum quidā nūciātes ei de galileis quorum sanguinē miscuit pilatus cū sacrificijs eorū. Et respondēs: dixit illis. Putatis quod hij galilei pre omnibus galileis qui talia passi sunt peccatores fuerūt Non dico vobis. Sed nisi penitētiam habueritis: omnes pariter peribitis. Sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris in syloe et occidit eos. Putatis quia et ipsi debitores fuerit preter omnes homines habitantes in hierusalem Non dico vobis. Sed si non penitētiam egeritis: omnes simul peribitis. ¶ Feria sexta. Ad collocenses. iij. et iiij.

Fratres. Quicūqz iniuriā facit: recipiet id quod inique gessit. Et non est personarum acceptio apud deum. Dñi quod iustum est et equum seruis prestate sciētes quoniā et vos habetis dominū in celo. Orationi instate vigilātes in ea in gratiarū actione. Orantes simul et pro nobis: vt deus aperiat nobis hostiū sermōis / ad loquendum mysterium christi. Propter quod etiam vinctus sum vt manifestē illud: ita vt oporteat me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sūt: tēpus redimētes Sermo vester semper in gratia sale sit cōditus. Ut sciatis quomodo oporteat vos: vnicuiqz respōdere. Scdm marcum. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent in regnū dei introibunt? Discipuli autē obstupescebāt in verbis eius. At iesus

rursū respondēs ait illis. Filioli: q̄ difficile est confidentes in pecunijs in regnum dei introire. Facili⁹ est camelum per foramē acus transire q̄ diuitem introire in regnū dei Qui magis admirabant dicentes ad semetipsos. Et q̄s potest saluus fieri? Et intuens illos ies⁹: ait. Apud hoies hoc inpossibile est: sed non apud deū. Oia enim possibilia sūt apud deum. Et post cepit petrus ei dicere. Ecce nos dimisimus oia et secuti sum⁹ te. Respondens iesus: ait. Amē dico vobis nemo est q̄ reliquerit domum aut fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios. aut agros. propter me et ppter euāgeliū: qui nō accipiet cēties tantum nūc in tpe hoc: domos et fratres. ⁊ sorores ⁊ mr̄es ⁊ filios ⁊ agros. cū persecutionib⁹: et i sclo futuro vitam eternā. Multi aūt erūt primi nouissimi: et nouissimi primi.

¶ Dñica. xvii. Introitus.

Iustus es dñe et rectū iudiciū tuū fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuā. Ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulant in lege domini.

Oratio.

Tua nos quesum⁹ dñe gratia semper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per dñm

Ad ephesios. iiij.

FRatres. Obsecro vos ego vinctus in domio: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cū omni humilitate ⁊ mansuetudine: cum patientia supportantes inuicem in caritate. Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Unū corpus et vn⁹ spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre Unus dñs: vna fides: vnū baptisma. Unus deus et pater omnium: qui super omnes/ ⁊ per oia et in omnib⁹ nobis. Qui est bñdictus: in secula sclorū

R. Beata gēs cui⁹ est dñs de⁹ eorū populus quē elegit dñs in hereditatem sibi V. Uerbo dñi celi firmati sūt et spū oris ei⁹ ois v̄tus eorum Alla. V. Qui timent dñm sperent in eum adiutor et protector eorum est.

Secundū lucam xiiij.

IN illo tpe. Cum intraret iesus in domū cuiusdā principis phariseorū sabbato manducare panē: ⁊ ipsi obseruabant eū. Et ecce quidam homo idropicus: erat ante illū. Et respondēs iesus dixit ad legisperitos ⁊ phariseos. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eū: ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cuius vestrū asin⁹ aut bos in puteum cadet/ et non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad inuitatos parabolā: intendēs quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias. non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo: et veniēs is qui te et illum inuitauit dicat tibi/ da huic locum. Et tunc incipias cū rubore: nouissimum locū tenere. Sed cū vocatus fueris: vade et recumbe in nouissimo loco. Ut cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice: ascen-

de superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabit. Offr. Orani deū meū ego daniel dicens exaudi dñe preces serui tui illumina faciem tuam sup sanctuariū tuū et ppicius intēde populū istū sup quē inuocatū est nomen tuum deus. Secreta

Pro nře seruitutis augmēto sacrificiū tibi domīe laudis offerim⁹ vt qđ in meritis contulisti propicius exequaris. Per.

Coio. Uouete et reddite domīo deo vestro oēs qui in circuitu eius affertis munera terribili et ei q̄ aufert spm̄ principū terribili apud reges terre. Postcoio.

Quesumus omnipotens deus: vt quos diuina tribuis participatiōe gaudere/ humanis nō sinas subiacere periculis. Per dñm nostrum. ¶ Feria quarta in ieiunijs. iiii. tpm. Introitus.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmū iocundum cum cythara canite initiū mensis tuba quia preceptum in israel est et iudicium deo iacob. ps. Buccinate in neomenia tuba. in īsigni diei solennitatis vestre. Non dicitur Dominus vobiscum. Oratio.

Misericordie tue remedijs q̄s dñe fragilitas nřa subsistat vt que sua conditione atteritur tua clementia reparet. Per

Lectio amos prophete. Osee. ix.

Hec dicit dñs. Ecce dies veniunt dicit dñs: et comprehendet arator messorem et calcator vue mittentem semē. Et stillabūt montes dulcedinē: et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei israel: et edificabunt ciuitates desertas: et habitabunt in eis. Et plantabūt vineas et bibēt vinum earum. Et facient ortos: et comedēt fructus eorum. Et plantabo eos super humū suā: et non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis. Dicit dominus deus tuus. R. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Dñe deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oratio.

Presta dñe quesum⁹ familie tue supplicanti: vt dū a cibis corporalib⁹ se abstinet: a vicijs mente ieiunet. Per dñm.

Lectio hesdre prophete. viij.

In diebus illis. Conuocat⁹ est omnis popul⁹ quasi vir vnus ad plateam que est ante portam aquarum: et dixerunt hesdre scribe vt afferret librū legis moysi quam pcepit dñs israeli. Attulit ergo hesdras sacerdos legem coram multitudine virorū ac mulierum/ cunctisq; qui poterant intelligere in die prima mēsis septimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portam aquarum: a mane vsq; ad mediam diem in conspectu virorum ac mulierum sapientium: et aures omnis populi erant erecte ad librum. Stetit autē hesdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum: et steterūt iuxta eū. Et aperuit hesdras librū corā omni populo: et benedixit hesdras dño deo magno. Et respondit omnis populus amē. Eleuans autē oīs

populus manus suas et incurua=ti sunt: et adorauerũt proni in terram. Porro leuite silentium faciebant in populo: ad audiendã legem. Populus autẽ stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte et aperte: ad intelligendum. Dixit autẽ neemias sacerdos: scribis et leuitis. Dies sanctificatus est dño deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pinguia et bibite mulsum: et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi: quia sanctus dies dñi est: et nolite contristari. Gaudium etenim dñi est fortitudo nostra. ℞ Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra. ℣. Suscitãs a terra inopẽ et de stercore erigẽs pauperẽ. Scdm marcum. ix.

In illo tẽpore. Respondens vnus de turba: dixit ad iesũ. Magister attuli filium meũ ad te habẽtem spiritum mutum. Qui vbicunq; eum apprehenderit: allidit eũ et spumat/ et stridet dẽtibus et arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum. et non potuerunt Qui respondẽs eis dixit. O generatio icredula quãdiu apud vos ero quãdiu vos patiar? Afferte illũ ad me. Et attulerunt eum. Et cũ vidisset illum: statim spiritus conturbauit eũ. et elisus in terra. volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantũ temporis est ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequẽter eum in ignẽ et in aquas misit: vt eum perderet. Sed si quid potes: adiuua nos misertus nostri. Jesus autẽ ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et cõtinuo exclamãs pater pueri cum lacrimis aiebat. Credo domĩe adiuua icredulitatẽ meam. Et cum videret iesus cõcurrentem turbã comminatus est spiritu immundo dicẽs illi. Surde et mute spiritus ego tibi precipio exi ab eo: et amplius ne introeas in eũ. Et exclamans et multum discerpẽs eũ exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerẽt quia mortuus est. Jesus autem tenens manum eius: eleuauit illum et surrexit. Et cum introisset domum: discipuli eius secreto interrogabãt eum. Quare nos non potuimus eijcere eũ? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Offer. Meditabar in mãdatis tuis q̃ dilexi valde et leuabo manus meas ad mãdata tua q̃ dilexi. Secre

Hec hostia q̃s dñe emundet nr̃a delicta et ad sacrificiũ celebrandũ subitorũ tibi corpora mẽtesq; sctificet. Per. Coio. Comedite pinguia et bibite mulsum et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi sanctus eni dies dñi est nolite contristari gaudium eteni dñi est fortitudo nostra.

Postcõ

Sumẽtes dñe dona celestia supplicit deprecamur vt q̃ sedula seruitute donãte te gerimus. dignis sensibus tuo munere capiamus. Per. ¶ Feria. vi. in ieiuniis. iiii. tẽporũ. Introitus

Letetur cor querentiũ dñm querite dominũ et cõfirmamini/ q̃rite faciem eius semper. Ps. Confitemini domio et

inuocate nomē eius: annūciate inter gentes opera eius. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes et corpore tibi placeam⁹ & mēte. Per dominum nostrū iesū.

Lectio osee prophete. xiiii.

Hec dicit dominus de⁹. Conuertere israel ad dn̄m deū tuum / quoniā corruisti in iniqtate tua. Tollite vobiscum verba & conuertimini ad dominum: et dicite ei. Omnem aufer iniquitatē: et accipe bonum. et reddemus vitulos labiorū nostrorū. Assur nō saluabit nos: sup equos nō ascendemus / nec dicemus vltra dij nr̄i opera manuum nostrarum quia eius q̄ in te est misereberis populi. Sanabo contritiones eorum diligam eos spontanee quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: et israel germinabit sicut lilium. Et erumpet radix eius vt libani ibunt rami eius. Et erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt libani. Conuertantur sedentes in vmbra eius / viuent tritico: et germinabūt quasi vinea. Memoriale eius sicut vinum libani. Ego exaudiam & dirigam eū: ego vt abietem virentem: ex me fructus ei⁹ inuentus est. Quis sapiens et intelliget ista / intelligēs & sciet hec? Quia recte vie domini: & iusti ambulabunt in eis. ℟. Conuertere domine aliquantulum et deprecare sup seruos tuos ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie.

Secundum lucam. v.

In illo tempore Factum est in vna dierum: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedentes et legisdoctores. qui venerant ex omni castello galilee / et iudee et hierusalem: et virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominē qui erat paraliticus: et querebant eū inferre et ponere ante eum. Et nō inuenientes qua parte eum inferrent pre turba: ascenderūt supra tectum & per tegulas submiserūt eum cum lecto in medio ante iesū Quorū fidē vt vidit: dixit. Homo: remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei: dicentes. Quis est hic qui loqtur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Ut cognouit autem iesus cogitationes eorum: respondēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facili⁹ dicere dimittuntur tibi peccata: an dicere surge et ambula? Ut sciatis autē quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralitico. Tibi dico surge: tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis: tulit lectum in quo iacebat. et abijt in domum suam magnificans deum: et stupor apprehēdit omnes & magnificabant deum. Et repleti sūt timore: dicentes. Quia vidimus mirabilia hodie. Offe. Bn̄dic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi dn̄e sint quesum⁹ nostri dona ieiunij

que et expiando nos tua gratia dignos efficiant / et ad sempiterna pꝛomissa perducāt. Per dn̄m.

Coīo. Aufer a me oppꝛobꝛiū ⁊ cōtemptū q̄a mādata tua exq̄siui dn̄e: nā ⁊ testimonia tua meditatio mea est. Postcō.

Quesumus oṗs deus / vt de perceptis muneribus gratias exhibentes beneficia potioꝛa sumamꝰ. Per dn̄m.

¶ Sabbato in ieiuniis .iiij. tēpoꝛū. Introitus

Venite adoꝛemus deū et pꝛocidamus āte dominū ploꝛemus ante eū qui fecit nos: quia ipe est dominus deus noster. Ps. Pꝛeoccupemus faciem eius in confessione. et in psalmis iubilemꝰ ei. sine Dominus vobiscū. Oꝛatio.

Omnipotēs sempiterne deꝰ / qui per continentiam salutarē et coꝛpoꝛibꝰ mederis et mentibꝰ maiestatem tuam supplices exoꝛamus: vt pia ieiunantium depꝛecatione placatus. et pꝛesentia nobis subsidia pꝛebeas et futura. Per. Lectio libꝛi leuitici. xxiij.

In diebus illis Locutus est dn̄s ad moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi / dies expiationū erit celeberrimus et vocabitur sanctus. Affligetisꝫ animas vestras in eo: et offeretis holocaustum domino Omne opus seruile non facietis in tēpoꝛe diei huius: quia dies pꝛopiciatiōis est vt pꝛopicietur vobis dominus deus vester. Omnis anima que afflicta nō fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quippiam fecerit: delebo eam de populo suo Nichil ergo operis facietis in eo. Legittimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus et habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: affligetis animas vestras. Die nono mensis septimi a vespera vsꝫ ad vesperū: celebꝛabitis sabbata vestra. Dicit dominus omnipotēs.

R. Pꝛopicius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deꝰ eoꝛum. V. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ pꝛopter honoꝛē nominis tui domine libera nos. Oꝛatio.

Da nobis q̄s oṗs deus vt ieiunando tua gratia satiemur ⁊ abstinendo cunctis efficiamur: hostibus foꝛtioꝛes. Per.

Lectio libꝛi leuitici. xxiij.

In diebus illis Locutus est dn̄s ad moysen dicēs. Quintadecima die mēsis septimi quādo congregaueritis oēs fructꝰ terre vestre: celebꝛabitis ferias septē diebus. Die pꝛimo et die octauo erit sabbatum: id est requies. Sumetisꝫ vobis die pꝛimo fructus arboꝛis pulcherrime: spatulasꝫ palmarū ⁊ ramos ligni densarū frondium ⁊ salices de toꝛrente: et letabimini coꝛam dn̄o deo vestro. Celebꝛabitisꝫ solēnitatē eius septem diebus per annum Legittimum sēpiternū in generationibꝰ vestris erit. Mense septimo festa celebꝛabitis: ⁊ habitabitis in vmbꝛaculis septē diebus. Omnis q̄ de genere israel est: manebit in tabernaculis vt discāt posteri vr̄i q̄d in tabernaculis habitare feceri filios isr̄l cū educerē eos de t̄ra egypti Ego dn̄s deꝰ vr̄. R. Pꝛotectoꝛ noster aspice deꝰ ⁊ respice sup seruos tuos.

℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oratio.

Tuere qs dñe familiã tuã vt salutis eterne remedia que te inspirante requirim⁹ te largiente consequamur. Per dñm.

Lectio michee prophete. vij.

Domine deus noster pasce populũ tuũ in virga tua / gregem hereditatis tue. habitantes terram in salute iuxta dies antiquos. Videbunt gentes ⁊ confũdẽtur super omni fortitudine sua Quoniã quis deus similis tui qui aufers iniquitatem et transfers peccatũ reliqarũ hereditatis tue. Non immittet vltra furorẽ suũ. qm̃ volẽs miam est: ⁊ reuertetur et miserebiť nostri. Deponet iniquitates nostras: ⁊ proiciet in profũdum maris oĩa peccata nr̃a. Dabis veritatẽ iacob: miam abrahã Que iurasti patrib⁹ nostris a diebus antiquis: domine de⁹ noster.

℟. Conuertere dñe aliquãtulũ ⁊ deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis a gñatiõe ⁊ pgenie. Oro

Presta qs domie sic nos ab epulis carnalibus abstinere. vt a vicijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominũ.

Lectio zãcharie prophete. viij

In diebus illis. Factum est verbum dñi ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituum. Sicut cogitaui: vt affligerẽ vos cũ ad iracundiã me prouocassent patres vestri et nõ sum misertus sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciã hierusalẽ et domui iuda. Nolite timere. Hec sũt ergo verba: que facietis. Loquimini veritatem vnusquisq̃ cum primo suo: veritatem ⁊ iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisq̃ malũ contra amicum suũ: ne cogitetis in cordibus vestris. Et iuramentũ mẽdax ne diligatis. Oĩa eni hec sunt q̃ odi dicit dñs. Et factũ est verbũ dñi exercituum ad me dicens. Hec dicit dñs exercituum. Ieiuniũ primi et ieiunium quarti / et ieiuniũ septimi / et ieiuniũ decimi erit domui iude in gaudium et letitiã et in solemnitates preclaras. Veritatẽ tantũ ⁊ pacem diligite. Dicit dñs exercituũ.

℟. Iacta cogitatũ tuũ in domino et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dñз exaudiuit vocẽ meam ab his q̃ appropiquãt michi. Oratio.

Ut nobis domie q̃sum⁹ tribuis solẽne tibi deferre ieiunium sic nobis indulgentie presta subsidium. Per dominum.

Lectio danielis prophete. iij.

In diebus illis. Angel⁹ domini descẽdit cũ azaria ⁊ socijs eius in fornacẽ: et excussit flãmã ignis de fornace. Et fecit fornacis medium quasi ventum roris flantẽ: flãma autẽ diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incendebãt Illos autem omnino non tetigit ignis neq̃ contristauit: nec quicq̃ molestie intulit. Tũc hij tres quasi vno ore hymnũ dicebant et magnificabant deũ in fornace dicentes. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorum ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus et superaltatus in secula.

Et benedictum nomen glorie tue sanctū: et laudabile et superexaltatū in omnibus sclis. Bñdictus es in templo sctō glorie tue. ⁊ superlaudabilis ⁊ glosus ⁊ superexaltatꝰ i scla. Bñdictꝰ es in throno sctō regni tui: ⁊ suplaudabilis et superexaltatꝰ in scla. Bñdictus es qui intueris abissos et sedes super cherubin: et laudabilis et superexaltatus in scla Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Benedicite oía opera dñi domino: benedicite celi dño. Bñdicite angeli dñi domino: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicite aque oēs que super celos sunt dño: benedicite oēs virtutes dñi domino. Benedicite sol et luna dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in scla. Benedicite stelle celi dño: bñdicite imber et ros dño. Benedicite oīs spiritus dei dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bñdicite ignis ⁊ estꝰ dño bñdicite noctes et dies domino. Bñdicite tenebre ⁊ lumē domino hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in scla. Benedicite frigus ⁊ cauma dño. bñdicite pruina ⁊ niues dño. Bñdicite fulgura et nubes dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bñdicat terra dñm. bñdicite montes ⁊ colles dño. Bñdicite nascentia terre domino: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bñdicite maria et flumina domino: bñdicite fontes dño. Bñdicite cete ⁊ oía q̄ mouētur in aquis domino: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in scla. Bñdicite oēs volucres celi domino: bñdicite oēs bestie ⁊ pecora dño. Bñdicite filij hominū dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Benedicat isrl dño: bñdicite sacerdotes domini dño. Bñdicite serui dñi domino: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bñdicite spiritꝰ et anime iustorum domino: bñdicite scti et humiles corde dño: hymnū dicite ⁊ superexaltate eū in secula. Bñdicite anania azaria misael dño: hymnum dicite et superexaltate eum in secula.

Tractus.

Benedictꝰ es dñe i firmamēto celi et laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ superaltatus in secula.

Oratio cum Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū: concede propiciꝰ: vt nos famulos tuos non exurat flāma viciorum. Per dñm.

Ad hebreos. ix.

Fratres. Tabernaculum factum est primū: in quo erant candelabra ⁊ mensa ⁊ ppositio panū que dicitur sācta. Post velamētū aūt secūdū tabernaculū quod dicitur sancta sanctorum aureū habēs thuribulū/ et archā testamēti circumtectam ex omni parte auro In qua vrna aurea habēs māna ⁊ virga aarō que fronduerat: et tabule testamenti. Super que erant cherubin glorie obumbrantia propiciatoriū: de quibus non est modo dicendū per singula. Hijs vero ita compositis in priori quidem tabernaculo semp introibant sacerdotes sacrificiorum officia consūmantes. In secūdo vero semel in anno solꝰ pon

tifex non sine sanguine quē offerret pro sua ⁊ populi ignorantia. Hoc significante spū sancto nondum propalatam esse sanctorum viā adhuc priore tabernaculo habente statū que parabola est temporis instantis. Juxta quam munera et hostie offeruntur: que nō possunt iuxta consciētiā perfectū facere servientē. Solūmodo in cibis et in potibus et varijs baptismatibus ⁊ iusticijs carnis vsq͛ ad tempus correptionis impositis. Christus autē assistens pontifex futurorum bonorum peramplius et perfectius tabernaculū nō manufactum id est nō huius creationis: neq͛ per sanguinē hyrcorum aut vitulorū. Sed per proprium sanguinē introiuit / semel in scta: eterna redēptiōe inuēta. Tract⁹.

L Audate dñm oēs gētes ⁊ collaudate eum oēs populi. ℣. Quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius ⁊ veritas domini manet ineternum

Secundum lucam. xiij.

I N illo tempore Dixit iesus turbis similitudinē hanc. Arborem fici habebat quidā plātatam in vinea sua: et venit querens fructū in illa ⁊ non inuenit. Dixit autē ad cultorem vinee. Ecce anni tres sūt ex quo venio querens fructū in ficulnea hac: et nō inuenio. Succide ergo illā. Ut qd etiam terram occupat? At ille respondens dixit illi. Dñe dimitte illā ⁊ hoc āno: vsq͛ dū fodiā circa illā ⁊ mittā stercora Et si qdē fecerit fructū sin autē in futuro succides eā. Erat aūt docēs in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decē et octo: ⁊ erat inclinata / nec omnino poterat sursum respicere. Quam cū videret iesus: vocauit eam ad se: ⁊ ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit ei manus ⁊ cōfesti erecta est: et glificabat deū. Respondens aūt archisynagog⁹ indignans quia sabbato curasset iesus: dicebat turbe. Sex dies sūt in quib⁹ oportet operari. In his ergo venite et curamini: ⁊ non in die sabbati. Respondens autē ad illum dominus: et dixit. Ipocrite vnusquisq͛ vestrū sabbato non soluit bouē aut asinum suū a presepio et ducit adaquare? Hanc aūt filiam abrahe quam alligauit sathanas ecce decem ⁊ octo ānis nō oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cū hec diceret: erubescebant omnes aduersarij eius. Et omnis populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo

Offr. D omine de⁹ salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

H Ec hostia domie qs. et vincula nostre prauitatis absoluat: ⁊ tue nobis mie dona conciliet. Per dñm. Coio. M ense septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti. ego dominus deus vester. Postcōmunio

P Erficiāt in nobis domine quesumus sacramēta tua quod continent: vt que nunc specie gerim⁹ rerum veritate capiamus. Per dominum nostrū.

¶ Dominica. xviij. Introitus.



Da pacē domine susti-nentibus te vt prophe-te tui fideles inueniā-tur exaudi p̄ces ser-ui tui ꝛ plebis tue isra-el. Ps. Letatus sum in hijs que dicta sūt michi: in domum dñi ibimus. Oratio.

Omnipotens sempiterne de-us miam tuā ostēde suppli-cibus: vt qui de meritorū qualita-te diffidimus: non iudiciū tuū sed indulgentiam sentiamus. Per.

Ad corinthios. prime. j.

Fratres. Gratias ago deo meo semper pro vobis: in gratia dei q̄ data est vobis in chri-sto iesu Quia in omnibus diuites facti estis in illo: in omni verbo et in omni scientia. Sicut testimoni-um christi confirmatum est in vo-bis ita vt nichil vobis desit in vlla gratia: expectantibus reuelatio-nem dñi nostri iesu christi. Qui ꝛ confirmabit vos vsq̄ in finē sine crimine in diem aduētus domini nostri: iesu christi. ℟. Letatus sū in his que dicta sunt michi: in domū dñi letantes ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundātia in turribus tuis. Alleluya. ℣. Laudate dominū omnes gē-tes et collaudate eum omnes populi.

Secundum matheū. xxij. ꝛ xxiij.

In illo tpe. Accesserunt ad iesum pharisei: et interro-gauit eum vnꝰ ex eis legisdoctor tentans eum. Magister quod est mandatum magnū in lege? Ait illi iesus. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximum ꝛ primum mandatū. Secundum autē: simile est huic. Diliges proximū tuū: sicut teip-sum. In hijs duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete. Congregatis autē phariseis in-terrogauit eos iesꝰ dicens. Quid vobis videtur de christo cuius fi-liꝰ est? Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominū dicens. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis Donec ponam inimicos tuos sca-bellum pedum tuorum. Si ergo dauid vocat eum dominum: quo modo filius eius est? Et nemo po-terat respondere ei verbum: neq̄ ausus fuit quisquā ex illa die eū amplius interrogare Tunc locu-tus est iesus ad turbas: ꝛ ad disci-pulos suos dicens. Super cathe-dram moysi sederūt scribe ꝛ pha-risei. Oia ergo quecunq̄ dixerint vobis: seruate et facite. Secundū vero opera eorū nolite facere. Di-cunt enim et non faciūt. Alligāt autē onera grauia et importabi-lia et imponūt in humeros homi-num: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt: vt videantur ab homini-bus. Dilatant enī philateria sua et magnificant fimbrias. Amāt autem primos recubitus in cenis et primas cathedras i synagogis ꝛ salutationes in foro: ꝛ vocari ab hominibus rabbi. Vos autē noli-te vocari rabbi. Unus est enī: ma-gister vester. Omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vo-care vobis: super terram. Unus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri. quia magister vester vnus est christus

Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltauerit: humiliabitur Et qui se humiliauerit: exaltabitur. Offr.

Sanctificauit moyses altare dño offerens super illud holocausta ꝛ imolans victimas fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis domino deo in cõspectu filiorum israel. Secreta.

Huius tibi domine muneris oblatione placeamꝰ vt perpetue vite participes huiꝰ operatiõe reddamur. Per. Coio. Tollite hostias ꝛ introite in atria eius: adorate dñm in aula sancta eius. Postcõ.

Celestis mense q̃s dñe sacro sãcta libatio: corda nostra purget semper et pascat. Per do.

Fer.iiij. Ad corinthios. j.iij.

Fratres. Nescitis quia tẽplum dei estis: et spiritus dei habitat in vobis. Si quis tẽplum dei violauerit: disperdet illum deus. Templum eni dei sanctum est: quod estis vos. Nemo vos seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiẽs. Sapientia enim huius mũdi: stulticia est apud deũ. Scriptum est eni Comprehendam sapientes: in astutia eorum. Et iterum. Dñs nouit cogitationes sapientum: quoniam vane sunt. Itaq̃ nemo glorietur in hominibus: sed in domino iesu christo. Scdm lucam. xiiij.

In illo tempore. Dicebat iesus ei q̃ se inuitauerat. Dũ facis prandium aut cenã: noli vocare amicos tuos. neq̃ fratres tuos neq̃ vicinos diuites: ne forte ꝛ ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium voca pauperes. debiles. claudos. cecos. et beatus eris: quia non habẽt retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectione iustorum. Hec cum dixisset quidam de simul discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducat panem in regno dei. Feria.vi.

Ad corinthios. prime.iiij.ꝛ v.

Fratres. Non in sermone est regnũ dei: sed in virtute. Quid vultis? In vĩga veniã ad vos an in caritate ꝛ in spiritu mãsuetudinis? Omnino auditur fornicatio inter vos. Et talis fornicatio: qualis nec inter gẽtes. Ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis ꝛ nõ magis luctũ habuistis vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit Ego quidem absens corpore presens aũt spiritu: iam iudicaui vt presens eum qui sic operatus est: in nomine domini nostri iesu christi. Cõgregatis vobis ꝛ meo spiritu cum virtute domini iesu tradere huiusmodi sathane in interitũ carnis: vt spiritus saluꝰ sit in die domini nostri iesu christi.

Secundum lucam. iiij.

In illo tempore. Descendit iesus in capharnaũ in ciuitatẽ galilee: ibiq̃ docebat eos sabbatis. Et stupebãt in doctrina eiꝰ quia in potestate erat sermo ipsiꝰ Et ĩ synagoga erat homo habẽs demoniũ immundũ: et clamabat voce magna dicens. Sine. Quid vobis ꝛ tibi iesu nazarene? Venisti pdere nos. Scio te q̃ sis sãctus dei. Et increpauit illũ iesꝰ: dicẽs.

Obmutesce & exi ab illo. Et cum proiecisset illud demonium in medium: exijt ab eo nichilqȝ illũ nocuit. Et factus est pauor in omnibus: et colloquebantur adinuicẽ dicẽtes. Quod est hoc verbũ quia in potestate et virtute ĩperat immundis spiritibus et exeunt. Et diuulgabat fama de illo: in omnem locum regionis.

¶ Dominica.xix. Introitus.



Salus popli ego sum dicit domin9 de quacũqȝ tribulatiõe clamauerit ad me exaudiam eos & ero illorũ dominus imperpetuũ. ps. Attendite popule meus legem meã inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio

Hac nos q̃sumus dñe prompta voluntate subiectos: & ad supplicandũ tibi nostras semper excita voluntates. Per dñm nostrum. Ad ephesios. iiij.

Fratres. Renouamini spiritu mẽtis vestre: et induite nouum hominem qui secundũ deum creatus est in iustitia et sãctitate veritatis Propter quod deponẽtes mendacium: loquimini veritatẽ vnusquisqȝ cum proximo suo. quoniã sumus inuicẽ membra. Irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiã vestram. Nolite locum dare diabolo Qui furabatur: iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonũ est vt habeat vnde tribuat: necessitatẽ patienti. R. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. V. Eleuatio manuum mearum sacrificiũ vespertinũ. Alla. V. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet ineternum. Secundum matheum ix.

In illo tempore. Ascendẽs iesus in nauiculam: transfretauit et venit in ciuitatem suã Et ecce offerebant ei paraliticũ: iacentem in lecto. Uidens autem iesus fidem illorum: dixit paralitico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: hic blasphemat. Et cum vidisset iesus cogitationes eorũ: dixit. Ut quid cogitatis mala: in cordibus vestris Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua: an dicere surge et ambula. Ut sciatis autẽ q̃a filius hominis habet potestatem dimittendi in terra peccata. Tũc ait paralitico. Surge tolle lectũ tuum: et vade in domum tuam. Et surrexit & abijt in domum suã Uidẽtes autem turbe. timuerũt. Et glorificauerunt deum: qui dedit potestatem talẽ hominibus.

Offr. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: & super irã inimicorũ meorũ extendes manũ tuã & saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

Munda nos domine sacrificij presentis effectu: et perfice miserat9 in nobis: vt ei9 mereamur esse participes. Per dñm

Coio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis vtinã dirigãtur vie mee ad custodiẽdas iustificatiões tuas Postcõ

Purifica domine quesum9 mentes nostras benignus et renoua celestibus sacramentis vt consequenter et corporum pre

sens pariter et futurũ capiamus auxilium. Per dñm. ¶ Feria.iiii. Ad thessalonicenses ij.ij.& iij.

F Ratres State & tenete traditiones quas didicistis/ siue per sermonem/ siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster iesus christus & deus & pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem eternã & spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra et cõfirmet in omni opere et sermõe bono. De cetero fratres orate pro nobis: vt sermo domini currat et clarificetur sicut & apud nos/ vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omniũ est fides. Fidelis aũt dominus est: qui cõfirmabit vos et custodiet a malo. Dominus autem dirigat corda vestra in caritate dei: et paciencia christi.

Secundum matheum. ix

I N illo tẽpore. Accesserunt ad iesum discipuli iohãnis: dicẽtes. Quare nos et pharisei ieiunamus freq̃uẽter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illi iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere: quamdiu cũ illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit cõmissuram panni rudis. in vestimentum vetus. Tollit eni plenitudinem eius a vestimento: et peior scissura fit. Neq3 mittunt vinum nouũ in vtres veteres. Alioquin rumpuntur vtres et vinum effunditur: et vtres pereũt. Sed vinum nouũ in vtres nouos mittunt. et ambo conseruantur

¶ Feria.vi. Ad romanos. xiij

F Ratres. Omnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo: ordinata sunt. Itaq3 qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autẽ resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem nõ timere potestatem. Bonum fac: et habebis laudem ex illa. Dei eni minister: est tibi in bonum. Si autẽ malefeceris. time. Non sine causa: gladiũ portat. Dei autem minister est vindex in ira: ei qui malũ agit. Scdm marcum. iij.

I N illo tẽpore. Introiuit iesus in synagoga: et erat ibi homo habens manum aridã. Et obseruabant eum si sabbatis curaret: vt accusarent illum. Et ait homini habẽti manum aridam. Surge in medium. Et dicit eis. Licet sabbatis benefacere an male? Animam saluare an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cũ ira/ contristatus super cecitatem cordis eorum dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est manus: illi. ¶ Dñica.xx. Introitus.



Mnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriã nomini tuo et fac nobiscũ secundum multitudinẽ misericordie tue. ps. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate

dei nostri in monte sctõ eius. Oratio.

Da q̃s dñe pplõ tuo diaboli ca vitare contagia. & te solum dominũ pura mente sectari. Per dñm. Ad ephesios v.

Fratres. Uidete quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes sed vt sapientes. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes q̃ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto loquẽtes vobisinetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus cantãtes & psallentes in cordib⁹ vestris domino. Gratias agẽtes semper pro omnib⁹: in nomine dñi nostri iesu christi deo et patri. Subiecti inuicẽ: in timore christi. R. Oculi oim in te sperãt dñe & tu das illis escã in tpe oportuno. V. Aperis tu manum tuã & iples omne animal bñdictiõe. Alla. V. Dextera dei fecit virtutẽ dextera dñi exaltauit me. Scdm matheũ. xxij.

In illo tempore. Loquebatur iesus cũ discipulis suis in parabolis dicens Simile est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebãt venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: tauri mei/ et altilia occisa sunt: & omnia parata venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt Et abierunt: alius in villam suã: alius vero ad negociationem suã Reliqui vero tenuerũt seruos ei⁹ et contumelijs affectos occiderũt Rex autem cũ audisset: iratus est Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et ciuitatẽ illorũ succẽdit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ: et quoscunq̧ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos & bonos/ et implete sunt nuptie discumbentiũ. Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hoĩem nõ vestitum veste nuptiali: et ait illi. Amice: quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus eius & pedibus: mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Super flumina babylonis illic sedim⁹ & fleuim⁹ dũ recordaremur tui syon. Secreta.

Maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur: vt hec sancta que gerim⁹/ et a preteritis nos delictis exuant et futuris. Per dominũ. Coio. Memẽto verbi tui seruo tuo domine in quo michi spem dedisti. hec me consolata est in humilitate mea. Postcõmunio.

Sanctificationibus tuis omnipotẽs deus & vicia nostra curentur & remedia nobis eterna proueniãt. Per dñz. ¶ Feria. iiij. Ad thessalonicenses. ij. iij.

Fratres. Denũciamus vobis in noĩe dñi nostri iesu christi vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate:

et non secundũ traditionem quã acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodũ oporteat imitari nos. qm̃ nõ inquieti fuimus inter vos/ neq̃ panem gratis manducauimus ab aliquo: sed in labore et fatigatione nocte et die operantes/ ne quem ex vestrũ grauaremus. Non quasi non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formã daremus vobis ad imitãdos nos. Nã et cũ essemus apud vos: hoc denunciabamus vobis: quoniam si quis nõ vult operari nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdã ãbulare in quiete nihil operãtes sed curiose agẽtes. Hijs autem qui eiusmodi sũt denũciamus et obsecramus in domino iesu christo: vt cum silentio operantes: suum panẽ manducẽt Uos autẽ fratres nolite deficere benefaciẽtes. Scd̃m lucam. xij.

In illo tempore. Accedens ad iesum quidam de turba dixit ei. Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatẽ. At ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos. Dixitq̃ ad illos. Uidete et cauete ab omni auaritia: quia nõ in abundantia cuiusquam vita eius est ex hijs que possidet. Dixit aũt similitudinẽ ad illos dicens. Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciã quia nõ habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam Destruã horrea mea et maiora faciã: et illuc congregabo omnia que nata sũt michi et bona mea. et dicã anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce comede bibe et epulare. Dixit aũt illi deus. Stulte hac nocte repetent animã tuã a te. Que autẽ parasti cuius erũt? Sic est qui sibi thesaurizat. et non est in deũ diues. Fer. vi. Ad tymotheũ. j. vi.

Carissime. Precipe diuitibus huius seculi nõ sublime sapere neq̃ sperare in ĩcerto diuitiarum: sed in dño qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum. Bene agere diuites fieri in operibus bonis: facile tribuere cõmunicare thesaurizare sibi fundamentũ bonũ in futurũ: vt apprehẽdant verã vitã. Scd̃m lucam. vi.

In illo tẽpore Dixit iesus discipulis suis. Nõ est arbor bona q̃ facit fructus malos: neq̃ arbor mala faciens fructum bonum. Unaqueq̃ eni arbor: de fructu suo cognoscitur. Neq̃ eni de spinis colligunt ficus: neq̃ de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thezauro cordis sui: profert bonum. Et malus homo de malo thezauro cordis sui: profert malum. Ex abundãtia enim cordis: os loquitur. Quid autem vocatis me dñe domine: et non facitis que dico? Omnis eni qui venit ad me et audit sermões meos et facit eos: ostẽdam vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum qui fodit in altũ: et posuit fundamentum supra petram. Inundatione aũt facta illisum est flumen domui illi: et non potuit eam mouere. Fũdata eni erat supra petram.

¶ Dñica. xxi. post octa. penthecostes. Ad missam. Introitus.



In voluntate tua dñe vniuersa sunt posita: et non est qui possit resistere voluntati tue: tu enim fecisti omnia celum ꝛ terram ꝛ vniuersa que celi ambitu continētur dñs vniuersorum tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Dirigat corda nostra domine q̄s tue miseratiōis operatio quia tibi sine te placere non possumus. Per. Ad ephesios. vi.

Fratres. Confortamini in dño: et in potētia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersꝰ insidias diaboli. Quō non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinem: sed aduersus principes ꝛ potestates aduersus mūdi rectores tenebrarum harū. contra spiritalia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: et induti loricā iustitie et calciati pedes in preparatione euangelij pacis. In omnibus sumētes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: ꝛ gladiū spiritus: quod est verbum dei. Rꝫ. Domine refugiū factus es nobis a generatiōe et progenie. V. Priusq̄ montes fierent aut formaretur terra ꝛ orbis a sclo et in seculū tu es deus. Alla. V. De profundis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meam.

Secundum iohannem.

In illo tēpore Erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur capharnaū. Hic cū audisset quia iesus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eū et rogabat eum vt descenderet ꝛ sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eū Nisi signa ꝛ prodigia videritis: nō creditis. Dixit ad eū regulus. Domine descende priusq̄ moriatur filiꝰ meus. Dicit ei iesus. Uade filius tuus viuit Credidit homo sermoni quē dixit ei iesus: et ibat. Jam autem eo descendente serui occurrerunt ei. et nunciauerunt dicentes qd̄ filius eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. Quia heri hora septima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei iesus: vade filiꝰ tuus viuit. Et credidit ipse: ꝛ domꝰ eius tota. Offr.

Uir erat in terra nomine iob simplex ꝛ rectus ac timens deum quem sathan petijt vt temptaret et data est ei potestas a domino in facultate et in carne eius: perdiditq; omnem substantiā ipsius ꝛ filios carnē quoq; eiꝰ graui vlcere vulnerauit.

Deus qui nos per (Secre. huiꝰ sacrificij veneranda cōmertia vniꝰ summeq; diuinitatis participes efficis. presta q̄s: vt sicut tuā cognoscimꝰ veritatē: sic eam dignis mentibus ꝛ moribus assequamur. Per do. Coio. In salutari tuo aīa mea et in verbo tuo speraui quando facies de persequētibus me iudicium iniqui persecuti sūt me adiuua me domie deus meus. Postcoio

Gratias tibi referim⁹ dñe sacro mũere vegetati: tuam miam depcantes. vt dignos nos ei⁹ participatiõe pficias. Per do.

¶ Fer. iiii. Ad tymotheũ. j. j.

Carissime. Finis pcepti est caritas de corde puro ⁊ consciẽtia bona et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquiũ volẽtes esse legisdoctores non intelligentes neq3 que loquũtur: neq3 de quibus affirmãt. Scimus aũt quia bona est lex: si q̃s ea legittime vtatur. Scientes hoc quia iusto non est lex posita. sed iniustis et nõ subditis: impijs et peccatoribus sceleratis et contaminatis. patricidis ⁊ matricidis. homicidis. fornicarijs. masculorum cõcubitoribus. plagiarijs. mendacibus et periuris. et si quid aliud sane doctrine aduersatur que est secundũ euangelium glorie beati dei: qđ creditũ est michi. Gratias ago ei q̃ me cõfortauit in christo iesu: dño nr̃o.

Secundum lucam. xx.

In illo tempore Dixit iesus saduceis. Quomodo dicũt christum filium dauid esse: et ipse dauid dicit in libro psalmorum. Dixit dominus domĩo meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuor̃. Dauid ergo dominũ vocat illum et quomodo filius eius est? Audiente autẽ omni populo: dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui volũt ambulare in stolis et amãt salutationes in foro ⁊ primas cathedras in synagogis: et primos discubitus in cõuiuijs. Qui deuorant domos viduarum: simulantes longam orationem. Hij accipient: dãpnationẽ maiorem.

¶ Feria. vi. Ad tymotheũ. prime. ij.

Carissime. Ueritatem dico non mentior. Doctor gentium: in fide et veritate. Uolo ergo viros orare in omni loco. Leuantes puras man⁹ sine ira ⁊ disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato cũ verecundia et sobrietate ornãtes se non in tortis crinibus aut auro aut margaritas vel veste preciosa Sed qđ decet mulieres promittẽtes pietatem per bona opera. Mulier in silentio discat cũ omni subiectione Docere autẽ mulieri non permitto neq3 dñari in virum: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est: deinde eua. Et adã nõ est seductus: mulier autẽ seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur aũt per generationẽ filiorum si permanserit in fide et dilectione et sanctificatiõe: cũ sobrietate.

Secundum marcum ix.

In illo tempore Interrogauerũt iesum discipuli eius dicentes. Quid ergo dicunt pharisei et scribe: quia helyam oportet primum venire. Qui respondens: dicit illis. Helyas cum venerit primo restituet omnia Et quomodo scriptũ est in filiũ hominis vt multa patiatur et contempnatur? Sed dico vobis. q̃a et helyas venit et fecerunt illi quecunq3 voluerunt sicut scriptũ est de eo. Et veniens ad discipulos suos: vidit turbam magnam circa eos ⁊ scribas conquirentes cũ illis. Et con-

festim omnis populus videns iesum stupefactus est: et expauerũt Et accurrentes: salutabant eum

¶ Dominica. xxij. Introitus.

SI iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit / quia apud te propiciatio est deus israel. Ps. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Oratio.

OMnipotẽs et misericors deus vniuersa nobis aduersãtia propiciatus exclude: vt mente et corpore pariter expediti que tua sunt liberis mentib⁹ exequamur. Per dominũ nostrum iesum.

Ad philippenses. primo.

FRatres. Confidim⁹ in domino iesu: q̃a qui cepit in vobis opus bonum perficiet vsq; in diem christi iesu Sicut est mihi iustũ sentire hoc pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis et in defensione et in confirmatione euangelij socios gaudij mei omnes vos esse Testis eni michi est deus: quomodo cupiam omnes vos in visceribus iesu christi. Et hoc oro vt caritas vestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu. Ut probetis potiora / et sitis sinceres et sine offensa in diem christi. Repleti fructu iustitie per iesum christum: in gloriam et laudem dei. R. Ecce quã bonum et quã iocundũ habitare fratres in vnũ. V. Sicut vnguẽtũ in capite quod descendit in barbã barbã aarõ. Alla. V. Lauda aĩa mea dñm laudabo dñz in vita mea psallã deo meo quã diu ero. Scd̃m matheũ. xviij.

IN illo tempore Dixit iesus discipl̃is suis. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cũ cepisset rationẽ ponere: oblat⁹ est ei vnus q̃ debebat decem milia talẽta. Cum autem non haberet vnde redderet / iussit eum dñs eius venũdari et vxorem ei⁹ et filios et omnia que habebat et reddi. Procidens autẽ seruus ille: rogabat eum dicens. Pacientiam habe in me: et omnia reddã tibi. Misertus autem domin⁹ serui illius: dimisit eum. et debitum dimisit ei. Egressus autem seru⁹ ille: inuenit vnum de conseruis suis / qui debebat illi centum denarios. Et tenens suffocabat eũ dicens. Redde quod debes Et procidens conseruus eius: rogabat eum dicens. Pacientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit sed abijt / et misit eum in carcerem donec redderet debitum. Uidentes autẽ conserui ei⁹ que fiebant: contristati sunt valde. Et venerũt et narrauerũt dño suo oĩa que facta fuerant Tũc vocauit illũ dominus su⁹: et ait illi. Serue nequam: omne debitum dimisi tibi: qm̃ rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri cõserui tui. sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius tradidit eum tortoribus quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic et pater me⁹ celestis faciet vobis si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordib⁹ vestris. Offr. Gressus meos dirige dñe scd̃m eloq̃ũ tuũ vt non dñetur mei oĩs iiustitia dñe. Secreta

Hec munera dñe que oculis tue maiestatis offerimus/ salutaria nobis esse concede. Per dominum. Cōio. Dico vobis gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Postcōio.

Tua nos dñe medicinalis operatio et a nostris peruersitatibus clementer expediat: ⁊ tuis semper faciat inherere mādatis. Per dñm. ¶Feria quarta. Ad tymotheum. prime.iij. ⁊.iiij.

Carissime. Manifeste magnum est pietatis sacramentum. quod manifestatū est in carne iustificatum est in spū. Apparuit angelis. predicatum est gētibus: creditū est in mundo. assumptū est in gloria. Spūs aūt manifeste dicit. qa in nouissimis tēporibus discedēt quidā a fide: attēdentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorū in ipocrisi loquētium mendacium ⁊ cauteriatā habentes suam cōscientiam prohibentium nubere abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendū cum gratiarum actione fidelib⁹ ⁊ hijs qui cognouerunt veritatē. Quia oīs creatura dei bona est et nichil reijciendum quod cum gratiarū actiōe percipitur. Sanctificatur enī p verbum dei et orationē. Hec proponens fratribus bonus eris minister christi iesu enutrit⁹ verbis fidei ⁊ bone doctrine q̄ assecutus es. Ineptas autē et aniles fabulas deuita. Exerce teipsum ad pietatē. Nā corpalis exercitatio ad modicū vtilis est pietas aūt ad oīa vtilis est. pmissionem habēs vite. que nunc est et future.

Secundum marcum. vj.

In illo tempore. Conuenerunt ad iesum discipuli ei⁹ et renunciauerunt illi omnia que egerant et docuerant. Et ait illis Venite seorsum in desertum locū ⁊ quiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et redibant multi: et nec manducādi spacium habebant. Et ascendētes in nauē: abierunt in desertū locū seorsum. Et viderunt eos abeuntes: et cognouerunt multi. Et pedestres de ciuitatibus omnib⁹ concurrerūt illuc et preuenerunt eos. Et exiens vidit multā turbam iesus. Et misertus est super eos: quia erant sicut oues non habētes pastorē. Et cepit eos docere multa. ¶Feria vi. Ad tymotheum. prime.iiij.

Carissimi. Fidelis sermo: et omni acceptione dignus. In hoc laboramus / et maledicimur: quia speramus in deum viuum qui est saluator omnium hominum maxime fideliū. Precipe hec ⁊ doce Nemo adolescētiā tuā contēpnat: sed exemplum esto fideliū in verbo in conuersatiōe in fide in caritate in castitate. Dum venio attende lectioni et exhortatiōi doctrine. Noli negligere gratiam que est in te: que data est tibi per prophetiā cū impositione manuum presbiteri. Hec meditare in hijs esto vt profectus tuus manifestus sit omnib⁹. Attende tibi et doctrine insta in illis. Hoc eni faciens: teipsum saluum facies: ⁊ eos qui te audiūt. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrē. Iuuenes vt fratres: anus vt matres

Iuuenculas vt sorores. in omni castitate. Uiduas honora: que vere vidue sunt. Si qua autē vidua filios aut nepotes habet: discat primum domum suā pie regere ꝛ mutuā vicē reddere parentibus. Hoc enim acceptum est: corā deo.

Secundum marcum. vij.

In illo tempore Uenit iesus bethsaidam: et adducunt ei cecum / et rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculos eius: impositis manibus suis interrogabat eum si aliquid videret. Et aspiciens ait. Uideo homines velut arbores ambulantes. Deinde iterū imposuit manus super oculos eius et cepit videre. Et restitutus est ita vt videret clare omnia. Et misit illum in domum suam dicēs. Uade in domum tuam. Et si in vicū introieris: nemini dixeris.

¶ Dominica.xxiij. Introitus.

Dicit dominus ego cogito cogitatiōes pacis ꝛ non afflictionis inuocabitis me ꝛ ego exaudiam vos ꝛ reducā captiuitatem vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti dn̄e terrā tuā auertisti captiuitatem iacob.

Oratio.

Largire q̄s domine fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem / vt pariter ab omnibus mundentur offensis: et secura tibi mente deseruiāt. Per do.

Ad philippenses. iij.

Fratres. Imitatores mei estote: ꝛ obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis formā nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis. Nunc autem ꝛ flens dico: inimicos crucis christi. Quorum finis interitus quorum deus venter est. et gloria in cōfusiōe eorū q̄ terrena sapiūt. Nostra aūt cōuersatio in celis est Unde etiā saluatorē expectamus dn̄m nr̄m iesū xp̄m: q̄ reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue secūdum operationē qua possit etiam subijcere sibi oīa Itaq mei carissimi. et desideratissimi gaudium meū / et corona mea sic state in domino carissimi. Euchodiam rogo ꝛ syntichen deprecor: idipsum sapere in domino. Etiā rogo ꝛ te germane cōpar: adiuua eos qui mecum laborauerunt in euangelio cum clemente / et ceteris adiutoribus meis. Quorū noīa sūt: in libro vite. In christo iesu: dn̄o nostro. R. Liberasti nos dn̄e ex affligēbus nos: ꝛ eos qui nos oderunt confudisti. V. In deo laudabimur tota die / et nomini tuo confitebimur in seculum.

Alleluya. V. Qui posuit fines tuos pacem ꝛ adipe frumenti satiat te.

Secundum matheum. xxij.

In illo tēpore Abeūtes pharisei consilium inierunt vt caperent iesū in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister: scimus quia verax es / et viam dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis. Quid tibi videtur: licet censum dari cesari an non? Cognita autem iesus nequitia eorum: ait.

Quid me tẽptatis ipocrite? Ostẽdite michi nummisma census At illi obtulerũt ei denarium. Et ait illis iesus. Cuius est imago hec et superscriptio? Dicunt ei Cesaris Tũc ait illis iesus. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Offr. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Secre

Celestem nobis prebeãt hec misteria quesumus domine medicinam: et vicia cordis nostri expurgent. Per. Coio Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite q̃a accipietis et fiet vobis. Postcoio

Ut sacris domine reddamur digni muneribus fac nos tuis quesumus obedire mãdatis. Per dominũ nostrũ iesum christum filiũ tuũ. Feria.iiij.

Ad tymotheum. ij.ij.

Carissime. Fidelis sermo. nã si cõmortui sumus et conuiuemus. Si sustinebimus: et conregnabimus. Si negauerimus et ille negabit nos. Si non credim⁹ ille fidelis manet: negare seipsuz non potest. Hec commone: testificans coram dño. Noli verbis contẽdere: ad nichil enim vtile est nisi ad subuersionẽ audientiũ. Solicite cura teipsum pbabilem exhibere deo operarium incõfusibilem recte tractantẽ verbum veritatis. Profana aũt et vaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem: et sermo eorũ vt cancer serpit. Ex quib⁹ est hymeneus et philetus qui a veritate exciderunt. dicentes resurrectionem iam factam: et subuerterũt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum dei stetit habẽs signaculum hoc. Cognouit dominus qui sũt eius: et discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini. In magna autem domo non solũ sũt vasa aurea et argentea: sed et lignea et fictilia. Et quedam quidem in honore: quedam in cõtumeliã. Si quis ergo emũdauerit se ab istis: erit vas in honorẽ sanctificatũ. et vtile domino ad omne opus: bonũ paratum.

Secundum matheum. xvij.

In illo tempore. Cũ venisset iesus capharnaum: accesserunt q̃ didragma accipiebãt ad petrum: et dixerunt ei. Magister vester non soluit didragma? Et ait. Etiam. Et cum introisset domum: preuenit eũ iesus dicens Quid tibi videtur symon? Reges terre a quibus accipiunt tributũ vel cẽsum? A filijs suis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij Ut autem nõ scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle: et aperto ore eius/inuenies staterem. Illum sumens: da eis pro me et pro te.

¶ Feria.vi. Ad tytum. j.et.ij.

Carissime. Omnia munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nichil est mundum/sed inquinate sunt eorum et mens et consciẽtia. Confitentur se nosce deum: factis autẽ negant Cum sint abhominati et incredibiles: et ad omne opus bonum reprobi. Tu autem loquere que decẽt sanã doctrinã. Senes vt sobrij

sint: pudici prudentes sani in fide in dilectiõe in paciencia. Anus similiter in habitu sancto: non criminatrices. non multo vino seruientes. Bene docentes: vt prudentiam doceant. Adolescentulas vt viros suos amẽ. & filios diligant prudentes. castas sobrias. curam domus habentes. benignas. subditas viris suis: vt non blasphemetur verbũ dei. Juuenes similiter hortare: vt sobrij sint. In omnib⁹ temetipsum prebe exemplũ bonorum operum in doctrina: in integritate. in castitate. in grauitate. Uerbum sanum irreprehensibile. vt is q̃ ex aduerso est vereatur/ nichil habens malum dicere de nobis. Seruos dñis suis subditos esse in oĩbus placẽtes. nõ ꝯtradicẽtes. nõ fraudãtes. sed in omnibus fidem bonam ostendẽtes. Ut doctrina saluatoris nr̃i dei: ornẽt se in oĩbus. Scd̃m marcum. iiij.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis Uidete quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis et adicietur vobis. Qui enim habet: dabitur ei. Et qui non habet: etiam quod habet auferetur ab illo. Et dicebat. Sic est regnum dei. quẽadmodũ si homo iaciat semẽtem in terrã et dormiat/ et exurgat nocte ac die et semẽ germinet & increscat dum nescit ille. Ultro eñi terra fructificat/ primum herbã deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica Et cum ex se produxerit fructus: statim mittit falcem quoniã adest tempus messis Et dicebat. Cui assimilabim⁹ regnum dei: aut cui parabole cõparabimus illud? Sicut granum sinapis quod cum seminatũ fuerit in terra: minus est omnibus seminibus que sunt in terra. Et cũ natũ fuerit ascendit & fit magis omnibus oleribus & facit ramos magnos: ita vt possint sub vmbra ei⁹ aues celi habitare. Et talib⁹ multis parabolis: loq̃bat̃ eis verbum put poterãt audire Sine parabola aũt. nõ loquebat̃ illis. Seorsũ aũt discipulis suis: disserebat oĩa

Dñica. xxiiij. Introitus.



Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis inuocabitis me & ego exaudiam vos & reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis Ps. Benedixisti dñe terram tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Oratio

Familiam tuam q̃s domĩe continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera: & in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per.

Ad collocenses. primo.

Fratres. Non cessamus p vobis orantes et postulantes: vt impleamini agnitionem voluntatis eius. In omni sapientia et intellectu spiritali vt ambuletis digne deo per omnia placentes. In omni opere bono fructificantes et crescẽtes in scientia dei. In omni virtute confortati secũdum potentiã claritatis eius. In omni paciencia & longanimitate cũ gaudio: gratias agẽtes deo patri/ qui dignos nos fecit i partem sortis sctõꝝ in lumine qui eripuit

nos de potestate tenebrarũ et trãstulit in regnũ filij dilectionis sue in quo habemus redẽptionem in remissionẽ peccatorũ. Per iesum christũ dñm nr̃z. ℞. Liberasti nos dñe ex affligẽtib9 nos ꝛ eos q̃ nos oderũt ꝯfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die et noĩ tuo ꝯfitebimur in seculũ. Alla. ℣. Qui posuit fines tuos pacẽ et adipe frumẽti saciat te. Scdm matheũ ix.

In illo tẽpore. Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vn9 accessit: et adorauit eũ dicẽs. Dñe filia mea modo defũcta est: sed veni impone manũ super eã ꝛ viuet. Et surgens iesus. sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur ab ãnis duodeci accessit retro: et tetigit fimbriã vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentũ eius salua ero. At iesus cõuersus ꝛ videns eam: dixit. Confide filia: fides tua te saluã fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Offr.

De profũdis clamaui ad te domie: domine exaudi vocem meam. Secreta.

Suscipe domine propiciat9 hostias quibus et te placari voluisti: et nobis salutẽ potenti pietate restitue. Per dñm nostrum iesũ. Coio Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcoio.

Immortalitatis alimoniã consecuti quesumus domine: vt quod ore percepimus: mente sectemur. Per dñm. ¶Feria quarta. Ad hebreos. iij.ꝛ.iiij.

Fratres Uidete ne forte sit in aliquo vestrum cor malignum incredulitatis: discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enĩ christi effecti sumus: si tamen initiũ substantie eius vsq3 ad finem firmum retineam9 dum dicitur. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra: quemadmodũ in illa exacerbatione. Quidã enĩ audientes exacerbauerũt: sed nõ vniuersi qui profecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autem offensus est quadraginta annis. Nonne illis qui peccauerũt: quorum cadauera ꝓstrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit nõ introire in requiẽ ipsi9/ nisi illis q̃ increduli fuerũt? Et videmus q̃a nõ potuerũt introire: propter incredulitatẽ. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeũdi in requiẽ eius: existimet̃ aliquis ex nobis deesse. Etenĩ nũciatũ est et nobis: queãdmodũ ꝛ illis Sed nõ ꝓfuit illis sermo audit9 nõ admixtus fidei ex his que audierũt. Ingrediemur enim in requiẽ: qui credimus in dñm iesum christum. Scdm matheum. ix.

In illo tẽpore. Transeunte iesu: secuti sunt eũ duo ceci clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dauid. Cum aũt venisset domũ: accesserunt ad eũ ceci. Et dixit eis iesus. Creditis: quia possum hoc facere vobis? Dicũt ei. Utiq3 dñe. Tũc tetigit oculos eorũ dicens. Secũdum fidem vestrã fiat vobis Et aperti sũt oculi

eorum. Et comminatus est eis iesus dicēs. Uidete ne quis sciat. Illi autem exeuntes: diffamauerūt eum in tota terra illa. Egressis autem illis: ecce obtulerunt ei hominem mutum demoniū habentem Et eiecto demone locutus est mutus: et mirate sunt turbe dicentes. Nunquā sic apparuit in israel? Pharisei autem dicebant. In principe demoniorum eijcit demonia. Et circuibat iesus ciuitates/ et castella docēs in synagogis eorum: et predicans euangelium regni. Et sanans omnem languorē et omnem infirmitatem.

Feria.vi. Ad hebreos x.

FRatres habentes fiduciā in introitu sanctorum in sanguine christi: q̄ iniciauit nobis viam nouam et viuentem per velamen id est carnem suam et sacerdotem magnū super domū domini dei. Accedamus enī vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala/ et abluti corpus aqua mūda teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem Fidelis enī est: qui repromisit. Et cōsideramus inuicē in puocationē caritatis et bonorū operū. non deserentes collectionem nostram sicut est consuetudinis quibusdā sed consolantes. Et tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Uoluntarie enī peccātibus nobis post acceptam noticiam veritatis iam nō relinquitur pro pctis hostia. Terribilis nāq est quedā expectatio iudicij et ignis emulatio q̄ cōsūptura est: aduersarios. Scdm marcū. xij.

IN illo tempore Interrogauit iesum vnus de scribis: quod esset omnium primū mandatum. Jesus autē dixit ei: quia primum omniū mandatū est. Audi israel: dominus deus tuus deus vnus est. Et diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo & ex tota anima tua et ex tota mente tua: et ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundū autem: simile est illi. Diliges proximū tuū tanquā teipsū. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba. Bene magister in veritate dixisti quia vnus est deus: et nō est alius preter eum. Et vt diligatur ex toto corde et ex toto intellectu et ex tota anima: et ex tota fortitudine. Et diligere proximū tanquā seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus et sacrificijs Jesus autem videns quod sapienter respondisset: dixit illi. Non es longe: a regno dei.

Dñica.xxv.vts. Oratio.

DEus refugium nostrum & virtus adesto pijs ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis: et presta/ vt quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per dominum nostrum. Secreta.

DA misericors deus/ vt hec nos salutaris oblatio: & a proprijs reatibus īdesinent expediat & ab oībus tueat aduersis. Per.

SUmpsimus dñe sacri Postcō dona mysterij humilit deprecantes: vt q̄ in tui cōmemoratiōe nos facere pcepisti: in nostre pficiant infirmitat auxiliū. Per dñm

Fer.iiii. Lcō bti iacobi apli. v.

Charissimi. Pacientes estote usqꝫ ad aduentum dñi. Ecce agricola expectat pciosum fructum terre pacienter ferēs donec accipiat temporaneū et serotinū. Paciētes igitur estote ꝛ vos / ꝛ cōfirmate corda vestra / quoniā aduent⁹ domini appropiquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuā assistit. Exemplū accipite fratres exitus mali et lōganimitatis: et laboris et paciētie prophetas: q̄ locuti sūt in noīe dñi. Ecce btificamus eos q̄ sustinuerunt. Sufferētiā iob audistis et finē dñi vidistis. Quoniam misericors est dñs: et miserator.

Secundum matheum. xxiiij.

In illo tempore Dixit iesus discipl'is suis. Cum videritis abhominationem desolatiōis que dicta est a daniele ppheta stātem in loco sancto qui legit intelligat: tunc hij qui in iudea sunt fugiant in montes. Et qui super tectum non descendat in domū nec introeat. vt tollat aliquid de domo sua. Et qui in agro erit / nō reuertatur retro tollere vestimētū suum. Ve autem pregnantibus ꝛ nutrientibus: in illis dieb⁹. Orate vero: vt hyeme non fiant Erūt enim diebus illis tribulatiōes tales quales nō fuerūt ab initio creature quam cōdidit dñs vsqꝫ nūc neqꝫ fient. Et nisi breuiasset dominus dies: non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit: breuiauit dies. Et tūc si q̄s vobis dixerit ecce hic est christus ecce illic ne credideritis. Exurgēt enim pseudo christi et pseudo prophete: et dabunt signa et portenta ad seoucēdos si fieri potest electos. Vos ergo videte. Ecce predixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur: et luna non dabit splendorem suum: et stelle celi erunt decidentes. Et virtutes que sunt in celis mouebuntur. Et tūc videbunt filium hominis venientem in nubibus: cum virtute multa et gloria. Et tunc mittet angelos suos ꝛ congregabit electos suos a quatuor ventis a summo terre: vsqꝫ ad summū celi. A ficu autem discite parabolam. Cū iam ram⁹ eius tener fuerit et folia fuerint nata: cognoscitis quia in proximo sit estas. Sic et vos cum videritis hec fieri: scitote q̄ in proximo sit in ostijs. Amen dico vobis quoniam nō transibit generatio hec. donec omnia ista fiant. Celū et terra trāsibunt: verba autem mea: non transibunt.

¶ Feria sexta. Lectio beati petri apostoli. secunde. iij.

Charissimi. Hoc nō latet vos quia vnus dies apud dñm: sicut mille anni. Et mille anni: sicut vnus dies. Non tardat dominus promissa sicut quidam existimant: sed pacienter agit propter vos nolēs aliquos perire: sed omnes ad penitentiā reuerti. Adueniet autem dies domini vt fur: in qua celi / magno impetu transiēt. Elementa vero calore soluentur: et terra / ꝛ ea que in ipsa sunt omnia opera: exurentur. Cum igitur hec omnia dissoluenda sint /

quales opoꝛtet esse nos in sanctis cōuersationibus et pietatibus/ expectantes et properātes in aduentu diei dñi nr̄i iesu chꝛisti. per quē celi ardentes soluentur: et elemēta ignis ardoꝛe tabescēt. Nouos vero celos et nouam terrā secundum pꝛomissa ipsius expectam⁹: in quibus iustitia inhabitat. Pꝛopter quod carissimi hec expectantes satagite immaculati et inuiolati apud eum inueniri. In pace domini nostri iesu chꝛisti: et lōganimitate salutem arbitramini.

Secundum marcum. xiij.

In illo tempoꝛe Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quoniam non transibit generatio hec donec omnia fiāt. Celū et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. De die autē illo vel hoꝛa nemo scit: neqꝫ angeli in celo neqꝫ fili⁹ nisi pater. Uidete vigilate et oꝛate: nescitis eni quando tempus sit. Sicut homo qui peregre pꝛofect⁹ reliquit domum suam et dedit seruis suis potestatē cuiusqꝫ operis: et ianitori pꝛecepit vt vigilet. Uigilate ergo. nescitis enim quando dn̄s veniet. Sero an media nocte an gallicantu: an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos doꝛmiētes. Quod autē vobis dico: omnibus dico vigilate.

Dn̄ica.xxvj. Oꝛatio.

Excita domīe quesum⁹ tuorū fidelium volūtates: vt diuini operis fructū pꝓpensi⁹ exequētes: pietatis tue remedia maioꝛa percipiant. Per dominū nostrum iesum chꝛistū. Secreta.

Propicius esto domine supplicationibus nostris: ꝛ populi tui oblationibusqꝫ susceptis omnium nostroꝝ ad te coꝛda cōuerte: vt a terrenis cupiditatib⁹ liberi/ad celestia desideria trāseamus. Per dn̄m. Postcoio.

Concede nobis quesumus dn̄e vt sacramēta que sumpsimus quicquid in nostra mente viciosū est ipsi⁹ meditatiōis dono curet. Per. Dn̄ica xxvii. Oro.

Absolue quesumus domine tuoꝛum delicta populoꝛum: et a peccatoꝛum nostroꝝ nexibus que pꝛo nostra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per dn̄m. Secreta.

Pro nostre seruitutis augmento sacrificium tibi domine laudis offerimus: vt quod in meritis contulisti pꝓpicius exequaris. Per dominū. Postcoio.

Quesumus omnipotens deus: vt quos diuina tribuis participatiōe gaudere: humanis nō sinas subiacere periculis. Per dn̄m nostrū. Sabbato ante pꝛimam dn̄icam aduētus. Oꝛatio.

Excita dn̄e potentiam tuā ꝛ veni vt quod eccl̄ie tue pꝛomisisti vsqꝫ in finem seculi clemēter operare. Qui viuis.

Lectio hieremye pꝛophete xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dn̄s et suscitabo dauid germen iustum. Et regnabit rex et sapiēs erit: et faciet iudicium et iustitiā in terra. In diebus illis saluabitur iuda: et israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eū dominus iustus noster

Propter hoc ecce dies veniunt dicit dominus: et non dicent ultra vivit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti: sed vivit dominus qui eduxit et adduxit semē domus israel de terra aquilonis et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc et habitabunt in terra sua. Dicit dominus: omnipotens.

Secundum iohannem. vj.

In illo tempore. Cum sublevasset oculos iesus et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippū. Unde ememus panes ut manducent hij? Hoc autē dicebat: tētans eum Ipse enim sciebat: quid esset facturus. Respōdit ei philippus Ducentorū denariorū panes nō sufficiūt eis: ut unusquisque modicū qd accipiat. Dicit ei unus ex discipulis suis: andreas frater symonis petri. Est puer unus hic: qui habet quinque panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo iesus. Facite homines discumbere Erat autē fenū multum in loco. Discubuerūt ergo viri: numero quasi quinque milia Accepit ergo iesus panes: et cū gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus quantū volebant. Ut autē impleti sunt. dixit discipulis suis. Colligite que superauerūt fragmenta ne pereant. Collegerūt ergo et impleuerūt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis: que supfuerunt hijs qui manducauerant. Illi ergo hoīes cum vidissent quod fecerat signū dicebāt. Quia hic est vere propheta: q venturus est in mūdū. Secre.

Sacrificium tibi domine celebrandū placatus intēde: quod et nos a vicijs nostre conditionis emūdet: et tuo nomini reddat acceptos. Per do. Postcoio

Anime nostre quesumus domine omnipotens deus hoc potiantur desiderio: ut a tuo spiritu inflammētur/ ut sicut lāpades diuino munere saciati: ante cōspectum veniētis filij tui velut clara lumina fulgeamus. Per dñm.

¶ De sancta trinitate. Et potest dici diebus dominicis cū sua psa pro missa votiua. Introitus.

Benedicta sit sācta trinitas atque īdiuisa unitas confitebimur ei qa fecit nobiscum misericordiam suā. ps. Bñdicamus patrem et filiū cū sctō spū. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus. q dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere. et in potentia maiestatis adorare unitatem qs ut eiusdem fidei firmitate: ab oībus sēper muniamur aduersis. Per. Ad corinthios ij. ultimo.

Fratres. Gratia dñi nostri iesu christi: et caritas dei. Et communicatio sancti spiritus sit semp cū omnibus nobis amen R. Bñdictus es dñe qui intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deum celi: quia fecit nobiscum misericordiam suā. Aliud. R. Laudate dominū oēs gentes et collaudate eum omnes populi V Quoniā cōfirmata est sup nos misericordia eius et veritas dñi manet inetermum. Alla. V. Benedictus es

domine deus patrū nostrorū et laudabilis in secula. Alla. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Prosa.

Benedicta sit beata trinitas deitas eterna: pariter coequalis gloria. Deus genitor natus genitus in vtroqꝫ sacer spiritus deitate socia. Pater filiꝰ sanctus spiritus tria sunt noīa omnium eadem substantia Non tres tamen dij sunt: deus verus vnus est: sic pater filius dominus. spiritusqꝫ dominus. Hic celū terram condidit: hic hostem cōtriuit saluat hic hominem. Omnia protegit nascentia. Proprietas in personis deitas est et in essētia. Maiestas par ⁊ potestas decus honor eque per omnia. Sydera maria continet arua/ simul et vniuersa condita. Quem tremunt impia tartara poli quoqꝫ quē et abyssus infima. Archangelorū cetus et chorum milia cantant modulantes alleluya. Apostolorū tuba ⁊ martyrum confessorūqꝫ virginū cui trucida seduli psallunt cythara. Per te sumꝰ creati vera eternitas. Per te sumꝰ redēpti summa tu caritas. Populū cūctū tu protege salua libera eripe tu maiestas vnica. Te adoramus omnipotens teqꝫ colimus tibi laus et gloria. Amen. Alia prosa dñicis diebus pro missa votiua.

Profitētes vnitatē veneremur trinitatem pari reuerentia Adoremus ascendentem christū celo venientem: plenū omni gratia. Dies festa celebratur dñica vocitatur pro magno mysterio. Quoniā sanctificatur dies ista et dicatur: christo dei filio. Ipsa dñica die christus filiꝰ marie natus esse monstratur. Ipsa dominica die a morte plenus glorie surrexisse creditur. Aduenit ignis diuinus /quem flāma nō lucens minus: in liguarum specie. Spiritus sanctus dñs septiformem suum munus suis dedit hodie Prima luce mundum fecit vetustūqꝫ renouauit. vt noua sint omnia. Prima die lux effulsit christus nos illuminauit: veniens in propria. In scripturis figuratur dies ista ⁊ signatur: in sabbati requie. Seruitutis prohibetꝰ opus vt deus oretur: preceptorum serie Fidelibꝰ cōtemplari/ orare ⁊ reuereri: sanctam eucaristiā. Precipitur predicari verbum dei ⁊ audiri: ad diuinā gloriā. Renascamur cū nascente christo baptismi ꝟtute: vt noua creatura. Resurgamꝰ morte culpe quia mors est christi morte: absorpta victoria. Et in fide gl'iemur et in vna modulemur fidei constantia Trinitati p̄sentemur vnitati sociemur cui laus et gloria. Amen.

Secundum iohannem. iij.

In illo tempore Erat homo ex phariseis nichodemꝰ nomine: princeps iudeorum. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei. Rabbi. Scimus quia a deo venisti magister. Nemo enī potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. Respondit iesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū

nichodemus. Quomodo potest homo renasci cũ sit senex? Nunquid potest in ventrẽ matris sue iterato introire et renasci? Respondit iesus. Amen amẽ dico tibi: nisi q̃s renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Quod natũ est ex carne caro est. Et quod natũ est ex spiritu. spiritus est. Non mireris q̃a tibi dixi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat. Et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat / aut quo vadat. Sic est omnis: qui natus est ex spiritu. Respõdit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel et hec ignoras? Amẽ amen dico tibi: quia quod scimus loquimur / et quod vidimus testamur: et testimonium nostrũ non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis. Ut omnis qui credit in ipsum nõ pereat: sed habeat vitã eternã. ¶ Aliud euãgelium. Inicium sancti euangelij. Secundum iohannem. j.

In principio erat verbum: et verbum erat apud deũ: et deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factũ est nihil. Quod factũ est in ipso vita erat: et vita erat lux hominum Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non cõprehenderũt. Fuit homo missus a deo cui nomẽ erat iohannes Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederẽt per illũ. Nõ erat ille lux: sed vt testimoniũ phiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundũ. In mũdo erat et mundus per ipsum factus est: et mundus eũ non cognouit. In propria venit et sui eũ non receperũt Quotq̃ð aũt receperũt eũ dedit eis potestatẽ filios dei fieri his q̃ credunt in noĩe eius. Qui nõ ex sãguinibus / neq̃ ex volũtate carnis: neq̃ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius / gloriam quasi vnigeniti a patre plenũ gratie: et veritatis. Offer. Benedictus sit deus pater vnigenitusq̃ dei filius sanctus quoq̃ spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica q̃s domine deus per tui sancti noĩs inuocationem huius oblationis hostiã: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. Per do. Prefatio. Qui cũ vnigenito filio tuo Coĩo. Benedicimus deum celi et corã omnibus viuentibus cõfitebimur ei quia nobiscũ fecit misericordiã suã. Postcõ.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti susceptio et sempiterna sctẽ trinitatis: eiusdẽq̃ indiuidue vnitatis cõfessio. Per dñm nostrũ iesum christum filiũ tuũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus scti deus. Per.

In dedicatiõe eccłie. Introit⁹.



Erribilis est locus iste hic dom⁹ dei est ꝛ porta celi et vocabitur aula dei. ps. Domum tuã domine decet sanctitudo in longitudinem dierũ. Gloria. Oratio.

Deus qui nobis per singulos annos huius scti templi tui consecratiõis reparas diẽ: et sacris semper mysterijs representas incolumes: exaudi preces populi tui et presta: vt quisqꝫ hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur. Per dñm. Lectio libri apocalipsis beati iohãnis apłi. xxj.

In diebus illis. Uidi ciuitatem sanctam hierusalẽ nouam descendentem de celo: a deo paratã sicut sponsam ornatã viro suo. Et audiui vocem magnã de throno dicentẽ. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cũ eis. Et ipsi popul⁹ eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget de⁹ omnem lachrimam ab oculis eorum et mors vltra non erit neqꝫ luct⁹/ neqꝫ clamor/ neqꝫ dolor erit vltra que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua: facio omnia. ℟. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentũ irreprehensibilis est. ℣. Deus cui astant angelorum chori exaudi preces seruorũ tuorum. Alła. ℣. Adorabo ad templum sanctũ tuũ ꝛ cõfitebor noi tuo. Prosa.

Clara chorus dulce pãgat voce nunc alła. Ad eterni regis laudem qui gubernat omnia. Qui nos vniuersalis sociat eccłia. Scala virens et ptingens ad poli fastigia. Ad honorem cuius leta psallam⁹ melodia. Persoluentes hodierna laudes illi debitas. O felix aula qua vicissim confrequentant agmina celica. Diuinis verbis alternatim iũgentia mellia cantica. Domus hec de qua vetusta/ sonuit hystoria. Et moderna protestat̃ christum fari pagina. Quoniã elegi eam: thronum sine macula. Requies hec erit mea per eterna secula. Turris supra montẽ sita indissolubili bitumine fundata vallo perhenni munita. Atqꝫ aurea colũna miris ac varijs lapidibus distincta stilo subtili polita. Aue mater preelecta christus ad quam fatur ita prophete facundia. Sponsa mea speciosa inter filias formosa: super solem splendida. Caput tuũ vt carmelus et ipsius come tincte vti regis purpura Oculi vt columbarum gene tue punicorum seu malorũ fragmina. Mel ꝛ lac sub lingua tua fauus dulcis labia. Collum tuũ vt colũna: turris est eburnea Ergo nob/ spõse tue famulãtib⁹ o xpe pietate pia Clemẽs adesse dignare et in tuo salutari nos vbiqꝫ visita. Ipsaqꝫ mediatrice summe rex perpetue voce pura. Flagitamus da gaudere/ paradisi gaudia allelupa.

Secundum lucam. xix.

In illo tẽpore. Egressus iesus perambulabat hierico Et ecce vir nomine zacheus ꝛ hic erat princeps publicanorũ et ipse diues. Et querebat videre iesum

quis esset: et non poterat pre turba quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborē sychomorū vt videret illū: quia inde erat transiturus. Et cū venisset ad locum suspiciens iesus vidit illum: et dixit ad eum. zachee festinans descende quia hodie oportet me manere in domo tua. Et festinans descendit et excepit illū gaudens. Et cum viderent eū: omnes murmurabant dicētes: quod ad hominem peccatorē diuertisset. Stans autē zacheus: dixit ad dominū. Ecce dimidiū bonorū meorum domine: do pauperibus. Et si quid aliquē defraudaui. reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus huic domui facta est: eo quod ipse filius sit abrahe. Venit enī filius hominis querere et saluū facere: qđ perierat.

Aliud euāge. Scđm lucam. vi.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Non est arbor bona que facit fructus malos / neq; arbor mala q̄ facit fructus bonos. Unaqueq; enī arbor: de fructu suo cognoscitur. Neq; enī de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui: profert bonum. Et malus homo de malo thesauro cordis sui: profert malum. Ex abūdantia enim cordis: os loquitur. Quid autē vocatis me dñe domine: et non facitis que dico? Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos / ostendā vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum qui fodit in altum: et posuit fundamentum supra petrā. Inundatione autē facta illisū est flumen domui illi: et nō potuit eā mouere. Fundata enī erat supra petrā Credo Of. Offer. Stetit angelus iuxta aram templi habēs thuribulum aureū in manu sua et data sunt ei incensa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alla. Secreta.

Annue quesumus domine precibus nostris: vt q̄cunq; intra huius templi tui cuius anniuersariū dedicationis diem celebramus ambitum continemur plena tibi atq; perfecta corporis et anime deuotione placeamus / vt dum hec presentia vota reddimus: ad eterna premia te adiuuāte venire mereamur. Per dñm nrm.

Coio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsāti aperietur alleluya alla. Postcoio.

Deus qui de viuis et electis lapidibus: eternum maiestatis tue condis habitaculū. auxiliare supplicanti: vt quod ecclesie tue corporalibus proficit spacijs: spiritalibus amplificetur augmentis. Per dñm nostrū.

¶ Sequūtur aliqua remedia quibus prouidendum est casibus qui circa celebraturū seu missam vel sacramentum contingere possūt a sacris doctoribus excerpta.

¶ Primus casus.

Si post mediam noctē quis comederit aut etiam medici cōsilio aliquid hauserit licet postea dormierit nō debet illa die celebrare. secundus.

Si infra missam ante consecra-

tionem se recolat comedisse vel bibisse / vel esse in peccato mortali / vel irregularem vel excōmunicatum esse quorū nō erat memor ante missam: tunc maxime propter excōmunicationē aut comestionē nō procedat nisi de scandalo si desisteret timeatur: vel vt dicit dñs bonauentura si habet propositū confitendi et contritionem de peccatis poterit perficere. tertiꝰ.

Si vero post consecrationem recordetur alicuius predictorū: habita contritione cū proposito cōfitendi et satisfaciēdi ꝙcito fieri poterit debet procedere. Non debet tamen sacerdos in missa de statu suo cogitare / sed ad sacramētum et ea que sibi peragēda sunt iugiter meditari. quartꝰ.

Si ante consecrationem musca vel aranea aut aliquid simile reperiatur: totum in piscinā effundatur: calix abluatur vinum aliud et aqua ponantur. quintꝰ.

Si vero post consecrationem reperiatur captū animal abluatur ⁊ cōburatur: cinis et ablutio in piscinā ponatur Propter venenum aut aliud abhoīnabile: calix a nullo sumatur sed in vase mūdo / aptoqꝫ cū reliquijs reseruetur cū cedula quid sit indicante et stati vinum et aqua in calice ponantur ⁊ fiat consecratio a simili modo postea. ⁊c. ⁊ sacrificium perficiatur. Non videtur tamē musca esse abhominabile: propter quod non debeat sumi calix. Caueat igitur solicite / ne musca aut aliud animal sacrā hostiam contigat: aut in sacrum calicem se demergat. vi.

Non sunt consecrate gutte que forte sunt extra calicem vel infra in circumferentia: nec hostia vel pars eius quas sacerdos non proposuit consecrare. Si vero dubitet de fragmētis: an ab hostia cōsecrata vel non consecrata processerint: cum illud cognouerit post sumptionem tamē sacramenti et ante sūptionē vini ablutiōis: sub deuotiōe ꝯdicionali sumat. vij

Non est etiam consecratum vinū per imissionē partis hostie cōsecrate: qđ facit ecclesia feria sexta ante pascha. viij.

Si ꝑpter frigꝰ aut aliquā negligentiam hostia vel pars eius cadat in calicem post consecrationē vtriusqꝫ vlterius procedatur: nec aliquid propter hoc immutetur. Similiter si hostiam āte tempus debitum ex inconsideratiōe diuiserit procedat vlterius nichil immutando. nonꝰ.

Si i hostia appareat forma carnis vel alia quam panis ab eo cui sic apparet talis hostia nō sumat sed i sacrario reponat nouaqꝫ hostia accipiat ⁊ cōsecret vel ab alio cui non apparet sumatur. x.

Si celebrans nō recolit se dixisse verba sacramentalia: non debet turbari sed procedere. xi.

Si etiam sibi constet quod omisit aliqua verba que nō sūt de forma consecrationis non resumat illa: sed vltra procedat. xij.

Sed si certꝰ est omisisse qđcūqꝫ verbum de forma consecrationis resumat totā formā. s. Hoc est enī vel Hic est enī calix. Et cetera per ordinē scđm sanctū thomā. xiij.

Si sacerdos celebrans putat ante se habere. x. hostias et sunt. xj. si intendat cõsecrare quod est ante se nichil reseruando ex intentione: oẽs sunt consecrate. Cõsulitur ergo vt supra totum quod est ante se nõ habẽdo ↄsideratione ad certũ numerũ intẽtionẽ ferat. xiiij.

Si sacerdos ante consecrationẽ infirmitate deficiat: non oportet missam ab alio perfici. xv.

Si vero in ipsa prolatione verborum consecrationis panis deficiat: sic quod dubitatur an sacramẽtũ confectũ sit alius sacerdos a principio illius cõsecrationis incipiat: et sub conditione hostiã panis quã reperit consecret et missã perficiat. Uel secũdũ aliquos accipiet nouam hostiã panis quam sine cõditiõe simul ↄsecret. xvj.

Si vero in consecratiõe sanguinis deficiat: sic quod dubitetur vt prius vtrũ consecrauerit, ali9 sacerdos nouã hostiam panis et vini in alio calice accipiat et hostiã nouam cum secundo vino primũ etiam sub cõditione consecret totũ sumat et missam cõpleat. xvij

Si sacerdos post consecrationẽ corporis sanguie nondũ consecrato deficiat: ali9 nouã hostiam accipiat quã consecret: et missam more solito perficiat. xviij.

Si post ↄsecrationẽ vtriusqȝ nullo sũpto sacramẽto defecerit: alius sacerdos vbi dimissum est incipiat et finiat: sacramenta inuenta sumendo. xix.

Si de cibo diei precedẽtis aliquid in ore sacerdotis remãserit quod deglutierit non ex intentione sed per modum saliue casualiter vel aqua in modica quantitate in os lauando intrauerit non impedit celebrare. Caueat tamen ne id cõtingat secus si ex proposito deglutierit: qa non est ieiun9 volũtarie.

Si post cõsecrationẽ corporis. xx cognouerit nõ esse vinũ in calice: si quidẽ corpus nõ sũpserit: calicẽ rite pparet: et ab illo loco. Simili mõ. ꝗc. incipiat et missã ↄpleat. xxj.

Si vero corpus dñicũ sumpserit hostiam nouã et vinũ cũ aqua rite preparet consecret sumat ꝛ pfi=

Si vero post ↄsecratio ciat. xxij nẽ sanguinis recordetur aquã nõ posuisse in calice missã more solito compleat caueatqȝ ne infra calicẽ sacrũ aquã effundat xxiij.

Si sũpto corpore dñi aquã etiã solam super quam verba cõsecrationis errore protulit: putans calicem esse rite preparatũ sumpserit: accipiat hostiam nouã quam consecret et preparet calicem ponendo vinum et aquam: more solito consecret et perficiat. Quia preceptum de perfectione sacramẽti maius est ꝙ preceptũ quod sacramentum a ieiunis conficiatur et sumatur. xxiiij.

Si sacerdos post sumptionẽ sacramenti species ~~emouerit~~ [†euomerit /] debet vomit9 ille cremari: et cineres iuxta altare recondi. xxv.

Si de sanguine supra corporale aut aliud ornamentum seu vestimẽtum ceciderit: pars illa abscidatur in loco reliquiarũ et seruetur: prius tamen quantũ fieri poterit sacramentum extrahatur: vestimentum abluatur: et ablu=

tio a sacerdote sumatur. xxvi.

Si vero super terram lapidē vel lignum de sanguine ceciderit: lingendus extergendus et radēdus est locus ille et puluis in sacro loco reponendus. xxvii.

Quod si de corpore christi super vestimētum aliquid ceciderit nō scindatur: sed abluatur ꝛ a ministro sumaꝛ vel lambaꝛ ꝛ osculeꝛ.

¶ Sequuntur informationes et cautele obseruande presbytero volenti diuina celebrare.

PRima cautela est: vt sacerdos missā celebraturus / cōscientiam suā per purā confessionem optime preparet / sacramentū vehementer desideret / et cōfiteri itēdat. Notulā de modo agēdi officium memoriter et bene sciat Gest⁹ valde cōpositos ac deuotos habeat. Cum eni quilibet teneaꝛ deum diligere ex toto corde / ex tota anima / ꝛ ex totis viribus suis. Hic deum diligere non probatur / qui in mensa altaris vbi rex regū et dn̄s oīm tractatur / ꝛ sumiꝛ: irreligiosus indeuotus / impudicus distractus / vagus / aut desidiosus apparuerit. Attendat igiꝛ vnusquisqꝫ q̄ ad mensā magnā sedeat Cogitet qualiꝛ eū ꝑparari oportet. Sit cautus et circūspectus. Stet erectus non iacens in altari Cubitos iungat laterib⁹. Man⁹ mediocriter exaltet: vt extremitates digitorū modicū circa humeros videantur non tamen humeros excedant. Intellectū signis ꝛ verbis coaptet: qm̄ magna latēt in signis / maiora in verbis / maxima in intentiōe. Tres digitos iūgat quib⁹ signa faciat / reliquos duos in manu componat. Signa faciat directe non oblique / alte satis ne calicē euertat. Nō circulos pro crucibus. Cū vero inclinādū erit: non oblique sed directe ante altare toto curuatus corpore se inclinet. Scd̄a est: vt nō putet / sed certo sciat se debitas materias habere: hoc est panē triticeū / ꝛ vinū cū aqua modica. De vino et aqua sic poterit certificari Exigat a ministro vt gustet tam vinū q̄ aquā Ipse autē presbyter gustare non debet. Guttā fundat in manū / digito terat et odoret: sic erit certior. Non credat āpulle signate nō colori qm̄ sepius fallunt. Videat calicem ne sit fractus. Cōsideret vinū: si est corruptū nullo modo celebret. si est acetosum / dissimulet Si nimis aquosum / abstineat nisi sciat vinū aque preualere. Et in omni casu si contingat dubitari / vel propter acedinem / vel propter mixturā / vel ilimpiditatem vtrum possit confici: consulimus abstinere: quia in hoc sacramēto nichil sub dubio est agendū / vbi certissime est dicendū. Hoc est eni corpus meum. et Hic est enim calix sanguinis mei.

Item oblatas conueniētes eligat / et vinū cōpetenter infundat quia hoc sacramētum debet sensibus deseruire: ad vidēdum tāgēdum / ꝛ gustandum / vt sensus reficiatur ex specie / ꝛ intellectus ex re contenta foueatur. Aqua etiā in paruissima quantitate infundaꝛ: vt a vino absorbeaꝛ: ꝛ saporē vini recipiat. non est enim pericu

lum quantumcunq modicum apponatur de aqua: est autem periculum si multum. Apponitur etiam aqua solum ad significādum Sed vna gutta tantū significat / quantū mille. Ideo caueat sacerdos ne cum impetu infundat / ne nimis cadat.

Tertia est vt canonem morosius legat / quam cetera. Et precipue ab illo loco. Qui pridie q̄ pateretur accepit. Tunc enim respirās attēdere debet: et se totū colligere (si prius non potuit) singulis verbis intendens. Et dū dixerit. Accipite et manducate ex hoc omnes: respiret et vno spiritu tractim dicat. Hoc est enī corpus meū: sic nō immisceat se alia cogitatio. Non enim videtur esse rationabile discōtinuare formam tā breuē / tam arduam tam efficacem / cuius tota virtus dependet ab vltimo verbo scilicet meū qd̄ in psona christi dicitur. Unde non debet cuilibet verbo pūctus imponi. Cū id nulla ratione valeat vt dicat. Hoc. est enim. corpus. meum. Sed totum simul pferat. Pari modo hoc idē in forma ꝯsecrationis sanguinis obseruatur. Item proferēdo verba consecrationis circa quālibet materiam: sacerdos semper intēdat conficere. id quod christus instituit / et ecclesia facit.

Quarta est vt si plures hostias habet cōsecrare: debet harū vnā eleuare quam sibi deputauerat a principio ad missam / et teneat illam penes alias: ita q intentionē ad oēs simul dirigat. Et signādo et dicendo. Hoc est enī corpus meum. omnes cogitet quas demonstrat seu ante se habet.

Consulimus quoq vt canonem presbyter memoriter sciat: q̄a deuotius dicitur: semper tamē liber habeatur vt ad ipsum si necesse sit recurratur.

Quinta est / vt dum sumit nūq̄ vno haustu calicē sumat: ne propter impetum tussis iopinate occurrat / sed bis vl' ter caute sumat vt impedimentū non habeat. Si vero plures hostias debet sumere vt quando hostia est renouanda. primo sumat eam quā confecit et sanguinem. Post hec alias que supersūt. suam prius sumat quam alias quia de suis credit / et scit: de alijs credit / et nescit. Demū desup ablutiōes / et nō prius.

Sexta est vt paucorū nominibus se astringat in canone seu memēto nec ppetuo sed quādiu velit faciat: quando velit omittat: quia canon de multitudine nominum prolixatur / et per hoc cogitatio distrahit. Dignū tamē est vt pater mater frater soror: ibi nominent Et si qui pro tempore commēdantur / et specialiter pro quibus missa celebratur. Non tamen ibi fiat vocalis exp̄ssio / sed mentalis. Et sēper seruetur ordinarium misse tam in dicendis quam in agēdis et cerimonijs.

Septima est: vt ante missam nō os vel dētes lauet: sed tantum labia exterius ore clauso si indiget secundum aliquos: ne forte aque gustum / cū saliua immittat Sed melius dicendū secundū modernos doctores quod licet etiam os

et dentes lauare. Et si forte a casu sacerdos lauando os/ deglutiat stillam aque potest celebrare nisi fecerit ex proposito. Concordat Ricar. in. iiij. distinc. viij. Tho. vero dicit: verum nisi traijciatur in magna quantitate Hijs similiter concordat angelus de clauasio in summa sua. Post missam etiã caneat execrationes quantũ potest donec comederit/ & biberit: ne forte aliquid inter dentes remanserit aut in faucibus: quod execrando eijceretur.

Quamuis autẽ missa deuotissime sit celebrãda/ contẽplationis causa est tamen modus habendus ne protractiõe nimia vel acceleratione fiat homo notabilis. Nam acceleratio/ signũ est incurie. Protractio/ est occasio distractionis/ quandoqꝫ sibi et auditoribus. quos arguit. Guillermus parisieñ. in li. rethorice diuine. Sed medio tutissimus ibit.

Eo autẽ affectu est qlibet missa habenda et dicenda a quocũqꝫ sacerdote/ quasi prima dicat & nũq̃ amplius sit dicenda. tam magnũ enim donũ/ sẽper debet esse nouũ

Habeat itaqꝫ sacerdos diligentiam ad conficiendum. Reuerẽtiã ad tangendum. Et deuotionẽ ad sumendum. Sic sentiẽdo et agẽdo digne tractabitur sacramẽtũ/ rite peragetur officium: atqꝫ pericula et scandala euitabuntur.

Item in collectis dicendis semp impar numerus obseruetur si cõmode fieri poterit vel nisi ex ordinario alit facere oporteret. Una propter vnitatem deitatis. Tres propter trinitatem personarum. Quiqꝫ pp̃ter quiqꝫ partitã passionẽ xp̃i et plagarum eius Septem propter septiformem gratiã spiritus sancti. Septenariũ numerũ excedere nõ expedit. Et oratio pro defunctis (cum additur) penultimo loco orationum ponatur.

Item in missis defunctorũ nulla oratio quam de defunctis dicit excepta oratiõe Ops sẽpiterne deus q̃ viuorũ dñaris simul et mortuorum. eo quod etiam pro mortuis mentionẽ facit equaliter: et hoc in missa priuata.

Item quandocũqꝫ oratio dirigitur solum ad patrem: in fine dicatur. Per dominũ nostrũ iesũ christum filium tuũ. qui tecũ viuit.

Si vero dirigitur ad patrem & mentio fit filij in ipsa: in fine dicatur. Per eundem dñm nr̃m iesũ.

Si autem oratio dirigit solum ad filium. in fine dicatur. Qui cũ deo patre et spiritu sancto.

Et si mentio spiritus sancti in quacunqꝫ oratione fiat. in fine dicatur. Eiusdem spiritus sc̃ti deus. Per oĩa secula seculorum. Amẽ.



¶ Incipit proprium sanctorū. Et primo. In vigilia sancti Andree apostoli. Ad missam. Officium.



Dominus secus mare galilee vidit duos frēs / petrū et andreā et vocavit eos: venite post me / faciā vos fieri piscatores hoim. Ps. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuum eius annūciat firmamentum. Gloria pa. Oratio

Quesumus oipotens deus: vt beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium. vt a nostris reatib⁹ absoluti a cunctis etiā periculis exuamur. Per. ¶ Memoria de sancto saturnino martyre. Oratio.

Deus qui nos beati saturnini martyris tui cōcedis natalitio pfrui: ei⁹ nobis tribue meritis adiuvari. Per dominū.

Lectio libri sapientie. xlv.

Benedictio dñi super caput iusti. Ideo dedit illi hereditatem: et divisit ei partē in tribubus duodecim. et iuenit gratiam in cōspectu oīs carnis. Et magnificavit eū in timore inimicorū: et in verbis suis monstra placavit. Glorificavit eū in cōspectu regū: et ostēdit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sanctū fecit illum. et elegit eū ex omī carne. Dedit illi precepta et legē vite ⁊ discipline et excelsum fecit illū. Statuit illi testamentū eternum: et circūcinxit eū zona iusticie. Et induit eum dñs: corona glorie. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principat⁹ eorum ℣. Dinumerabo eos: et sup arenā multiplicabūtur.

¶ Si vigilia sancti andree dñica evenerit dicitur Alla ℣. Te gloriosus apłorū chorus: laudat exercitus.

Secundū Johannem. j.

In illo tempore. Stabat iohannes ⁊ ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantem: dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: et secuti sunt iesum. Conversus autem ad illos iesus / et videns eos sequentes se: dicit eis. Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rabbi. Quod dicit interpretatum magister. Ubi habitas? Dicit illis. Venite ⁊ videte. Venerūt et viderūt vbi maneret: et apud illum māserunt die illo. Hora autē erat quasi decima. Erat autē andreas frater symōis petri / vn⁹ ex duobus qui audierant a iohāne: et secuti fuerāt eum. Invenit hic

primum fratrem suum symonē & dicit ei. Inuenimus messiam: qđ est interpretatum christus. Et adduxit eum ad iesum. Intuitus autem eum iesus: dixit. Tu es symō filius iona. tu vocaberis cephas. quod interpretatur petrus. In crastinum voluit exire in galileam: & inuenit philippum & dicit ei iesus Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida ciuitate andree & petri. Inuenit philippus nathanael: et dicit ei. Quē scripsit moyses in lege & prophete inuenimus iesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Ueni et vide. Uidit iesus nathanael venientem ad se: & dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Unde me nosti? Respōdit iesus: et dixit ei. Priusq̄ te philipp⁹ vocaret cum esses sub ficu vidi te Respondit ei nathanael: et ait. Rabbi: tu es fili⁹ dei. tu es rex israel. Respondit iesus: et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: mai⁹ his videbis. Et dixit eis. Amen amē dico vobis: videbitis celum apertū. et angelos dei ascēdentes et descendentes: super filium hominis. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et cōstituisti eū super opera manuū tuarū dñe. Secreta.

Sacrandū tibi dñe munus offerim⁹: quo beati andree solēnia recolentes / purificationē quoq; nostris mentibus imploramus. Per dñm. Alia secreta.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: vt itercedēte beato saturnino martyre tuo / per eadē nos placatus intende. Per. Cōio.

Dicit andreas symoni fratri suo inuenimus messiam qui dicitur christus & adduxit eum ad iesum. Postcōio.

Perceptis dñe sacramētis suppliciter exoram⁹: vt intercedēte beato andrea apostolo tuo / que pro illius venerāda gerimus passiōe: nobis pficiāt ad medelam. Per dñm. Alia postcōio.

Sanctificet nos dñe q̄s tui perceptio sacramenti. et intercessio sanctorū tibi reddat acceptos. Per dominū nostrum.

¶ In die scti andree apli. Offm.



Michi autem nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam / et resurrectionem meā. Gloria patri et filio. Oratio.

Maiestatē tuā dñe suppliciter exoram⁹: vt sicut ecclie tue beatus andreas apl's extitit predicator & rector: ita apud te sit pro nobis ppetu⁹ itercessor. Per.

Ad Romanos. primo.

Fratres. Corde credit' ad iustitiā: ore aūt ɔfessio fit ad salutē. Dicit eni scriptura. Ois q̄ credit in illū: nō ɔfundet'. Nō eni est distinctio iudei et greci. Nā idem dñs oim: diues in oēs q̄ iuocant illum. Omnis eni quicūq; inuocauerit nomen dñi: saluꝰ erit. Quomodo ergo inuocabūt in quē non crediderunt? Aut quomodo cre-

dent ei quẽ non audierunt? Quomodo autẽ audiẽt sine pdicante? Quomodo vero predicabunt nisi mittant. sicut scriptum est. Quã speciosi pedes euangelizantiũ pacem: euãgelizantium bona. Sed nõ oẽs obediũt euãgelio. Isaias autẽ dicit. Dñe quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu. Auditus autẽ: per verbũ christi. Sed dico. Nunquid nõ audierunt? Et quidem in oẽm terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorũ. ℟. Constitues eos principes super omnẽ terrã: memores erunt noĩs tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebunt tibi. Alla. ℣. Dilexit andreã dñs in odorẽ suauitatis. Prosa

Hodie beatus andreas victor celos penetrauit gaudeamus. Etiam nobis ad vitam carnis sue trabea complanauit ꝛ nos eamus. Et si non martyrio pie vite studio. Doctor bon⁹ mitis pius plenus innocentia et gratia. Diffundebat populis vite seminaria i achaya. Hec andreas sed egeas minister diaboli rationes et sermones non ferens apli. Crucifigi crucifigi iussit ob ridiculum discipulũ. Sed crux christi sicut isti vite auxit titulũ in seculum. Turbe stantes ante crucem ad viginta milia. Clamẽtantes vite ducẽ sustinere talia. Indignantur et minantur iudicem perimere. Qui maturet et procuret de cruce deponere. Ille timet et promittit sed deponi non pmittit dei prouidentia. Qui sic suos gaudet pati vt eternum sint bea- tibera patientia. Ministrorũ brachia fiunt immobilia. Superuixit biduo dans sedulo vba vite populo de patibulo. Tandẽ die tertia lux de lucis curia / super lucis filium lucis fudit radiũ. Hac lucis magnitudie diu visus a nemine / simul cum ipso lumine: perrexit ad dominum. Felici victoria ad gloriam cũ gloria. Amen.

Secundum Matheum. iiij.

In illo tempore. Ambulãs ies⁹ iuxta mare galilee: vidit duos fratres / symonẽ qui vocatur petrus: et andreã fratrem eius mittentes rhetia in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominũ. At illi cõtinuo relictis rhetib⁹ secuti sunt eũ Et procedẽs inde: vidit alios duos fratres iacobũ zebedei et iohãnem fratrẽ eius in naui cum zebedeo patre eorũ reficientes rhetia sua: et vocauit eos. Illi autẽ stati relictis rhetibus ꝛ patre secuti eũ. Nota q̃ dicit Credo: et Prefa. de aplis i fest. aplor. Offr. Michi aũt nimis honorati sũt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ est principat⁹ eorꝫ. Secreta

Sacrificium nostrũ tibi domine quesumus beati andree apostoli tui pcatio sancta cõciliet: vt cuius honore solenniter exhibetur / meritꝭ efficiatur acceptum. Per. Cõio. Venite post me faciã vos piscatores hoim: at illi relictis rhetib⁹ ꝛ naui secuti sunt dñm. Postcõ.

Sumpsim⁹ dñe diuina mysteria beati andree apostoli festiuitate letãtes: que sicut sanctis tuis ad gloriam. ita nobis q̃s

advenia prodesse perficias. Per.

¶ Sancti eligij episcopi: totu de comuni sicut vnius episcopi fo. x.

¶ Sancti benedicti abbatis de comuni fol. xij. ¶ Sancte barbare virginis et martyris. Introitus.



DRecibus barbare letetur orbis terraru alleluya: et hec que continet oia peccata deleantur alleluya alla alla

Ps. Dilexisti iustitia et odisti iniquitate: propterea vnxit te deus de' tuus oleo letitie pre cosortibus tuis. Oratio.

DEus qui beatissima virginem tuam barbaram roseo martyrij cruore perfusam in thalamo regni tui collocasti: concede ppicius: vt per ea suor apud te veniam delictorum contineant qui ei' sempiterne claritatis humili deuotioe congaudent. Per.

Epla. Qui gloriat. vt in comuni fol. xiij. R. Benedicta tu diceris post mariam barbara que virginum lux preclara iesu christo desponseris. V. Nobis ora pro miseris a iohanne baptista: et a christo visitata ac sanata factis veris.

Alleluya. V. Veni sancte spirit' per barbare sacre suffragium nostre radicibus expurgas sordis vicium. Prosa.

LEtabundus barbare resonat chor' alleluya. Qua iocudus de iesse profudit thorus: res miranda. Tam formosa claruit que velut sol de stella resplenduit. Christum solem iduit: per fidem qua tenuit/ semper clara. Nec donis nec precib': nec diris terroribus/ fit corrupta. Sicut christus voluit: eundem excoluit/ pari forma. Petit indulgentia: pro suis et veniam/ valle nostra. Genitoris gladio: decollatur impio/ carne sumpta. Ad celum deducitur: pater eius vritur/ ges pagana cernit esse ceca. Ad sepulchrum fugiunt: virgines qui sentiunt/ dolores dum audiunt: hec predicta. Perpetrans scelera: deposce munera/ huius ne dampneris gens misera. Ostendit vulnera pro teque verbera: huic quem genuit puerpera. Ipsi laus gloria virtus victoria/ per infinita seculorum secula. Amen. Euangeliu. Simile est regnum celorum thesauro abscodito. vt in comuni folio. xiiij. Offr. Aue barbara isignis post mariam flos virginum: sponsa christi mediatrix vera dei et hominu: martyr preconiu virgoque decora. nobis in auxiliu assis mortis hora alleluya. Secreta.

COnsecradum sancti spiritus ope sacramentu nobis ad sanctitatis incremetum fidei deposcat beatissima virgo et martyr christi barbara per ipsum vnigenitum tuu qui sanctoru est panis angelorum. Qui tecu. in vnitate eiusdem. Coio. Barbara virgo pia martyrum flos et lucerna. per tua presidia pete nobis regna munere supna

VIuifico munere recreati te deum omnipotetem per beatissime virginis tue barbare sancta imploramus merita: vt veniete sposo filio tuo non nos rebellium angeloru malignitas impediat. sed tua benignitas nobis eternam reparationem indulgeat. Per dominu nostrum iesum. Postco. ¶ Sancti nicholai epi et confessoris. Officium.



Tatuit ei domi
nus testamētū
pacis: et princi=
pem fecit eū: vt
sit illi sacerdo=
tij dignitas: in
eternū. Ps. Mise
ricordias dñi: ineternū cantabo. Gloria.

Deus qui beatū ni= Orō.
colaū pontificē tuū innu=
meris decorasti miraculis tribue
nobis quesumus: vt eius meritis
et precib9 a gehēne incēdijs libere
mur. Per dñm. Epla. Ecce sacer=
dos. in cōi fo. x. R̸. Dñe preuenisti
eum in bñdictiōibus dulcedinis: posuisti
in capite eius coronam de lapide p̄cioso.
V̸ Uitam petijt et tribuisti ei: longitudi
nem dierū in seculum seculi. Alla. V̸.
Posui adiutoriū super potentē: et exalta
ui electum de plebe mea. Prosa.

Congaudētes exultemus/
vocali concordia. Ad bea
ti nicolai: festiua solēnia. Qui in
cunis adhuc iacens: seruādo ieiu
nia. A papilla cepit summa: pro
mereri gaudia. Adolescens am
plexatur: litterarū studia. Alie=
nus et immunis: ab oīni lascivia.
Felix confessor cuius fuit digni
tatis/ vox de celo nūcia. Per quā
prouectus presulat9: sublimatur
ad summa fastigia. Erat in ei9
animo pietas eximia/ ⁊ oppressis
īpendebat multa beneficia. Au
ro per eū virginū tollit infamia:
atq̧ patris earundē/ leuat inopia
Quidā naute nauigātes et con=
tra fluctuū seuiciā luctātes naui
pene dissoluta. Iam de vita de=
sperātes/ in tanto positi periculo
clamātes: voce dicunt omēs vna.
O beate nicholae nos ad maris
portū trahe: de mortis angustia.
Trahe nos ad portū maris tu q̄
tot auxiliaris: pietatis gr̄a. Dū
clamarēt nec icassum/ ecce quidā
dicens adsum: ad vestra presidia.
Statim aura dat grata et tēpe=
stas fit sedata: quieuerūt maria.
Ex ipsius tumba manat: vncti=
onis copia. Que īfirmos oīnes
sanat: p ei9 suffragia. Nos q̄ su=
mus in hoc mundo vicior in pro=
fundo: iā passi naufragia. Glo=
riose nicolae ad salutis portū tra
he: vbi pax et gloria. Ipsam no=
bis vnctionē īpetres a dño: prece=
pia. Qua sanauit lesionē multo
rum peccaminū: in maria. Amē.
Euāge. Sint lūbi vestri precincti
in cōi fol. xj. Offr. Ueritas mea et
misericordia mea cū ipo: ⁊ in noie meo ex
altabitur cornu eius. Secreta.

Sanctifica dñe q̄sum9 obla
ta munera: que in solēnita
te scti antistitis tui nicholai offe=
runt: vt per ea vita nostra iter ad
uersa et prospera vbiq̧ dirigatur
Per do. Cōio. Beat9 seruus quē cū
venerit dñs inuenerit vigilantē: amen di
co vobis sup oīa bona sua cōstituet eum.

Sacrificia que Postcōio.
sumpsimus domine pro so
lennitate sancti pontificis tui ni=
cholai sempiterna nos protectio=
ne confirment. Per. ¶ In octa=
bis sancti andree oīnia vt ī die pre
ter orationes. Secreta ⁊ Postcō.
que sequuntur. Oratio.

Rotegat nos dñe sepi9 be=
ati andree apostoli tui re=
petita solēnitas: vt cuius patroci
nia sine intermissione recolimus

eius perpetuã defensionẽ sentia=mus. Per dominum. Secreta.

Indulgẽtiam nobis prebe=ant hec munera q̃s domi=ne largiorem: que venerabilis an dree suffragijs offerunt. Postcõ.

Adiuuet familiã tuam ti=bi domine supplicã do ve=nerãdus andreas apostol⁹: et pi⁹ interuẽtor efficiatur / qui tui nois extitit predicator. Per dñm.



¶ In cõceptiõe btẽ marie vginis fit totũ sicut in natiuitate eiusdẽ. excepto q̃ vbi dr natiuitas: ibi dr cõceptio / vel potest dici offm̃ seqñs

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrãtes / sub hono re marie virginis: de cuius cõceptiõe gau=dent angeli / et collaudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria pa. Oratio

Famulis tuis quesum⁹ do=mine celestis gratie mun⁹ impartire: vt quibus beate virgi nis partus extitit salutis exordiũ conceptionis eius votiua solenni tas pacis tribuat incrementum. Per dñm nostrum iesum christũ.

Lectio libri sapiẽtie. Eccli̅a. xxiiij

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flo=res mei fructus honoris et hone=statis. Ego mater pulchre dilecti onis et timoris: et agnitiõis et san cte spei. In me omnis gratia vie et veritatis / in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a genera=tionibus meis implemini. Spiri tus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fa=uum. Memoria mea in generati=one seculorum. Qui edunt me ad huc esurient: et qui bibunt me ad huc sitient. Qui audiunt me non confundentur: et qui operant in me non peccabunt. Qui elucidãt me: vitam eternam habebunt.

℟. Benedicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuẽta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quem totus nõ capit orbis: in tua se clau sit viscera fact⁹ homo. Alleluya. ℣. Conceptio gloriose virginis marie ex se=mine abrahe: concepta de tribu iuda / cla ra ex stirpe dauid. Prosa.

Dies fest⁹ celebretur: ĩ qua pia recensetur / marie cõce ptio. Huius laudes prosequamur nos q̃ tãto gratulamur: dei bene=ficio. Felix quidẽ hic cõceptus: per quẽ mũdus est adeptus / salu=tis remedia. Hunc prophete pui

derunt: patriarche predixerūt inspirante gratia. Virga florē cōceptura: stella solē paritura / hodie concipitur. Flos de virga processurus: sol de stella nasciturus / christus intelligitur. O q̄ felix et preclara: mundo grata deo cara / fuit hec cōceptio. Qua salute destitutis: redit vere spes salutis / luctus cedit gaudio. Virga iesse floruit: virgo christū genuit / virgo mūdi dn̄a. Nouo quodā ordine: sine viri semine / virū parit femina. Noua mater nouā prolē: noua stella nouū solem / noua profert gratia. Noua prorsus genitura: creatorē creatura / patrē parit filia. O mirādā nouitatē: nouam quoq[ue] dignitatem / ditat matris castitatē: filij cōceptio. Gaude virgo gratiosa / virgo flore speciosa: mater prole generosa / pleno plena gaudio. Tu spes certa miserorū / vera mater orphanorum tu leuamē oppressorum: medicamen infirmorum / oībus es oīa Te rogam[us] voto pari / laude digna singulari vt errantes in hoc mari: nos ī portu salutari / tua sistat gratia. Amen. ¶ Initiū sancti euāgelij: scđm matheum. f.



Liber generationis iesu xp̄i: filij dauid filij abrahā. Abrahā genuit isaac Isaac aūt: gēuit iacob Jacob autē: genuit iudā et fratres eius. Judas aūt: genuit phares et zaram de thamar. Phares autē: genuit esrom. Esrom autē genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autē genuit naason. Naason autē: genuit salmon. Salmon autem: genuit booz de raab. Booz autē: genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem: genuit dauid regem. Dauid autē rex: genuit salomonē / ex ea que fuit vrie Salomon autē: genuit roboam. Roboam autem: genuit abiam. Abias autē: genuit asa. Asa aūt: genuit iosaphat. Josaphat autē: genuit ioram. Jorā autē: genuit oziam. Ozias aūt: genuit ioathā Joathan autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autē: genuit manassen Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosiam. Josias autem: genuit iechoniam et fratres eius / in transmigratione babylonis. Et post trāsmigrationem babylōis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē: genuit zorobabel. zorobabel aūt: genuit abiud. Abiud autem: genuit elyachim. Elyachim aūt: genuit azor Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autē: genuit achim. Achym autem: genuit eliud. Eliud autē: genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathā. Mathan autem: genuit iacob. Jacob autem: genuit ioseph virū marie. De qua natus est iesus: qui vocat[ur] christus. Credo. Offer. Felix nanq[ue] es sacra virgo maria et omni laude dignissima: q[ui]a ex te ort[us] est sol iusticie christ[us] deus noster all[elui]a. Secreta. Unigeniti tui dn̄e nobis succurrat huma-

nitas: vt qui nat⁹ de virgine matris integritatem non minuit sed sacrauit/ in cõceptionis eius solẽnijs: a nostris nos piaculis exuẽs oblationem nostrã sibi faciat acceptam. Qui tecum. Prefatio. Et te in veneratiõe sacrarũ virginũ. Cõio. Regina mundi dignissima virgo maria perpetua intercede pro nostra pace et salute: que genuisti christũ domini sine virili semine. Postcõio.

Sumpsim⁹ domine celebritatis annue votiua sacramenta presta quesumus: vt temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. Per dñm nostrum.

Sancte lucie virginis. Officiũ



Dilexisti iustitiã et odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie pre cõsortibus tuis. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Oratio.

Intercessio nos qs dñe sancte lucie martyris tue votiua confoueat: vt eius sacrata natalicia: ⁊ temporaliter frequentemus/ et conspiciam⁹ eterna. Per dñm. Epla. Sapiẽtia vincit maliciam. fol. xiiij. R. Dilexisti iustitiã et odisti iniquitatẽ. V. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie. Alla. V. Hec est virgo sapiens quã dñs vigilantẽ iuenit. Euãgel. Simile est regnũ celorũ decẽ virginib⁹. i cõi fo. xiiij. Offer. Offerent regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Quesumus celestiũ virtutũ deus: vt sacrificia pro sancte tue lucie solẽnitate delata: desideriũ nos tẽporale doceãt habere cõtemptũ: et ambire dona faciant celestiũ gaudiorum. Per. Cõio. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternũ. Postcõio.

Leti domine sumpsim⁹ sacramẽta celestia: que intercedẽte pro nobis beata lucia martyre tua ad vitã nobis pficiãt sempiternã. Per dñm. Scti nichasij epi et martyris de cõi vni⁹ martyris. fo. iij. Scti maximini abbatis totũ de cõi fol. xij. In natali sancti thome apli. Introit⁹.



Michi aũt nimis honorati sũt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ est principatus eorum. ps. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã ⁊ resurrectionem meam. Oratio.

Da nobis qs dñe beati apostoli tui thome solẽnitatibus gloriari: vt eius semper et patrocinijs subleuemur. et fidẽ congrua deuotione sectemur. Per. Epla. Iã nõ estis hospi. in cõi fo. j. R. Constitues eos principes sup omnẽ terrã: memores erunt nois tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebũt tibi. Alla. V. Nõ vos me elegistis: sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructũ afferatis: ⁊ fruct⁹ vester maneat. Scd3 iohẽm. xx.

In illo tpe. Thomas vnus de duodecim qui dicitur didimus: nõ erat cũ discipulis quãdo venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Uidimus dñm. Ille autẽ: dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ: et mit

tam digitum meũ in locũ clauoꝝ et mittã manũ meã in latus eius non credam. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus cõgregati. et thomas cũ eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit i medio eoꝝ: et dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc: et vide manus meas: ⁊ affer manũ tuam et mitte in lat⁹ meũ: et noli esse incredulus sed fidelis. Respõdit thomas: ⁊ dixit ei Dñs meus ⁊ deus meus. Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt: et crediderũt. Offr. In oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Secreta.

Debitũ domine nostre redimus seruitutis suppliciter exorantes: vt suffragijs beati thome apostoli in nobis tua munera tuearis. cuius honorãdo cõfessionem laudis tibi hostias immolam⁹. Per dñm nostrũ. Cõio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauoꝝ alleluya: et noli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcõio.

Conserua dñe populum tuũ et quẽ sanctoꝝ tuoꝝ presidijs nõ desinis adiuuare/ ppetuis tribue gaudere remedijs. Per d.

¶ Sancte colũbe virginis de cõi fo. xiij ¶ Siluestri pape. Officiũ

Sacerdotes tui domine induant iustitiam et sancti tui exultent: ppter dauid seruũ tuum: nõ auertas faciẽ christi tui. Ps. Memento dñe dauid: et oĩs mãsuetudinis eius. Orõ.

Da quesumus oĩpotens deus: vt beati siluestri cõfessoris tui atq; pontificis venerãda solennitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. Per. Cetera quere in cõi. fo. x. ⁊ xj. ¶ Sancti guillelmi episcopi totum de cõi vnius episcopi.

¶ Felicis in pincis ⁊ fes. Officiũ.



Os iusti meditabiť sapientiã: ⁊ lingua eius loqueť iudiciũ. lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignãtibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ

Concede quesumus Orõ. oĩpotens deus: vt ad meliorem vitam sancti felicis exempla nos prouocent: quatinus cui⁹ solennia agimus: etiã actus imitemur. Per. Epła. Doctrinis variis. In cõi fo. x. R. Iurauit dñs ⁊ nõ penitebit eum: tu es sacerdos in eternum scdm ordinẽ melchisedech. V. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Alla. V⁹. Inueni dauid seruum meũ oleo sancto meo vnxi eum. Euãgeliũ. Sint lumbi vestri. in cõi folio. xj. Offr. Gloria ⁊ honore coronasti eum et cõstituisti eũ super opera manuũ tuarum domine. Secreta.

Hostias tibi domine beati felicis confessoris tui dicatas meritis benignus assume: et ad ppetuũ nobis tribue puenire subsidiũ. Per do. Cõio. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide pcioso.

Quesumus do- Postcõio. mine salutaribus repleti mysterijs: vt cuius solennia celebramus. eius oratiõibus adiuuemur. Per dominũ nostrum.

¶ Sancti mauri abbatis totũ de cõi sicut vni⁹ abbatis. in cõi fol. xij.

¶ Marcelli pape. Officium.

Statuit ei dñs testamentũ pacis ꝛ principem fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas i eternũ. Ps. Mias domini: in eternum cantabo. Oratio.

Preces populi tui quesum⁹ domine clemẽter exaudi: vt bti marcelli martyris tui atq̃ põtificis meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per dñm.

Epla. Justus cor suũ. in cõi fo. xij

℟. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sctõ meo vnxi eum. man⁹ eni mea auxiliabit̃ ei: et brachium meũ confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: ꝛ fili⁹ iniquitatis nõ nocebit ei. Alla. ℣. Posui sti dñe sup caput eius: coronã coronã de lapide precioso. Euãge. Uigilate q̃a nesci. in cõi fol. xi. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cũ ipso: et in nomine meo exaltabit̃ cornu ei⁹. Secre.

Suscipe quesumus domine munera dignãter oblata: et beati marcelli suffragantibus meritis ad nostre salutis auxiliũ prouenire concede. Per do. Cõio.

Dñe quinq̃ talẽta tradidisti michi: ecce alia quinq̃ suplucratus sum. euge serue bone et fidelis: quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcõio.

Saciasti domine familiam tuã munerib⁹ sacris eius quesumus semper interuentione nos refoue: cuius solẽnia celebramus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat.

¶ In festo sancti Antonij abbatis. Ad missam. Introitus.

Scitote quoniã mirificauit domin⁹ sanctũ suũ dñs exaudiuit eũ stolã glorie induit eũ. Ps. Et fact⁹ est in pace locus eius: et habitatio ei⁹ in syon. Oro.

Deus qui concedis obtentu beati anthonij cõfessoris tui morbidũ ignẽ extingui: et mẽbris egris refrigeria prestari: fac nos propicius eius meritis et precibus a gehẽne incẽdijs liberatos integros mente et corpore tibi feliciter in gl̃ia presentari. Per dominũ nostrum.

Lectio libri sapiẽtie. I.

Ecce sacerdos magnus qui in fide sua probat⁹ et cognitus est in verbis suis fidelis. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi sol refulgens sic beat⁹ anthonius effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quasi flos rosarũ in diebus vernis. Quasi lilia i trãsitu aque: et quasi thus in diebus estatis. Et quasi ignis effulgens: et thus ardẽs in igne. Quasi vas solidũ ornatũ omi lapide precioso quasi oliua pululãs et cypress⁹ in altitudine se extollens in accipiẽdo ipsum stolã glorie et vestiri cũ cõsummatiõe virtutũ. ℟. Thronus eius sicut sol in cõspectu meo ꝛ sicut luna pfecta in eternũ: ꝛ testis in celo fidelis. Et ponã in mari manũ eius: ꝛ in fluminib⁹ dexterã eius. Alleluya. ℣. Uox de celo ad anthoniũ facta est qm̃ viriliter dimicasti ecce ego tecum sum: et faciã te in toto orbe nominari. Prosa.

Anthoni⁹ humilis / sanctitate nobilis: afflictor glo

ria. Cũ sanctorꝝ cetibꝰ/fulget in celestibus: sublimi victoria. Cari sui merito / more christi solito: cõsolatur omnia. Data sibi gratia/per seculi spacia: facta est prenuncia. Herens eiulãtibꝰ / igne pereuntibus: expectata gaudia. Felix eius anima / linquens orbis infima: carne iam deposita / christũ est ituita. Nota sunt per secula/ipsiꝰ miracula: mortis soluit vincula/plenꝰ dei gratia. Nil terrenũ ambiebat/quia vere diligebat iesum super omnia. Hunc peccator deprecet / vt per illũ condonetur: quod mens timet cõscia Laus ⁊ honor illi datur/satis ex hoc cõmendatur: operũ per merita. Demonia vincit iste/ et concedis illi xpe: semper esse subdita. Veneretur hic patronus/quem celestis habet thronus: dãdo bñficia mundũ replet leticia. Hic diuinũ dans odorẽ/pestẽ pellit ⁊ languorẽ: velut rose vel lilia/ redolet in ecclesia. O anthoni dei verna/ mũdi iubar et lucerna: apud christum chorũ istũ: clemẽter cõcilia. Ut fons sũme pietatis/ nos mũdatos a peccatis: ad supne claritatis/perducat cõsortia. Amen dicant oĩa. Scdm Matheum. xix. In illo tpe. Dixit symon petrus ad iesũ. Dñe: ecce nos reliquimus oĩa: et secuti sumꝰ te. Quid ergo erit nobis? Jesus aũt dixit eis. Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me in regeneratiõe cũ sederit filꝰ hois in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos sup sedes duodeci iudicantes duodeci tribꝰ isrl. Et oĩs q̃ reliqrit domũ vel frẽs aut sorores aut patrẽ aut matrẽ aut vxorem aut filios aut agros propter nomẽ meũ: centuplum accipiet et vitã eternã possidebit. Offer. Inclyto anthonio spiritus sanctus dixit quoniã viriliter dimicasti ecce ego tecum sum: et faciam te in toto orbe nominari. Secreta.

Sacrificiũ nostrũ q̃s dñe benignꝰ intẽde quo sicut beati anthonij precibus cruciatꝰ temporales sanare nõ desinis ita erui misericorditer ĩpetremus ab eternis. Per dñz. Cõio. Orabat dei famulus anthonius iter multipharias demonũ tentationes dicens nullꝰ me separabit a caritate christi. Postcõio.

Prosit nobis q̃s dñe ad salutem sacri muneris oblatio: p quã beati anthonij sulti suffragio/ exemplo ipsius oĩa tela nequissimi ignea extinguentes: sanctorũ mereamur adiungi consortio. Per dominum nostrum.

¶ Prisce virginis. Introitus.



Loquebar de testimonijs tuis ĩ cõspectu regũ ⁊ nõ cõfundebar ⁊ meditabar in mandatis tuis q̃ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Da quesumus oĩpotens deus: vt qui beate prisce virginis ⁊ martyris tue natalicia colimus: et annua solennitate letemur. et tante fidei proficiamꝰ exẽplo. Per. Epla. Qui gloriatur. in cõi fo. xiij. R. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere ,pcede et re=

gna. ℣. Propter veritatē et mãsuetudinē et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Hec est virgo sapiens quã dñs vigilantē inuenit. Euãge. Simile est regnũ celorum. i cõi. fo. xiiij. Offr. Filie regũ i honore tuo / astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

Hostia quesumus dñe quã in sanctorũ tuorum natalitijs recensentes offerim⁹: et vincula nostre prauitatis absoluat et tue nobis misericordie dona conciliet. Cõio. Feci iudiciũ et iustitiam dñe nõ tradas me calũniantibus me: ad oĩa mãdata tua dirigebar: omnē viam iniquitatis odio habui. Postcõio.

Quesumus dñe salutarib⁹ repleti mysterijs: vt cuius solēnia celebramus: eius oratiõibus adiuuemur. Per dominum.

¶ Sanctorũ martyrum fabiani et sebastiani. Officium.



Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorum: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ. vindica sanguinē sanctorũ tuorũ qui effusus est. Ps. Deus venerũt gētes in hereditatem tuã: polluerũt templũ sanctũ tuũ: posuerũt hierlm in pomorũ custodiã. Oro.

Infirmitatē nostrã respice oĩpotens deus: et quia pondus pprie actionis grauat / beati fabiani martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. ¶ Alia oratio ad vnũ P dñs.

Deus qui beatum sebastianum martyrē tuũ virtute cõstantie in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo pspera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. P. Epla. Sancti per fidem. in cõi fo. vj. R. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alla. ℣. Scti tui dñe bñdicēt te: gloriã regni tui dicēt. Trac. Qui seminãt in la. in cõi folio. viij. Euãge Descēdens iesus de monte. in cõi fol. viij. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi domine beati fabiani martyris tui atque pontificis / dicatas meritis benignus assume. et ad perpetuũ nobis tribue puenire subsidium.

Accepta sit in cõspectu tuo dñe nostra deuotio: et ei⁹ nobis fiat supplicatiõe salutaris pro cui⁹ solēnitate defertur. Per. Cõio. Multitudo languētiũ et qui vexabant a spiritib⁹ imundis veniebãt ad eum: qa virt⁹ de illo exibat et sanabat oēs

Refecti participatione muneris sacri que sumus dñe deus noster: vt cuius exeqmur cultũ sentiam⁹ effectũ. Postcõio.

Sacro munere saciati supplices te dñe deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato sebastiano martyre tuo saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominũ nostrũ iesum christum filium tuum. Qui tecũ. Alia.

¶ De sancto sebastiano martyre Ad missam. Introitus.

Egregie martyr sebastiane princeps ac propagator sanctissimorum preceptorum ecce nomē tuum i libro vite celestis ascriptū est et memoriale tuū nō derelinquet in secula. ℣. Ora pro nobis beate sebastiane: vt digni efficiamur promissionibus christi. Gloria patri. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹: qui meritis beati sebastiani martyris tui quandā generalē pestem epydimie hoīm mortiferā reuocasti: p̄sta supplicibus tuis vt qui pro simili peste reuocanda ad ipsum sub tua cōfidētia confugiunt ipsius meritis et precibus: ab ipsa et omni tribulatione liberemur. Per do. Epla. Beat⁹ vir qui in sapiētia morabit. in cōi fol. iiij.

℟. O sebastiane christi athleta gloriose qui pro christo reliquisti terrene militie principatū: et suscepisti magnū suppliciū intercedas pro nobis ad dominū. ℣. O sebastiane christi martyr egregie cui⁹ meritis tota lombardia fuit liberata a mortifera peste: libera nos ab ipsa et maligno hoste. Alla. ℣. O sancte sebastiane imploremus tibi mane tuū clemēs auxiliū / vt possim⁹ obtinere per te pestis mortifere apud iesū remediū. Alla. ℣. O sctē sebastiane militie presidium exaudi sero et mane voces ad te clamātiū. Prosa.

Cessat morb⁹ cessat pestis: altari edificato. Scē martyr christi testis / pro nobis deum orato. Vt cesset epydimia: qua flagellatur patria. Vt cū misericordia: currat dei sentētia. Finitaq3 miseria: huius labētis seculi Tecum simus in gloria: amen dicamus singuli. Alia.

Militis īuicti laudes sonāt sebastiāi. Fidelis sub clamide xpo seruit feruide firmans sermonib⁹ bellatores. Geminos confirmat quos fletus patrū turbat. Horū parentes instruxit cū zoe mutā lingue reduxit. Angelus hic astat fidē dum manifestat Sanant egri diuersi dū baptismatis vnda sunt mersi. Sagittatus non vincitur nec tormentis Inuictus cūctis christū palā fatetur. O martyr sebastiane / pestē fuga prece tu nobis christe rex miserere. Alleluya. ¶ In tpe paschali. Euāge. Ego sum vitis va. i cōi fol. iij. ¶ In alio tpe. Euāge. Amē amē dico vobis: nisi granū. in cōi fol. v. Offer. Martyr egregie decus militie athleta fidei ora natū dei; vt auertat a nobis idignationē suā. psa Martyr suffragia effunde pia. Ut epydimia non sit noxia. In hac patria aut in alia. Que subsidia poscit tua. Audi talia tu preconia. Hic prece pia dentur premia. Miles eya nobis alleluya. Secreta.

Subueniat nobis dn̄e tua misericordia intercedente beato sebastiano martyre tuo: vt ab imminētib⁹ peccatorū nostrorū periculis te mereamur ꝓtegente saluari / et suis precibus ab omni tribulatione liberari. Per dominum nostrū. Cōio. Beatus es ⁊ bene tibi erit egregie martyr sebastiane q̄ cum sanctis gaudebis et cum angelis exultabis ineternum. Postcōio.

Da q̄s dn̄e salutē mentis et corporis ⁊ interuētu beati sebastiani martyris tui: vt bonis operibus inherendo tue semꝑ virtutis et suorū meritorum merea=

mur protectione defendi. Per do minū nostrum iesum. ¶ Sancte agnetis virginis. Officium.

Me expectauerunt pecca tores vt perderent me: testimonia tua dñe intellexi: oīs consummationis vidi finem: latū mandatū tuum nimis. Ps. Beati immaculati i via: qui ambulāt in lege dñi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui infirma mundi eligis/ vt fortia queq̧ confundas cōcede propicius. vt qui beate agnetis martyris tue solēnia colimus eius apd te patrocinia sentiam⁹. Per. Epla. Qui gloriatur: in do. vt in cōi fo. xiij. Gr. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus ineternum. V. Propter veritatē ⁊ mā suetudinē et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende, prospere, procede et regna. Euange. Simile est regnum celorū thesauro. in cōi fol. xiiij. Offr. Offerentur regi virgines proxime eius offerētur tibi in leticia ⁊ exultatione: adducent̄ in templū regi dño.

Secreta.

Hostias tibi domine quas tibi offerimus propicius respice: et intercedente beata agnete martyre tua vincula peccatorum nostrorū absolue. Per dñm. Cōio. Quinq̧ prudētes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadib⁹: media autem nocte clamor fact⁹ est. ecce sponsus venit: exite obuiam christo domino. Postcōio.

Refecti cibo potuq̧ spiritali deus noster te supplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per. ¶ Sancti vincentij martyris. Officium.

Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et laudabunt̄ oēs recti corde. Ps. Exaudi deus orationem meā cum depꝛecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Adesto quesumus domine supplicatiōib⁹ nostris: vt qui ex iniqtate nostra reos nos esse cognoscimus beati vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per dñm nostrū. Epla. Beatus homo qui inuenit sapientiā in cōi fol. iiij. Gr. Posuisti dñe super caput eius coronā de lapide precioso. V. Desideriū anime eius tribuisti ei: et volūtate labiorum eius nō fraudasti eū. Alleluya. V. Letabitur iustus in dño ⁊ sperabit in eo: et laudabunt̄ oēs recti corde. Euāgel. Nisi granū frumēti. vel Si quis vult venire. In cōi fol. v. Offr. Gloria et honore coronasti eū: ⁊ cōstituisti eum: super opera manuū tuarum domine. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusq̧ susceptis: et celestibus nos munda mysterijs et clementer exaudi. Per dñm nostrū. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum/ et tollat crucem suam et sequatur me. Postcō.

Quesumus omnipotens deus: vt qui celestia alimenta percepimus: intercedente beato vincentio martyre tuo/ per hec contra oīa aduersa muniamur Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ In festo sancti preiecti martyris. Ad missam. Introitus.

Gloria & honore corona-sti eum: et cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarum. ps. Dñe dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria patri. Oratio.

Sancti martyris tui preiecti nos quesumus dñe interuentio gloriosa cõmēdet: vt quod nostris actib⁹ non meremur: eius precibus cõsequamur. Per dñm. Epła. Beatus vir qui in sapiētia morabit. in cõi fo. iiij. R. Iustus vt palma florebit: sicut cedr⁹ libani multiplicabitur in domo dñi. V. Ad annunciandum mane misericordiã tuam: et veritatē tuam per noctē. Alła. V. Posuisti dñe super caput eius: coronam de lapide precioso. Euãge. Si quis vult ve. in cõi fo. v. Offr. In virtute tua domine letabitur iustus: et sup salutare tuum exultabit vehemēter: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Suscipe dñe ppicius oratio-nem nostrã cũ oblationib⁹ hostiarũ supimpositis/ et martyris tui preiecti depcatione pietati tue perfice benign⁹ acceptas: et illam que in eo flagrauit fortis dilectio/ in nobis aspira benignus. Per do. Cõio. Qui vult venire post me: abneget semetipsum/ & tollat crucem suam et sequatur me. Postcõio.

Votiua domine pro beati martyris tui preiecti passione dona percepimus quesum⁹ vt eius precibus et presentis vite nobis pariter & eterne tribuas cõferre subsidiũ. Per dñm nostrũ.

¶ Sancte emerētiane v̄ginis totum de cõmuni vnius virginis in cõi fo. xiij. ¶ Sancti babile cũ tribus pueris totũ de cõi plurimorũ martyrũ. in cõi fo. vj. ¶ In cõuersione sancti pauli. Introitus.

Gaudeamus oēs in domino diem festũ celebrantes: sub honore sancti pauli: de cuius cõuersione gaudēt angeli: et collaudant filium dei. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuũ eius annũciat firmamētũ. Oratio

Deus qui vniuersum mundũ beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis quesumus. vt qui eius hodie conuersionem colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ.

Lectio actuũ apostolorum. ix.

In diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: accessit ad principē sacerdotũ et petijt ab eo epistolas in damascũ ad synagogas/ vt si quos īuenisset huius vie viros ac mulieres vinctos perduceret hierusalem. Et cum iter faceret. contigit vt appropinquaret damasco. Et subito circũfulsit eum lux de celo: et cadēs in terram audiuit vocem dicentem sibi Saule saule quid me psequeris? At ille respondit. Quis es domine? Et ait. Ego sum iesus nazarenus quem tu persequeris. Durũ est tibi contra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Domine quid me vis facere? Et dñs ad eum. Surge & ingredere ciuitatē: et dicetur tibi quid te oporteat facere? Viri autē illi qui comitabãtur cũ eo stabant stupefacti: audiētes quidē vocē / neminē aũt

videtes. Surrexit autẽ saulus de terra: apertisq; oculis nichil videbat. Ad manus autẽ illũ trahentes itroduxerũt damascũ: et erat ibi tribus diebus non vidẽs. et nõ manducauit neq; bibit. Erat autem quidã discipulus damasci nomine ananias: et dixit ad illũ in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad illum. Surge et vade in vicum qui vocatur rectus et quere in domũ iude saulũ noie tharsensem: ecce eni orat. Et vidit virum ananiã noie introeuntẽ et imponẽtẽ sibi manũ: vt visum recipiat. Respondit autẽ ananias. Dñe audiui a multis de viro hoc/ quanta mala sanctis tuis fecerit in hierusalẽ: et hic habet potestatem a principib⁹ sacerdotũ alligãdi oẽs q̃ inuocant nomẽ tuũ. Dixit aũt ad eũ dñs. Vade quoniam vas electiõis michi est iste: vt portet nomen meũ corã gẽtibus et regibus et filiis israel. Ego eni ostẽdam illi: quãta oporteat eum pro noie meo pati. Et abiit ananias et introiuit in domũ: et imponẽs ei manus dixit. Saule frater: dominus misit me iesus q̃ apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas et ipplearis spiritu sancto. Et cõfestim ceciderũt ab oculis ei⁹ tãq̃ squame: et visum recepit. Et surgens baptizat⁹ est. Et accipiẽs cibum: cõfortatus est. Fuit autem cũ discipulis qui erant damasci: per dies aliquot. Et cõtinuo in synagogis predicabat iesum: quia hic est filius dei. Stupebant autẽ oẽs qui eum audiebãt: et dicebãt. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalẽ eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos perduceret ad principes sacerdotũ. Saulus autẽ multomagis cõualescebat et cõfundebat iudeos qui habitabãt damasci: affirmãs quia hic est christus

℟. Domine preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. ℣. Vitã petiit et tribuisti ei: longitudinẽ dierũ in seculum seculi. Alleluia. ℣. Cum sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue/ tunc dicet illis qui a dextris eius erunt. venite benedicti patris mei: percipite regnũ cũ gaudio magno

Tractus quando venit in lxx.

Beatus vir qui timet dñm: in mãdatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ bñdicetur. ℣. Gl'ia et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculũ seculi

Secundum Matheum. xix.

In illo tẽpore. Dixit symõ petrus ad iesum. Ecce nos reliquim⁹ oĩa: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus aũt dixit eis. Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me in regeneratione cũ sederit filius hoīs in sede maiestatis sue. sedebitis et vos sup sedes duodeci iudicãtes duodecim tribus israel. Et oĩs qui reliquerit domũ vel fratres aut sorores: aut patrẽ/ aut matrẽ/ aut vxorẽ/ aut filios/ aut agros/ propter nomen meũ/ centuplũ accipiet: et vitã eternã possidebit. Credo dicitur: et Prefatio de apostolis. Offr. Posuisti dñe in capite ei⁹: coronam de lapide precioso: vitam petiit a te tribuisti ei alleluia. Secreta

Apostoli tui pauli precib⁹

dn̄e plebis tue dona sanctifica: vt que tuo noī grata sunt instituta gratiora fiāt eius patrocinio supplicantis. Per do. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorē impones sup eum domine

Sanctificato Postcōio. quesumus domine salutari mysterio: et pro nobis ei⁹ nō desit oratio / cui⁹ nos donasti patrocinio gubernari. Per dn̄m nr̄m.

Sancte agnetis scd̄o. Officiū.

Vultum tuū domine deprecabunt oēs diuites plebis: adducētur regi virgines post eam: proxime eius adducent tibi in letitia et exultatione. ps Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi.

Deus qui nos annua Orō btē agnetis martyris tue solēnitate letificas: da vt quā veneramur officio: etiā pie cōuersationis sequamur exemplo. Per.

Epl'a. Qui gloriatur. in cōi fo. xiij

R. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternū. V. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua.

Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna.

Euange. Simile est regnū celorum decem virginibus. in cōi fol. xiiij.

Offr. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea bn̄dixit te deus ineternum: et in seculum seculi. Secreta.

Super has quesum⁹ domine hostias bn̄dictio copiosa descēdat: que et sanctificationē nobis clemēter operet: et de martyrū nos solēnitate letificet. Per dn̄m. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta vna preciosa margarita dedit oia sua et cōparauit eā. Postcō.

Sumpsim⁹ domine celebritatis annue votiua sacramenta presta quesumus: vt et tēporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. Per dn̄m nostrum.

Sancti policarpi martyris totum de communi folio. iij. et. iiij.

Juliani epi totum de cōi fol. x.

Sanctorū papie et mauri martyrum de communi folio sexto.

De sancta brigida virgine non martyris. de communi folio. xiij.

Scti ignatij mar. de cōi fo. vj.



In festo purificationis beate marie. Benedictio candelarum

Deus inestimabilis potentie cuius vnigenitus cum nostra humanitate hodierna die in templo est a matre presentat⁹ / benedicere digneris hos cereos / in honore tui nominis ɔsecratos:

et cōcede per itercessionē beate et gloriose semper ṽginis marie: vt quicūqʒ hec lumiaria pro honore filij tui dn̄i dei nr̄i manibus gesta uerint: tēporali potiant̄ sospitate et vbicūqʒ fuerint accēsa imūdorꝫ repellāt spirituū falsitatem: sicqʒ mereant̄ pfrui temporali leticia: quatinus obuiam sponso pergentes/lāpadarum lumine splēdētes ad nuptias valeāt intrare cū spōso gaudentes. Per eundem. Aña



Lumē ad reuelationē gētiū et gloriā plebis tue israel. ps Nunc dimitt̄. añ. Seculorꝫ amē. Lumē. ps. Quia viderūt. añ. Lumē ps Quod parasti. añ Lumen. ps Lumē. añ. Lumē. ps. Gloria pr̄i. añ Lumen. ps. Sicut erat. Aña.

Lumen ad reuelationē gentium: ⁊ gloriam plebis tue israel. Collecta.

Exaudi dn̄e q̄s plebē tuā: vt q̄ extrinsec⁹ annua tribuis deuotiōe venerari: ⁊ iterius assequi gratie tue luce cōcede. Per dn̄m.

Ad missam. Introitus.



Suscepimus de⁹ misericordiam tuā in medio tēpli tui scdm̄ nomen tuū de⁹ ita et laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte sancto ei⁹. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹ maiestatē tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenit⁹ filius tuus hodierna die cū nostre carnis substantia in tēplo est presentat⁹: ita nos facias purificatis tibi mentibus p̄sentari. Per eūdē dn̄m no.

Lectio malachie prophete. iij.

Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego mitto angelū meum: qui preparabit viam ante faciē tuam Et statim veniet ad templū sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit: dicit dn̄s exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduētus eius. Et quis stabit ad vidēdum eum. Ipse eni quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et emundans argentum: et purgabit filios leui. Et conflabit eos quasi aurum ⁊ quasi argentum: et erunt dn̄o offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit dn̄o sacrificium iuda et hierusalē: sicut dies seculi: et sicut anni antiqui. Dicit

dñs oĩs. R. Suscepim⁹ deus misericoꝛdiã tuã in medio tẽpli tui scd̃m nomẽ tuũ dñe: ita ⁊ laus tua in fines terre. V. Sicut audiuim⁹ ita et vidim⁹ in ciuitate dei nostri in mõte sancto ei⁹. Alla. V. Adoꝛabo ad tẽplũ sanctũ tuũ: et confitebor nomini tuo. Prosa.

Hac clara die turma: festiua dat p̃conia. Mariã concrepando: symphonia nectarea. Mundi dña: que es sola castissima virginũ regina salutis causa vite poꝛta atq̃ celi referta gratia. Nã ad illã sic nũcia: olim facta ãgelica. Aue maria gratia: dei plena p̄ secula. Mulierũ pia agmina: ĩtra semp̄ benedicta. Virgo et grauida mater ĩtacta: prole gl'iosa. Qui cõtra maria: hec reddit fama. In me quomodo tua iam fient nũcia. Viri noui nullã certe copulã. Ex quo atq̃ nata sum ĩcoꝛrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena: fies maria. Noua efferẽs gaudia celo terre nati p̄ exoꝛdia. Intra tui vteri claustra poꝛtas qui gubernat eterna. Omnia qui dat tẽpoꝛa pacifica. Amẽ. Si fuerit lxx. loco de Alla ⁊ ꝓsa dr̃ Tract.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. V⁹. Specie tua et pulchꝛitudine tua: intende pꝛospere pꝛocede ⁊ regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide/ et inclina aurẽ tuã: quia concupiuit rex speciem tuam.

Secundum Lucam. ij.

In illo tẽpoꝛe. Postq̃ ĩpleti sunt dies purgationis marie scd̃m legẽ moysi: tulerũt iesũ in hierusalẽ: vt sisterent eũ dño sicut scriptum est in lege dñi. Quia omne masculinũ adaperiens vuluã: sanctũ dño vocabit̃. Et vt darent hostiã scd̃m quod dictũ est in lege dñi: par turturum aut duos pullos columbarũ. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon. Et homo iste iustus ⁊ timoratus expectans cõsolationẽ israel: et spiritus sanctus erat in eo. Et respõsum acceperat a spiritu sancto non visurum se moꝛtẽ/ nisi pꝛius videret chꝛistum dñi. Et venit in spiritu in templũ. Et cũ inducerent puerum iesum parẽtes eius vt facerent scd̃m consuetudinem legis pꝛo eo: ⁊ ipse accepit eũ in vlnas suas et benedixit deum: et dixit. Nunc dimittis seruũ tuũ domine: scd̃m verbum tuũ in pace. Quia viderunt oculi mei: salutare tuũ. Quod parasti: ante faciem omniũ populoꝛum. Lumen ad reuelationẽ gentium: ⁊ gloꝛiã plebis tue israel. Dicitur Credo. Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis: pꝛopterea benedixit te deus ĩeternum et in seculum seculi. Secreta.

Exaudi domine pꝛeces nostras ⁊ vt digna sint munera: que oculis tue maiestatis offerimus: subsidium nobis tue pietatis impẽde. Per dñm nostrũ iesum chꝛistum filium tuum. Qui tecum. Pꝛefatio. Quia per ĩcarnati v̄bi mysteriũ. Cõio. Responsum accepit symeon a spiritu sancto non visurum se moꝛtem nisi videret chꝛistum domini. Postcõmunio.

Quesumus dñe de⁹ noster: vt sacrosctã mysteria que

pro reparationis nostre munimi ne ꝯtulisti: et itercedẽte btã semp virgine maria et p̄sens nobis re= mediũ esse facias et futurũ. Per.

¶ Agathe v̄ginis. Introitus.



Gaudeamꝰ oẽs in dño diem festum celebrã= tes sub honore beate agathe virginis de cu ius solẽnitate gaudẽt angeli: et collaudant filiũ dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: di= co ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui inter cetera potẽ= tie tue miracula: etiã in se xu fragili victoriã martyrij cõtu= listi: concede ꝓpicius: vt cuius na talicia colimus: per eius ad te ex= empla gradiamur. Per dominũ.

Epl̃a. Cõfitebor tibi dñe rex. i cõi fo. xiiij. ℟. Audi filia ⁊ vide/et iclina aurẽ tuã: quia concupiuit rex speciẽ tuã. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intẽ de prospere procede et regna. All̃a. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propter ea benedixit te deꝰ ineternũ. Tractus.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deꝰ ietern num. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intende prospere ꝓcede et regna. ℣. Pro= pter veritatẽ et mansuetudinẽ et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide ⁊ inclina aurẽ tuã: quia concupiuit rex speciẽ tuã. Euangeliũ. Simile est regnũ celorũ decẽ vir= ginibꝰ. in cõmuni fol. xiiij. Offr.

Offerentur regi virgines post eam: pro xime eius offerẽtur tibi. Secreta.

Suscipe dñe munera que in beate agathe martyris tue solennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominũ nostrũ iesum. Cõio.

Qui me dignatꝰ est ab oĩ plaga cura= re: et mammillas meas meo pectori resti tuere: ipsum iuoco deũ viuũ. Postcõio.

Beate agathe martyris tue domine precibus confiden tes quesumus clemẽtiã tuam: vt per ea que sumpsimus/eterna re= media capiamꝰ. Per dominũ no= strum iesum christum filiũ tuum

¶ Ualentini martyris. Officiũ.



In virtute tua domi= ne letabitur iustus: ⁊ super salutare tuum exultabit vehemẽter. desideriũ anime eius tribuisti ei. ps. Dñe in virtute tua leta bitur rex: et sup salutare tuũ exultabit ve hemẽter. Gloria patri. Oratio.

Presta quesumus omnipo tens deus: vt qui beati va= lentini martyris tui natalicia co= limus: a cunctis malis imminen tibus eiꝰ intercessione liberemur Per dominũ nostrum iesum chri stum. Epistola. Benedictus deus et pater. in cõi fo. j. ℟. Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius cu= pit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicet. Al= leluya. ℣. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eiꝰ nõ fraudasti eum. ℣. Quoniã preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posui sti sup caput eius: coronam de lapide pre cioso. Euangeliũ. Si quis vult ve= nire post me. vt in cõmuni fol. v. Offr. In virtute tua dñe letabit' iu= stus: et super salutare tuũ exultabit vehe mẽter desideriũ aĩe eiꝰ tribuisti ei. Secr.

Oblatis dñe placare muneribus: ⁊ intercedente beato valentino martyre tuo/a cunctis nos defende periculis. Per. Cōio.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā ⁊ magnū decore ipones sup eū dñe

Postcōio.

Sit nobis domine reparatio mētis ⁊ corporis celeste mysteriū/vt cui⁹ exequimur actionē: sentiam⁹ effectū Per. ¶ In cathedra sancti petri.

Ad missam. Officium.

Statuit ei dñs testamentū pacis et principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. ps. Misericordias dñi: in eternū cātabo. Orō.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauib⁹ regni celestis animas ligādi atq₃ soluendi pontificiū tradidisti concede: vt intercessionis eius auxilio/a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vi. Lectio epistole beati petri apostoli. prime. j.

Petrus apostolus iesu christi electis aduenis dispersionis ponthi. galathie. capadocie. asye. et bithinie. scdm prescientiā dei patris in sanctificatione spiritus. in obedientia ⁊ aspersiōe sanguinis iesu christi: gratia vobis ⁊ pax multiplicetur. Benedict⁹ de⁹ et pater domini nostri iesu christi qui scdm magnam misericordiā suam regenerauit nos in spem viue: per resurrectionem iesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incōtaminatam et immarcessibilē conseruatā in celis in vobis qui in vtute dei custodimini per fidem in salutē paratam reuelari in tempore nouissimo in quo exultabitis. Modicum nunc si oportet contristari in varijs tribulationibus: vt probatio vestre fidei multo pciosior sit auro quod per ignem probatur. Inueniatur in laudē et gloriā et honorē et reuelationē iesu christi: domini nostri. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Tractus.

Tu es petrus ⁊ super hanc petrā edificabo ecclesiam meā. V. Et porte inferi non pualebunt aduersus eā: et tibi dabo claues regni celorum. V. Et quodcunq₃ ligaueris super terram erit ligatū et in celis. V. Et quodcūq₃ solueris super terram erit solutum ⁊ in celis.

Secundum Matheum. xviij.



In illo tēpore. Respiciens iesus discipulos suos: dixit symōi petro. Si peccauerit in te frater tu⁹: vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsū solū. Si te audierit: lucrat⁹ eris fratrem tuū. Si te non audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos: vt in ore duorū vel triū testium: stet omne verbum. Quod si nō audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunq₃ alligaueritis super terrā: erunt ligata et in celo. Et quecunq₃ solueritis super terram: erūt soluta ⁊ in celo. Ite=

rum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quãcunq petierint: fiet illis a patre meo qui est i celis. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedẽs petrus ad eum: dixit. Dñe quotiens peccabit in me frater meus: et dimittam ei vsq septies? Dicit ei iesus. Nõ dico tibi vsq septies: sed vsq septuagies septies. Nõ dicit Credo nisi fuerit dñica. Offer. Tu es petrus et sup hanc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi nõ preualebũt aduers[9] eã: et tibi dabo claues regni celorum.

Ecclesie tue qs Secreta. dñe preces et hostias beati petri apostoli tui commendet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus/ nobis prosit ad veniam. Per dñz. Cõio. Tu es petrus et sup hanc petram: edificabo ecclesiam meam.

Letificet nos Postcõio. quesumus dñe mun[9] oblatum: vt sicut i apostolo tuo petro te mirabilẽ predicamus: sic per illum tue sumamus indulgẽtie largitatem. Per dominũ nostrum.

¶ Mathie apostoli. Officium.



Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortat[9] est principatus eorum. Ps Dñe, pbasti me: et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meam. Oratio.

Deus qui beatum mathiã apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus. vt eius interuẽtiõe tue circa nos pietatis semp viscera sentiam[9]. P. Lectio actuum apostolorum. j.

In diebus illis. Exurgens petrus in medio fratrũ dixit. Erat autem turba hominũ simul: fere centũ viginti. Uiri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit dominus deus per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum: qui cõnumeratus erat in nobis: et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medi[9]: et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factũ est omnibus habitantibus hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorũ acheldemach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat habitatio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscũ sunt congregati in omni tempore quo intrauit/ et exiuit inter nos dominus iesus: incipiens a baptismate iohannis/ vsq in diem qua assuumptus est a nobis testem resurrectionis eius nobiscum fieri: vnũ ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui vocabat barsabas qui cognominatus est iustus: et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui nosti corda omnium: ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere ministerij huius et apostolatus: de quo preuaricatus est iudas: vt abiret in locum suum. Et dederũt sortes eis:

et cecidit sors super mathiam. Et annumeratus est: cum undecim apl'is. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos: et sup arenam multiplicabuntur. Tractus.
Beatus vir qui timet dñm: in mādatis ei9 cupit nimis. ℣9. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣9. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Euangeliū. Hoc est preceptū meum. fo. ij. Offr. In oēm terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.
Deus qui proditoris apostate ruinā ne aplo℞ tuorum numerus sacratus pfectione careret beati mathie apl'i electione supplesti: presentia munera sanctifica: et per ea nos gratie tue virtute confirma. Per dñm. Cōio.
Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat Presta qs ops et mi Postcō. sericors de9: vt per hec sancta que sumpsimus intercedente beato mathia apostolo tuo veniā consequamur et pacē. Per dñm.
¶ Sancti gregorii pape. Officiū
Sacerdotes dei benedicite dominum sancti et humiles corde laudate deū. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.
Deus q̄ aīe famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia contulisti/ concede propicius: vt qui peccatorum nostrorū pondere premimur: eius apud te precibus subleuemur. Per dñm.

Epistola Ecce sacerdos. fol. x. ℟.
Iurauit dominus et non penitebit eū: tu es sacerdos ineternum: scdm ordinem melchisedech ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. donec ponā inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.
Beatus vir qui timet Tract9. dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius. et iustitia eius manet in seculum seculi. Euangelium. Vigilate quia nescitis. in cōmuni folio. xj. Offr. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabit cornu ei9. Secre.
Annue nobis domine vt intercessione beati gregorii hec nobis prosit oblatio: quā immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominū nostrum iesum christum. Cōio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus supra familiam suam: vt det illi in tempore tritici mensurā. Postcō.
Deus qui beatum gregorium pōtificem sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propicius: vt qui commemorationis eius festa recolimus: vite quoq; imitemur exēpla. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.
¶ Sancti benedicti abbatis. Ad missam. Officium.
Os iusti meditabit sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciū lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

INtercessio nos quesumus dñe beati benedicti abbatis cõmẽdet: vt quod nostris meritis nõ valemus / eius patrocinio assequamur. Per dñm. Epl'a. Iustũ deduxit dñs. vt in cõmuni fol. xij. ℟. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabũtur gressus eius. Euãgeliũ. Nemo accendit lucernam. vt in communi fo. xij. Tractus. Beat⁹ vir. vt in cõi fo. xij. Offr. Desiderium anime eius tribuisti ei domine: et volũtate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide pcioso

PResta q̃s domine Secre. vt sancti tui benedicti confessoris precib⁹ quem ad laudem nois tui dicatas munerib⁹ honoramus: pia nobis deuotionis voluntas accrescat. Per dñm. Cõio Fidelis seruus et prudens quem cõstituit dominus supra familiam suã: vt det illi in tẽpore tritici mensurã. Postcõio.

OMnipotẽs et misericors deus: qui nos sacramẽtorum tuorum et participes efficis et ministros presta quesumus: vt itercedente beato benedicto confessore tuo: eisdem proficiam⁹ et fidei cõsortio et digno seruitio. Per dominum nostrũ iesum christũ filium tuum. Qui tecum.



¶ In annũciatione beate Marie virginis. Ad missam. Officium.



ROrate celi desuper ⁊ nubes pluant iustũ: aperiatur terra / et germiet saluatorẽ. Ps. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamẽtum. Gloria patri. Oratio.

DEus qui de btẽ marie virginis vtero verbum tuum angelo annũciante carnem suscipere voluisti: presta supplicib⁹ tuis. vt qui vere eam dei genitricẽ credimus: ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem. Lectio ysaie prophete. vij.

IN diebus illis. Locut⁹ est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signũ a domino deo tuo in profundũ inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nõ pe

tam: et nō tentabo dn̄m. Et dixit: Audite ergo domus dauid. Nunquid vobis parū est molestos esse hoibus: quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dn̄s: ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet in vtero et pariet filiū: ꝛ vocabitur nomen eius emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malū: et eligere bonum.

℟. Tollite portas principes vestras ꝛ eleuamini porte eternales: et itroibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montē domini aut q̄s stabit in loco scto eius. innocēs manibus et mūdo corde. ¶ Si euenerit post pascha dr̄ Alla. ℣. Angelus dn̄i nunciauit marie et cōcepit de spiritu sancto et peperit saluatorē. Alla. ℣. Ostende nobis dn̄e misericordiā tuā: et salutare tuum da nobis. Prosa.

Mundi renouatio: noua parit gaudia. Resurgenti dn̄o: consurgunt oīa. Elementa seruiūt: ꝛ autoris sentiūt / quāta sit potentia. Celū fit serenius et mare trāquillius / spirat aura mitius: vallis nostra floruit. Reuirescunt arida: recalescūt frigida / postq̄ ver itepuit. Gelu mortis soluit / princeps mūdi fallit: et eius destruit / in nobis imperium Dum tenere voluit: in quo nihil habuit / ius amisit propriū. Vita mortē superat / homo iam recuperat: quod prius amiserat / paradisi gaudiū. Viam prebet facilē cherubin versatilē / amouēdo gladium. Christus celos reserat / et captiuos liberat: quos culpa ligauerat / sub mortis interitu. Pro tanta victoria: patri proli gloria / sit cum sancto spiritu. Amen.

Aue maria gratia plena dn̄s tecū. Tractus. ℣. Bn̄dicta tu in mulieribus et benedictꝰ fructus vētris tui. ℣. Quomodo inquit fiet istud quoniam virum nō cognosco: et respōdēs angelus dixit ei. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. ℣. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. ℣. Ecce concipies ꝛ paries filiū: et vocabit nomē eius emmanuel. Secundum Lucam j.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginē desponsatā viro / cui nomē erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena dn̄s tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cū audisset turbata est in sermōe eiꝰ et cogitabat qualis esset ista salutatio? Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti eni gratiam apud dn̄m. Ecce cōcipies in vtero et paries filium et vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dn̄s deꝰ sedē dauid patris eiꝰ: et regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius non erit finis. Dixit autē maria ad āgelū. Quomodo fiet istud: quoniā virū non cognosco? Et respondēs angelus dixit ei. Spiritꝰ sanctꝰ superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te: sanctū vocabit filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ꝛ ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sextus illi que vocat sterilis: quia non erit impossibile

apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi scd̄m verbum tuum. Credo. Offr. Ave maria gr̄a plena dominꝰ tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Secreta.

IN mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine deū verum et hominem cōfitemur: per eius salutifere resurrectionis potentiam ad eternā peruenire mereamur letitiam. Per eūdē. Prefatio. Et te in veneratione. Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filiū & vocabitur nomē eiꝰ emmanuel. Postcō.

GRatiā tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: vt qui angelo nūciāte christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriā perducamur. Per eundem.

¶ Sanctorum tyburtij & valeriani ad missam. Officium.

SAncti tui domine benedicēt te: gloriam regni tui dicent. Ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt qui sanctorū martyrū tuorum tyburtij et valeriani et maximi solennia colimꝰ: eorum etiam virtutes imitemur. Per. Epistola. Hy sunt viri misericordie. i cōi fo. vj. Alla. v. Gaudete iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio et Alla. v. Preciosa in conspectu dn̄i: mors sanctorum eius. Euāgeliū. Hoc est preceptū. i cōi fo. y. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HEc hostia quesumus domine quam in sanctorū tuorum natalicijs recensentes offerimꝰ: et vincula nostre prauitatis absoluat / et tue nobis mīe dona conciliet. P dn̄z. Cōio. Gaudete iusti i domino alla: rectos decet collaudatio alla. Postcō.

CElesti munere saciati quesumus domine deus noster: vt hec nobis dona martyrum tuorum supplicatio beata sanctificet. Per dn̄m nostrum.

¶ Sancti georgij mar. Officiū.

PRotexisti me deus a cōuētu malignātium alleluya: a multitudine operantiū iniquitatē alleluya alleluya. Ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore iimici eripe aīam meā. Oro.

DEus qui nos beati georgij martyris tui meritis & intercessione letificas: concede ppicius: vt qui eius bn̄ficia poscimꝰ / dono tue gratie cōsequamur. P. Epistola. Memor esto dominum in cōi fo. iiij. R. Alla. vꝰ. Gaudete iusti in domio: rectos decet collaudatio. Alla. v. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Euāge. Ponite in cordibꝰ vr̄is. i cō i fo. v. Offr. Cōfitebūtur celi mirabilia tua domine: et veritatē tuam in ecclesia sanctorū alla alleluya. Secreta.

TAnto placabiles quesumus domine nostre sint hostie: quāto sancti martyris georgy pro cuius solēnitate

offeruntur/tibi grata sunt meri-
ta. Per dñm nostrũ iesum. Cõio.
Letabitur iustus in dño et sperabit in
eo: ꝛ laudabunt oẽs recti corde all'a all'a
Beati georgij Postcõio.
martyris tui dñe suffragi-
is exoratus percepta sacramenti
tui nos virtute defende. Per.
¶ Marci euãgeliste. Officium.
Protexisti me de⁹ a cõ-
uentu malignãtiũ al
leluya: a multitudine
operantiũ iniquitatẽ
all'a all'a. ps. Exaudi de
us orationẽ meã cum deprecor: a timore
inimici eripe animã meam. Oratio.
Deus qui beatũ marcũ euã
gelistam tuum euangeli-
ce predicatiõis gratia sublimasti
tribue quesumus. eius nos semp
et eruditione proficere et oratiõe
defendi. Per. Epistola. Iust⁹ cor
suum. in cõi fo. xij. vel Beatus vir
qui in sa. in cõi fol. iiij. All'a. v⁹.
Gaudete iusti in dño: rectos decet collau
datio. All'a. v. Letabitur iustus in do
mino et sperabit in eo: et laudabũtur om
nes recti corde. Euãge. Ego sum vi.
i cõi fo. iii. Nõ dicit Credo. Offr.
Confitebuntur celi mirabilia tua dñe:
et veritatẽ tuã i eccl'ia sanctorum all'a all'a.
Beati marci euã Secreta.
geliste tui solennitate tibi
munera deferentes quesum⁹ do-
mine: vt sicut illũ predicatio euã-
gelica fecit gloriosum: ita nos ei⁹
intercessio et v̄bo et opere tibi red
dat acceptos. Per dñm nostrum.
Cõio. Letabitur iustus in domino et
sperabit in eo: ꝛ laudabũtur omnes recti
corde all'a all'a. Postcõio.
Tribuãt nobis q̃s dñe con
tinuum hec tua sancta presidiũ: ꝛ
beati marci euangeliste precibus
nos ab omnibus semp tuearis ad-
uersis. Per dominũ nostrũ iesum
christum filium tuum. Qui tecũ.
¶ Sancti vitalis mar. Officium
Protexisti me deus a cõ
uentu malignãtiũ all'a
a multitudine operan-
tium iniqtatẽ alleluya
all'a. ps. Exaudi deus orationẽ meã cũ
deprecor: a timore iimici eripe aiam meã.
Sancti nos que- Oratio.
sum⁹ dñe vitalis natalicia
votiua letificent: et sue beneficio
intercessionis attollant. Per do.
Epistola. Beatus vir qui in sapiẽ
tia morabitur. in cõi fo. iiij. Alle
luya. v. Gaudete iusti in dño: rectos de-
cet collaudatio. All'a. v. Letabitur iu
stus in dño et sperabit in eo: et laudabun
tur omnes recti corde. Euangel. Ego
sum vitis vera et pater meus. fo-
lio. iij. Offr. Repleti sumus mane
misericordia tua: et exultauimus et dele
ctati sumus alleluya. Secreta.
Accepta sit in cõspectu tuo
domine nostra deuotio: ꝛ
eius nobis fiat supplicatiõe salu-
taris: pro cuius solennitate defer
tur. Per. Cõio. Ego sum vitis vera
et vos palmites: q̃ manet i me et ego i eũ:
hic fert fructũ multũ all'a all'a Postcõ.
Exultet quesumus domine
populus tuus in sancti tui
cõmemoratione vitalis: et cuius
votiuo letatur officio: suffragio
releuetur eterno. Per dominum
nostrum iesum christum filiũ tu-
um. Qui tecum viuit et regnat in
vnitate spiritus sancti de⁹. Per.
¶ Philippi et Jacobi. Introit⁹.



Exclamauerunt ad te dñe in tēpore afflictiõis sue et tu de celo exaudisti eos alleluya alleluya Ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Orõ.

Deus q̃ nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi solẽnitate letificas: presta quesumus vt quorũ gaudem' meritis: istruamur exẽplis. P. Ep'la Stabũt iusti. in cõi fo. vii. A ll'a. V. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. A ll'a. V. Stabũt iusti i magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerũt. Scdm Johannem. xiiij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Non turbet cor vestrum: neq formidet. Creditis in deũ: et in me credite. In domo patris mei: mãsiones multe sunt Si quo minus dixissem vobis: q̃a vado parare vobis locũ. Et si abiero et preparauero vobis locũ: iterum veniã ⁊ accipiam vos ad meipsum. vt vbi sum ego et vos sitis Et quo ego vado scitis: et viã scitis. Dicit ei thomas. Dñe: nescimus quo vadis? Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei iesus. Ego sum via et veritas et vita. Et nemo venit ad patrẽ: nisi per me. Si cognouissetis me ⁊ patrẽ meũ vtiq cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eũ. Dicit ei philippus. Dñe: ostende nobis patrẽ ⁊ sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tãto tẽpore vobiscũ sum: et non cognouistis me? Philippe qui videt me: videt et patrẽ. Quomodo tu dicis ostende nobis patrẽ? Nõ credis quia ego in patre/ et pater in me est? Uerba que ego loquor vobis: a meipso nõ loquor Pater aũt i me manẽs: ipse facit opera. Non creditis q̃a ego in patre: et pater in me est? Alioq̃n propter opera ipa credite. Amẽ amẽ dico vobis: quia qui credit in me opera que ego facio: et ipse faciet Et maiora horũ faciet: quia ego ad patrẽ vado: et quodcũq petieritis patrẽ in noĩe meo: hoc faciã. Credo dicit: et Prefatio apl'orũ Offr. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe ⁊ veritatẽ tuã i eccl'ia sctõr alľa alľa

Munera dñe que Secreta. pro apostolorum tuor philippi et iacobi solennitate deferimus ppicius suscipe: et mala oĩa que iuste meremur auerte. Per. Cõio. Tanto tẽpore vobiscum sum: ⁊ nõ cognouistis me. philippe qui videt me videt et patrẽ alľa: nõ credis quia ego in patre ⁊ pater i me est alľa alľa. Postcõ.

Beatorũ apostolorum tuor philippi ⁊ iacobi honore cõtinuo dñe plebs tua semp exultet et his presulibus gubernet quor doctrinis gaudet et meritis. Per

¶ Sanctorum alexandri euentii et theodori martyrũ. Introitus.

Clamauerunt ad te domine in tẽpore afflictionis sue: et tu de celo exaudisti eos alleluya alleluya. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Presta quesum' oĩpotẽs deus: vt qui sanctor tuor alexandri euentii ⁊ theodori natalicia colimus: a cũctis malis imi-

nentibus: eorum intercessionib⁹ liberemur. Per. Epla. Lingua sapientiū. in cōi fo. vij. Alla. Gaude te iusti in dño: rectos decet collaudatio. Alla. ℣. Justi epulent et exultēt in cōspectu dei: delectētur in leticia. Euāge. Hec mādo. in cōi fo. iij. Offr. Repleti sumus mane mia tua domine: et exultauimus et delectati sumus alleluya.

Secreta. Sacrificiū laudis tibi dñe offerim⁹ / i tuorū cōmēoratione sanctorū da quesumus: vt quod illis contulit gloriam: nobis prosit ad salutē. Per.

Cōio. Justorū aīe in manu dei sunt: et non tanget illos tormētum malicie. visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcōio.

Pasce nos dñe tuorum gaudijs vbiqꝫ sanctorum: quia nostre salut⁹ sunt augmēta: quotiens illis honor impendit in quibus tu mirabilis predicaris. Per dominū. ¶ In inuentione sancte crucis. Ad missam. Introitus.



Nos autē gloriari oportet i cruce dñi nostri iesu christi / i quo est salus vita et resurrectio nostra per quē saluati et liberati sum⁹. ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultū suū sup nos et misereat nostri.

Oratio. Deus qui in preclara salutifere crucis inuētione passiōis tue miracula suscitasti concede: vt vitalis ligni precio vite eterne suffragia cōsequamur. Qui viuis et regnas. Ad galathas. sexto.

Fratres. Confido de vobis in dño: quod nihil aliud sapietis. Qui autem cōturbat vos: portabit iudicium quicūqꝫ est ille Ego autē fratres si circuncisionē adhuc predico: quid adhuc persecutionē patior? Ergo euacuatum est scandalū crucis. Utinā et abscidantur: qui vos conturbant. Quicūqꝫ volunt placere in carne: hij cogunt vos circūcidi / tantū vt crucis christi psecutionē nō patiātur. Neqꝫ eni q̄ circuncidunt legē custodiūt: sed volūt vos circūcidi vt in carne vestra glorient. Mihi autē absit gloriari: nisi i cruce domini nostri iesu christi. Per quem mihi mūdus crucifixus est: et ego mundo. Alla. ℣. Nos autē gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. Alla. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferēs pōdera que sola fuisti digna sustinere regē celorū et dominū. Prosa.

Laudes crucis attollam⁹ / nos qui crucis exultamus speciali glia. Dulce melos pulset celos / dulce lignū dulci dignū: credim⁹ melodia. Uoce vita non discordet / cū vox vitam nō remordet: dulcis est symphonia. Serui crucis crucē laudēt / qui per crucem sibi gaudent: vite dari munera. Dicāt oēs et dicant singuli / aue salus totius populi: arbor salutifera. O quā felix quā preclara / fuit hec salut⁹ ara: rubēs agni sanguine. Agni sine macula / q̄ mūdauit secula: ab ātiquo crimine. Hec est scala peccatorū / per quā christus rex celorū: ad se traxit omia. Forma cuius hoc ostēdit / que terrarū cōprehēdit: quat-

tuoꝛ cōfinia. Non sunt noua sacramenta/ nec recēter est inuēta: crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit/ per hanc silex aquas iecit: moysi officio. Nulla salus est in domo/ nisi cruce munit homo: superliminaria. Neqꝫ sensit gladiū/nec amisit filium: quisqꝫ egit talia. Ligna legens in sarepta/spem salutis est adepta: pauper muliercula. Sine lignis fidei/nec lechitus olei: valet nec farinula. In scripturis sub figuris/ista latent sed iam patēt: crucis beneficia. Reges credunt hostes cedunt/ sola cruce chꝛisto duce: hostis fugat milia. Ista suos fortioꝛes/semper facit ⁊ victoꝛes: moꝛbos sanat et languoꝛes/ reprimit demōia. Dat captiuis libertatem/ vite cōfert nouitatē: ad antiquam dignitatem/ crux reduxit omnia. O crux lignū triūphale/ mundi vera salus vale: iter ligna nullum tale/ fronde floꝛe germie. Medicia chꝛistiana/ salua sanos egros sana: quod nō valet vis humana/ fit in tuo noie. Insistētes crucis laudi/ cōsecratoꝛ crucis audi: atqꝫ seruos tue crucis/ post hāc vitā vere lucis: transfer ad palacia. Quos toꝛmento vis seruire/ fac toꝛmenta nō sentire: sed cum dies erit ire/ nobis cōfer et largire: sempiterna gaudia. Amen.

Secundum Johannem. iij.

In illo tēpoꝛe. Erat homo ex phariseis nichodem⁹ nomine: pꝛinceps iudeoꝛū. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scim⁹: quia a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Respōdit iesus: et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: non potest videre regnum dei. Dixit ad eum nichodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrē matris sue iterato itroire ⁊ renasci? Respōdit iesus. Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto/ nō potest itroire in regnū dei. Quod natū est ex carne: caro est. Et qđ natum est ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: opoꝛtet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: et vocem eius audis: sed nō scis vnde veniat aut quo vadat? Sic est oīnis: qui natus est ex spiritu. Respōdit nichodem⁹ ⁊ dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respōdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel/ et hec ignoras? Amē amē dico tibi: quia qđ scimus loquimur: ⁊ quod vidim⁹ testamur/ et testimoniū nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascēdit in celū nisi qui descendit de celo: filius hoīs qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari opoꝛtet filium hoīs. Ut oīs qui credit in ipsum nō pereat: sed habeat vitam eternā. Credo dicit. Offr.

Pꝛotege dñe plebē tuā per signum sancte crucis ab oībus isidijs iimicoꝛū oīm: vt tibi gratā exhibeam⁹ seruitutē: ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrum alla.

Offr. Salus oīm populoꝛū per crucem chꝛisti facta est. letent̄ gētes plaudēt

manib⁹ credentes in eum: quia rex noster per crucem suam seculum triumphauit ⁊ infernum vicit. Prosa.

Et inferni portas ereas dissipauit regem nequicie superauit penis imperās oibus soluit miseros spirit⁹ et regressus victor ad ethera dei patris sedet in dextera vim eandem retinēs quam habuit quādo morte vicit all'a. Secre.

Sacrificium domine qd' immolamus placatus intende: vt ab omi nos exuat bellor nequicia: ⁊ per vexillū sancte crucis filij tui ad conterēdas potestates aduersariorumq; insidias nos in tue ptectiōis securitate cōstituat. Per eundē. Prefatio. Eterne deus. Qui salutē humani generis. Cōio. Per lignū serui facti sum⁹ ⁊ per sanctā crucem liberati sumus fructus arboris seduxit nos fili⁹ dei redemit nos alleluya alleluya. Cōio. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regē celorū: et dominum alleluya. Postcōio.

Repleti alimōia celesti ⁊ spiritali poculo recreati quesumus omipotēs deus: vt nos ab hoste maligno defēdas quos per lignū sancte crucis filij tui arma iusticie pro salute mundi triūphare iussisti. Per eundē. Johānis ante portā latinam. Introitus.



In medio ecclesie apuit os ei⁹: et ipleuit eū dominus spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eum. Ps. Jocunditatem et exultationē thesaurizauit super eum. Oratio.

Deus qui cōspicis quia nos vndiq; mala nostra cōturbāt presta quesum⁹: vt beati apostoli tui iohannis/ itercessio gloriosa nos protegat. Per dominū nostrum. Lectio libri sapientie. xv.

Qui timet deū: faciet bona. Et qui cōtinens est iusticie apprehēdet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite ⁊ intellectus: ⁊ aqua sapiētie salutaris potabit illum. Et firmabit in illo et non flectetur: et cōtinebit illū et non confundetur. Et exaltabit illū apud proximos suos. In medio ecclesie aperuit os eius: et implebit eū spiritu sapientie ⁊ itellect⁹. stola glorie induit eum. Jocūditatē ⁊ exultationē thesaurizauit super eum Et noie eterno hereditabit illum dñs deus noster. All'a. V. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. All'a. V. Hic est discipulus ille qui testimoniū phibet de his: ⁊ scim⁹ q̄ verū est testimoniū eius. Scdm Johānē. xxj.

In illo tpe. Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus autē petrus: vidit illum discipulū quē diligebat iesus sequētē: qui ⁊ recubuit in cena supra pect⁹ eius: ⁊ dixit. Dñe: quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus: dixit iesu. Dñe: hic autē qd? Dixit ei iesus. Sic eum volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres: quia discipulus ille nō moritur. Et non dixit ei iesus: non moritur. Sed sic eum volo manere: donec veniam quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his: et scripsit

hec. Et scimus quia verũ est testimoniũ eius. Offr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Sacrificiũ nostrũ tibi domine q̄s beati iohãnis apostoli tui precatio sancta conciliet: vt quod in eius honore solenniter exhibetur meritis efficiat acceptũ. Per. Cõio. Exijt sermo inter fratres q discipulus ille nõ morit. et non dixit iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. Postcõio.

Sumpsim⁹ dñe diuina mysteria beati iohannis apostoli festiuitate letãtes: que sicut sanctis tuis ad gloriam ita nobis quesumus ad veniã prodesse perficias. Per. ¶ Sanctor Gordiani et Epymachi martyr. Officiũ

Sancti tui dñe bñdicẽt te: gloriã regni tui dicent all'a. ps Exultate iusti i dño: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Oratio.

Da quesumus oĩpotẽs de⁹: vt qui beator martyrum tuorũ gordiani et epymachi solẽnia colimus: eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per do. Ep'la Stabũt iusti. in cõi fol. vij. All'a. v. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. vel All'a. vs⁹. Te martyrũ cãdidatus: laudat exercit⁹ dñe. Euange. Nolite arbitrari. in cõi fol. v. Offr. Mirabilis deus in sctis suis de⁹ isrl: ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue bñdict⁹ deus all'a. Secre.

Hostias tibi domine beatorum martyrũ gordiani et epymachi / dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per dñm. Cõio. Gaudete iusti i domino all'a: rectos decet collaudatio all'a. Postcõio.

Quesumus oĩps deus: vt qui celestia alimẽta percepimus: intercedẽtib⁹ sanctis tuis gordiano atq epimacho per hec cõtra oĩa aduersa muniamur. Per. ¶ Mamerti epi ⁊ confessoris. in cõi fo. x. ¶ Sãctor nerei achillei atq pãchracij. Offm.

Ecce oculi dñi sup metuentes eum: et in eis qui sperant sup misericordia eius all'a: vt eripiat a morte animas eorũ: quoniã adiutor ⁊ protector noster est all'a alleluya. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Semper nos domine martyrum tuorũ nerei achillei et pãchracij foueat quesum⁹ beata solẽnitas: ⁊ tuo dignos reddat obseqo. Per dñm. Ep'la. Iusti in perpetuũ viuẽt. in cõi fo. vij. Alleluya. v. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. Euange. Accesserũt ad iesum pharisei. in cõi fo. ix. Offr. Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã in ecclesia sanctorum alleluya alleluya. Secreta.

Sanctor tuorum dñe nerei achillei ⁊ pãchracij tibi grata cõfessio et munera nostra commendet: et tuã nobis indulgẽtiã semp imploret. Per dñm. Cõio. Gaudete iusti in dño all'a: rectos decet collaudatio alleluya. Postcõio.

Quesumus dñe vt beatorũ martyrũ tuorũ nerei achillei et pãchracij deprecatiõibus sacramẽta que sumpsimus: ad tue

nobis pficiāt placatiōis augmē-
tum. Per dñm nostrum.
¶ Sancti vrbani pape. Introit⁹.
Sacerdotes tui domi-
ne induant iustitiā et
sancti tui exultēt: pro
pter dauid seruū tuū
nō auertas faciē chri
sti tui. Ps. Memento dñe dauid: et oīnis
mansuetudinis eius. Oratio.
Da q̄s oipotēs deus: vt qui
beati vrbani martyris tui
atq; pōtificis solēnia colim⁹: eius
apud te intercessionibus adiuue-
mur. Per dñm nostrū. Epla. Plu
res facti sunt sacerdotes. fol. xiij.
Alla. V. Gaudete iusti in dño: rectos
decet collaudatio. Euāgel. Uigilate
quia nescitis. Offr. Letamini in
dño et exultate iusti: et gl'iamini omnes
recti corde. Secreta.
Munera dñe q̄s tibi dicata
sanctifica: et itercedēte btō
vrbano per eadē nos placat⁹ intē-
de. Per dñz. Cōio. Gaudete iusti in
dño alla: rectos decet collaudatio alla.
Beati vrbani (Postcōio.
martyris tui atq; pontifi-
cis dñe itercessiōe placat⁹: presta
q̄s. vt que tpali celebram⁹ officio:
ppetua saluatiōe capiam⁹. P do.
¶ Scti nichomedis mar. Oro.
Deus qui nos beati nicho-
medis martyris tui meri-
tis et intercessiōe letificas: conce-
de propici⁹: vt qui eius bñficia po
scimus dono tue gratie consequa
mur. Per dominū. Secreta.
Munera dñe oblata sctifica
et intercedēte beato nicho
mede martyre tuo nos per hec a
peccatorum nostrorum maculis
emunda. Per. Postcōio.
Supplices te rogamus ops
de⁹: vt quos tuis reficis sa
cramētis: itercedēte beato nicho-
mede martyre tuo tibi etiā placi-
tis moribus dignāter tribuas de
seruire. Per dominū nostrum.
¶ Marcellini et petri. Officium.
Clamauerūt iusti et dñs
exaudiuit eos: et ex om-
nib⁹ tribulatiōib⁹ eorū
liberauit eos. Ps. Bñdicā
dñm in oī tpe: semp laus eius in ore meo
Letetur ecclia tua Oro.
deus sanctor martyrum
tuor marcellini et petri cfisa suf-
fragijs/atq; eor precib⁹ gloriosis
et deuota pmaneat et secura consi
stat. Per. Epla. Respōdēs vn⁹ de
senioribus. in cōi fo. viij. R. Cla-
mauerunt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex
oībus tribulatiōib⁹ eorum liberauit eos.
V. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt
corde: et humiles spiritu saluabit. Alla
V. Te martyrū cādidatus laudat exerci-
tus dñe. Euāge. Cū audieritis prel.
in cōi fo. viij. Offr. Letamini i dño
et exultate iusti: et gl'iamini oēs recti corde
Uotiua dñe mu- Secreta
nera deferētes in tuorum
marcellini et petri martyr passio-
ne tuā magnificētiā veneramur
et per eam nobis iploram⁹ tue pie
tatis auxiliū. P. Cōio. Iustor aie
in manu dei sunt: et nō tāget illos tormē-
tum malicie. visi sunt oculis insipiētium
mori: illi autē sunt in pace. Postcōio.
Intercedētib⁹ sanctis tuis
dñe plebi tue psta subsidiū:
vt ab oīb⁹ noxijs expedita cuncta
sibi pfutura pcipiat. Per dñm.
¶ Primi et Feliciani. Introitus

Sapientiã sanctorũ narrant populi: et laudem eorum nũciat ecclesia. nomina autem eorũ viuent in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oro

Hac nos dñe quesumus sanctorum tuorũ primi et feliciani semper exẽpla sectari: quorum suffragijs protectionis tue dona sentiamus. Per dñ. Epla. Reddet deus mercede. fo. vij. R. Exultabũt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. V. Cantate domino canticũ nouũ: laus eius in ecclesia sanctorum. Alla. V. Mirabilis dominus noster in sctis suis. Euãgeliũ. Cum audieritis prelia. fol. viij. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. laqueus cõtritus est: et nos liberati sumus. Secre.

Hiat dñe quesumus hec hostia sacrãda placabilis preciosi celebritate martyrij: que et pctã nr̃a purificet: et tuorum tibi vota conciliet famulorũ. Per dñm. Cõio. Ego vos elegi de mũdo vt eatis et fructũ afferatis et fructus vester maneat

Quesumus oẽs deus: Postcõ. vt sctõrum tuorum celestibus mysterijs celebrata solẽnitas: idulgẽtiã nobis tue ppiciatiõis acqrat. Per dñ. ¶ Barnabe apli. totũ de cõi. fol. i. ¶ Basilidis et aliorum. Offm.

Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu eorum. vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. ps. Deus venerũt gẽtes in hereditatem tuã: polluerunt templũ sanctũ tuũ: posuerũt hierusalẽ in pomorũ custodiam. Oratio.

Sanctorum tuorũ basilidis cyrini / naboris / et nazarij: quesumus domine natalicia nobis votiua resplendeant: et quod illis cõtulit excellẽtia sempiterna fructibus nostre deuotiõis accrescat Per dñz. Epla. Iustorũ aie. in cõi fo. vj. R. Vindica domine sanguinẽ sanctorum tuorum qui effusus est. V. Posuerũt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Alla. V. Iusti epulentur et exultẽt in cõspectu dei: delectent in leticia. Euãge. Descendens iesus de monte. in cõi fo. viij. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis: exultatiões dei in faucibus eorum

Pro sctõrum martyrum Secre. tuorum basilidis cirini naboris et nazarij sanguie venerando hostias tibi dñe solenniter imolamus tua mirabilia pertractãtes per quem talis pfecta est victoria. Per dñ. Cõio. Posuerũt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. scdm magnitudinem brachij tui: posside filios mortipunitorum. Postcõio.

Semper dñe sctõrum martyrũ tuorum basilidis cirini naboris et nazarij solẽnia celebremus: vt eorũ patrocinia iugiter sentiamus. P. ¶ Marci et marcelliani. Offm.

Salus aũt iustorum a dño: et protector eorũ est in tpe tribulatiõis. ps. Noli emulari in malignãtibus neque zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Oratio.

Sanctorũ tuorum nos dñe marci et marcelliani natalicia tueantur: quia tãto fiducialius tuo nomini supplicamus quã-

to frequẽtius martyr benedictio nibus cõfouemur. Per dominũ. Epla. Reddet de⁹. in cõi fo. vij. R. Iustorũ anime in manu dei sunt: et nõ tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipiẽtiũ mori. illi autẽ sunt in pace. Alleluya. V. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Euangel. Hoc est preceptum. in cõi fol. ij. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ. laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Secreta.

Suscipe dñe munera tuorũ populorum votiua: et sanctorum martyrũ marci et marcelliani tibi precibus esse grata concede: pro quorum solennitatibus offerunt. Per dñm nostrũ. Cõio. Amen dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis: michi fecistis. venite benedicti patris mei: possidete preparatũ vobis regnum ab initio seculi. Postcõio.

Salutaris tui domine munere saciati supplices exoramus. vt quorũ letamur gustu: renouemur effectu. Per. ¶ Geruasij et prothasij martyr. Officiũ

Loquetur dominus pacem in plebem suam et super sanctos suos: et in eos qui conuertunt ad eum. Ps. Benedixisti domine terrã tuã: auertisti captiuitatẽ iacob. Oratio.

Sanctorũ martyrũ nos domine geruasij et prothasij confessio beata cõmuniat: et fragilitate nostre subsidium dignanter exoret. Per dñm nostrũ iesum christum filiũ tuũ. Epistola. Iustorum anime in manu dei sunt. in cõi fo. vj. R. Gloriosus de⁹ in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos. Alleluya. V. Fulgebunt iusti: et tanq̃ scintille in arundineto discurrent ineternũ. Euãge. Egrediente iesu de templo. in cõi fo. ix. Offr. Letamini in domino: et exultate iusti: et gl'iamini oẽs recti corde. Secre.

Concede nobis oĩpotens deus: vt his muneribus que pro sanctorũ martyrũ geruasij et prothasij honore deferimus/ et te placemus exhibitis. et nos iustificemur acceptis. Per dñm nostrũ. Cõio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilib⁹ celi. carnes sanctorũ tuorum bestijs terre: scdm magnitudinem brachij tui/ posside filios mortipunitorum. Postcõio.

Da quesumus oĩpotens deus: vt mysteriorũ virtute sanctorumq; geruasij et prothasij precibus vita nostra firmet. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ In vigilia sancti iohannis baptiste ad missam. Introitus.

Ne timeas zacharia exaudita est oratio tua/ et elizabeth vxor tua pariet tibi filium: et vocabis nomen eius iohannem et erit magnus coram domino: et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multi in natiuitate eius gaudebũt. Ps. Dñe in virtute tua letabit rex: et sup salutare tuũ exultabit vehemẽter.

Presta q̃s ops deus: Orõ. vt familia tua per viam salutis incedat: et beati iohannis precursoris hortamenta sectãdo:

ad eum quem predixit secura perueniat dn̄m nostrū iesum christū filium tuum. Qui tecum viuit.

Lectio hieremie prophete. f.

In diebus illis. Factum est verbum dn̄i ad me dicens. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: ⁊ anteq̄ exires de vulua sanctificaui te: et prophetā in gentibus dedi te. Et dixi. A.a.a. dn̄e de⁹ ecce nescio loqui quia puer ego sum Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer sum: quoniam ad oīa que mittā te ibis: et vniuersa que mādauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorū quia ego tecū sum vt eruā te: dicit dn̄s. Et misit dn̄s manū suā ⁊ tetigit os meū: ⁊ dixit michi. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōstitui te hodie super gentes et super regna: vt euellas et destruas ⁊ disperdas ⁊ dissipes et edifices et plātes. Ait dn̄s: oṗs. ℟. Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat hic venit. ℣. Ut testimoniū perhiberet de lumine: et parare dn̄o plebē perfectam. ❡ Initium sancti euāgelij: scd̄m Lucam. f.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidā nomine zacharias de vice abya ⁊ vxor illius de filiab⁹ aaron: ⁊ nomen eius elizabeth. Erāt autem iusti ambo ante deum: incedētes in omnibus mandatis ⁊ iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius/ eo q̄ esset elizabeth sterilis: et ambo processissent in dieb⁹ suis. Factum est autem cū sacerdotio fungeretur zacharias in ordie vicis sue ante deum scd̄m cōsuetudinem sacerdotij sorte exijt vt incensum poneret ingressus in tēplū dn̄i. Et oīs multitudo populi erat orās foris hora incēsi. Apparuit autē illi angelus dn̄i stans a dextris altaris incēsi. Et zacharias turbatus est videns: ⁊ timor irruit sup eū. Ait autē angelus ad illū. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita est deprecatio tua: ⁊ vxor tua elizabeth pariet tibi filiū: et vocabis nomē eius iohannem. Et erit tibi gaudium et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit eni magnus coram dn̄o: vinū et siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc in vtero matris sue: et multos filiorum israel conuertet ad dn̄m deum ipsorum. Et ipse p̄cedet ante illum: in spiritu et virtute helye. Ut conuertat corda patrum in filios: ⁊ incredulos ad prudentiā iustorū. Parare domino plebē p̄fectā. Offr. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ cōstituisti eū sup opera manuū tuarū dn̄e. Secreta.

Munera quesumus populi tui domine oblata sanctifica: et intercedente beato iohanne baptista: nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emūda. Per dominū nostrum iesum christum. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones sup eum dn̄e. Postcō.

Beati iohānis baptiste nos dn̄e p̄clara comitetur oratio: ⁊ quem vēturum esse predixit poscat nobis fore placatum: dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. ⁊c.

¶ In die iohãnis baptiste. Offiĩi



De ventre matris mee vocauit me dñs noĩe meo: et posuit os meum quasi gladium acutuȝ sub tegumento manus sue ꝓtexit me posuit me quasi sagittã electã. ps. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere noĩ tuo altissime. Kyrie fons bonitatis. Oratio.

Deus qui presentem diem honorabilẽ nobis in beati iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritaliũ gratiã gaudiorum: et omnium fidelium mẽtes dirige in viam salutis eterne. Per dominũ nostrum iesum.

Lectio ysaie prophete. xlix.

Hec dicit dñs. Audite insule: et attẽdite populi de longe. Domin⁹ ab vtero vocauit me de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutũ. in vmbra manus sue protexit me. et posuit me sicut sagittam electã. In pharetra sua abscondit me: et dixit michi. Seruus me⁹ es tu israel: quia ĩ te gloriabor. Et nũc hec dicit dominus: formãs me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucẽ gẽtiũ: vt sis salus mea vsq; ad extremum terre. Reges videbunt ⁊ cõsurgent principes: et adorabunt dominũ deum tuum et sanctum israel: qui elegit te. ℟ Priusq̃ te formarẽ in vtero noui te: et anteq̃ exires de ventre sanctificaui te. ℣. Misit dñs manum suam et tetigit os meũ et dixit mihi Alla. ℣. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior iohanne baptista. Prosa.

Ad honorem tuum christe recolat ecclesia. Precursoris et baptiste: tui natalicia. Laus est regis in preconis: ipsi⁹ preconio. Quem virtutũ ditat donis sublimat officio. Promittente gabriele: seniori filiũ. Hesitauit: et loquele perdidit officiũ Puer nascitur noue legis noui regis preco tuba signifer. Vox preit verbũ paranimphus sponsi sponsum solis ortũ lucifer. Verbo mater scripto pater/ nomẽ dedit paruulo: et soluta lingua muta patris est a vinculo. Est celesti presignatus/ iohannes oraculo: et ab ipso presignatns/ vteri latibulo. Quod etate prematura: datur heres id figura: quod infecunda/ diu parens res profunda. Contra carnis quidem iura/ iohannis hec genitura: talem gratia/ partum format non natura. Aluo deum virgo claudit/ clauso claus⁹ hic applaudit: de vẽtris angustia. Agnum monstrat in aperto/ vox clamãtis in deserto: vox verbi prenuncia. Ardens fit de verbo lucens: et ad veram lucẽ ducens multa docet milia. Non lux iste sed lucerna/ christus vero lux eterna: lux illustrans omnia. Cilicina tectus veste/ pellis cinctus tropheũ. Cum locustis mel siluestre: sumpsit in eduliũ. Attestante sibi christo/ non surrexit maior isto: nat⁹ de muliere. Sese christ⁹ sic excepit/ qui de carne carnem cepit: sine carnis opere. Capitali iustus pena iubetur in carcere consummari. Cuius ca

put rex in cena nō horret pro munere: presentari. Martyr dei licet rei/simus nec ydonei: tue laudi. Te laudātes et sperantes/ de tua clementia: nos exaudi. Tuo nobis in natale: da promissum gaudium. Nec nos minus triūphale: delectet martyrium. Venere mur et miramur: tot in te mysteria. Per te frui christ⁹ sui: det nobis presentia. Amen.

Secundum Lucam. primo.

In illo tempore. Elizabeth impletū est tēpus pariendi et peperit filiū. Et audierunt vicini et cognati eius: quia magnificauit dns misericordiā suā cū illa et cōgratulabant ei. Et factū est in die octauo: venerūt circuncidere puerū et vocabāt eum noīe patris sui zachariam. Et respōdens mater eius dixit. Nequaq̄: sed vocabitur iohānes. Et dixerūt ad illam. Quia nemo est in cognatiōe tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebant autē patri eius quē vellet vocari eum. Et postulās pugillarem: scripsit dicens. Johannes est nomē eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est illico os eius ⁊ lingua eius: et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum et super omnia montana iudee diuulgabantur oīa verba hec. Et posuerunt omes qui audierāt in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: ⁊ prophetauit dicēs. Bñdictus dñs deus israel: qa visitauit et fecit redēptionē plebis sue. Offr. Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua dñe muneribus altaria cumulamus illius natiuitatē honore debito celebrātes qui saluatorē mūdi et cecinit affuturū et adesse mōstrauit: dñm nostrum iesum christum filiū tuum Qui tecū. Cōio. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis eni ante faciem dñi parare vias eius. Postcō.

Sumat ecclesia tua de⁹: bti iohannis baptiste gñatione leticiā: per quem sue regenerationis cognouit auctorē: dñm nostrū iesū christū filiū tuū. Qui te.

¶ Johannis et pauli. Officium.

Multe tribulatiōes iustorum: et de his oībus liberauit eos dñs dñs custodit oīa ossa eor: vnū ex his nō cōteret. Ps. Bñdicā dñm in oī tēpore: semp laus ei⁹ in ore meo. Oro

Quesumus oēs de⁹: vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de btōrū iohānis ⁊ pauli glificatiōe pcedit quos eadē fides ⁊ passio vere fecit esse germanos. P do. Epla. Quis nos sepabit. in cōi fo. vij. R. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū: habitare fratres in vnū. V. Sicut vnguētū i capite qd descēdit in barbā: barbā aarō. Alla. V. Isti sunt due oliue: et duo cādelabra lucentia ante dñm: habēt potestatē claudere celū nubib⁹: et aperire portas eius. qa lingue eorū claues celi facte sunt. Euāge. Attēdite a fermēto pha. in cōi fo. viij Offr. Gloriabūt in te oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm tu bñdixisti iusto dñe vt scuto bonevolūtatis tue coronasti nos. Secr

H Ostias tibi dñe sctõꝝ martyꝛũ tuoꝝ iohãnis et pauli dicatas meritis benignꝰ assume: et ad perpetuũ nobis tribue ꝓuenire subsidiũ. P dñz. **Cõio.** E t si coꝛam hoibus toꝛmẽta passi sunt/ deꝰ tẽptauit eos tanq̃ aurũ in foꝛnace ꝓbauit illos: et quasi holocausta accepit illos.

S Umpsimus dñe **Postcõ.** sanctoꝛũ tuoꝝ solẽnia celebꝛãtes sacramẽta celestia: pꝛesta q̃s. vt qđ tẽpoꝛaliter gerimꝰ eternis gaudijs cõsequamur. P dñm

¶ **Sancti leonis pape. Oꝛatio.**

D Eus qui nos beati leonis martyꝛis tui meritis ⁊ intercessione letificas cõcede pꝛopicius: vt qui eiꝰ beneficia poscimꝰ/ dono tue gratie ꝯsequamur. P d.

T Anto placabi- **Secreta.** les q̃s dñe nostre sint hostie quanto scti leonis pape ⁊ martyꝛis pꝛo cuiꝰ solẽnitate offerunt/ tibi grata sũt merita. P. **Postcõ.**

B Eati leõis martyꝛis tui domine suffragijs exoꝛatus/ percepti sacramẽti tui nos virtute defende. Per. ¶ **In vigilia apostoloꝛũ petri et pauli. Introitus.**

D Icit dominus petro/ cum esses junioꝛ cingebas te et ambulabas vbi volebas: cum autem senueris extẽdes manus tuas ⁊ alius te cinget et ducet quo tu nõ vis. hoc autẽ dixit significans qua moꝛte clarificaturus esset deũ. **Ps.** Celi enarrant gloꝛiam dei ⁊ opera manuum eius annũciat firmamentum. **Oꝛatio.**

D Eus qui nobis beatoꝛum apostoloꝛum petri ⁊ pauli natalicia gloꝛiosa pꝛeire cõcedis: tribue q̃s eoꝛũ nos et bñficijs pꝛeueniri: et oꝛationibꝰ adiuuari. P.

Lectio actuũ apostoloꝛum. iij.

I N diebus illis. Petrus et iohannes ascendebãt in tẽplum: ad hoꝛam oꝛationis nonã. Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabat/ quẽ ponebant quotidie ad poꝛtam tẽpli que dicitur speciosa vt peteret elemosynam ab introeũtibus in templum. Is cum videret petrũ et iohãnem incipiẽtes introire in templũ rogabat vt elemosynã acciperet. Intuẽs autem in eum petrus cum iohanne dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturũ ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum/ non est mecum: quod autẽ habeo/ hoc tibi do. In nomine iesu chꝛisti nazareni surge et ambula. Et appꝛehensa manu eius dextera alleuauit eum: ⁊ pꝛotinus ꝯsolidate sunt bases eiꝰ et plante. Et exiliens: stetit et ambulabat. Et intrauit cũ illis in tẽplum: ambulans et exiliẽs et laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantẽ et laudãtem deum. Cognoscebant autem oẽs illum quoniã ipse erat qui ad elemosynã sedebat: ad speciosã poꝛtam templi. Et repleti sunt oẽs stupoꝛe et extasi in eo quod contigerat illi. **R.** I n oẽm terrã exiuit sonus eoꝛũ: ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝝ. **V.** Celi enarrãt gloꝛiã dei: ⁊ opa manuum eiꝰ anuũciat firmamẽtũ. **Se. iohã.** xxj

I N illo tẽpoꝛe. Dixit iesus petro. Symon iohãnis di-

Oꝛ.

ligis me plus his? Dicit ei. Etiã dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iteꝝ. Symõ iohãnis diligis me? Ait illi. Etiam dñe. Tu scis: quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Symon iohannis amas me? Contristatus est petrꝰ quia dixit ei tertio amas me: ⁊ dicit ei. Dñe tu oĩa scis: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amẽ amẽ dico tibi: cum esses iunior cingebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum autẽ senueris extendes manꝰ tuas ⁊ alius te cinget: et ducet quo tu nõ vis. Hoc autẽ dixit significans qua morte clarificaturus esset deũ. Offꝝ. Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatꝰ est principatꝰ eorũ.

Secreta. Munera dñe tue glorificatiõis offerimus: que tibi ꝓ nostris grata ieiunijs sanctorũ apostolorũ q̃s depcatio: quorũ solẽnia preuenimꝰ efficiat. Per. Cõio. Symon iohãnis diligis me plus his: dñe tu oĩa nosti tu scis domine quia amo te.

Postcõio. Sumptis dñe remedijs sempiternis tuoꝝ mũdent corda fideliũ: vt aplici petri et pauli natalis ĩsignia que corpalibꝰ officijs exequunt: pia cordis ĩtelligẽtia cõprehendãt. Per dominum.

¶ In die sctõꝝ petri ⁊ pauli. Int.



Nunc scio vere: q̃a misit dñs angelum suũ ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de omi expectatione plebis iudeorum. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit

Oro. Deus qui hodiernã diem apostolorũ tuorũ petri et pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorũ in oibus sequi preceptũ, per quos religiõis sumpsit exordium. Per dñm nostrũ.

Lectio actuũ apostolorum. xij.

In diebus illis. Misit herodes rex manꝰ. vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit aũt iacobum: fratrẽ iohãnis gladio. Videñs autẽ quia placeret iudeis: apposuit apprehẽdere ⁊ petrũ. Erãt autẽ dies azimorũ. Quẽ cũ apprehendisset misit in carcerem. Tradensq̃ quattuor quaterniõibꝰ militum custodiẽdũ: volens post pascha ꝓducere eum populo. Et petrus quidem seruabat in carcere. oratio aũt fiebat sine ĩtermissione ab ecclesia ad deũ pro eo. Cum autẽ producturus eum esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens ĩter duos milites vinctus cathenis duabus. Et custodes ante ostium: custodiebãt carcerem. Et ecce angelus dñi astitit: et lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoq̃ latere petri: excitauit eum dicẽs. Surge velociter Et ceciderũt cathene: de manibꝰ eius. Dixit autẽ angelus ad eum Precingere: ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circũda tibi vestimentũ tuũ: et sequere me. Et exiens sequebat eum: ⁊ nesciebat quia verũ est quod fiebat per angelũ. Estimabat autẽ se visum videre. Transeũtes autẽ primam et secundã custodiam: venerunt ad portã ferreã que ducit ad

ciuitatē: que vltro aperta est eis.
Et exeūtes ꝓcesserūt vicū vnū. Et
cōtinuo: discessit angelus ab eo.
Et petrus ad se reuersus: dixit.
Nunc scio vere quia misit dn̄s an
gelum suū et eripuit me de manu
herodis: et de om̄i expectatiōe ple
bis iudeorū. ℟. Cōstitues eos prin-
cipes sup oēm terrā: memores erunt noīs
tui dn̄e. ℣. Pro patribꝰ tuis nati sunt ti-
bi filij: propterea populi cōfitebunt tibi.
Alleluya. ℣. Beatus es symō petre
quia caro et sanguis non reuelauit tibi:
sed pater meus qui est in celis. Prosa.

Roma petro glorietꝛ / roma
paulū veneretꝛ: pari reuerē
tia. Immo tota iocūdetꝛ / et iocū
dis occupetur: laudibus ecclesia.
Hij sunt eius fundamēta / fūda-
tores fulcimenta: bases epistilia.
Idem vero qui cortine / pelles tē
pli iacinctine: cyphi spere lilia.
Hij sunt nubes choruscātes / ter
ram cordis irrigantes: nunc rore
nunc pluuia. Hij precones noue
legis: et ductores noui gregis ad
christi presepia. Laborū socij tri
turant aream in spe denarij colē-
tes vineā. Hijs vētilantibus sece
dit palea nouisqꝫ fructibꝰ replen-
tur horrea. Ipsi mōtes appellā-
tur ipsi prius illustrantꝛ veri solis
lumine. Mira virtus est eorum /
firmamēti vel celorū: designātur
noīe. Fugā morbis imperāt / le-
ges mortis superant: effugāt de-
monia. Delēt ydolatriam / reis
prebent veniam: miseris solacia.
Laus cōmunis est amboꝝ / cum
sint tamen singuloꝝ: dignitates
proprie. Petrus preit pricipatu /
paulus pollet magistratu: totius
ecclesie. Principatus vni datur /
vnitasqꝫ cōmēdatꝛ: fidei catholice
Unus cortex est granorū / sed et
vna vis multorū: sub eodē cortice
Romā cōuenerāt salutis nūcij /
vbi plus nouerant inesse vicij: ni-
chil medicine. Insistunt vicijs fi
deles medici vite remedijs obstāt
frenetici: fatui doctrine. Facta
christi mentione / symō magus cū
nerone: conturbatꝛ hoc sermone /
nec cedūt apostolis. Languor ce
dit mors obedit magus crepat ro
ma credit: et ad vitam bonā redit
reprobatis ydolis. Fremit nero
sceleratus / magi morti desolatꝰ:
cuius error ei gratus / graue pre-
cipiciū. Bellatores preelecti / nō
a fide possunt flecti: sed in pugna
sunt erecti / nec formidāt gladiū.
Petrus heres vere lucis / fert in-
uersus penā crucis / paulꝰ ictum
pugionis: nec diuerse passionis /
sunt diuersa p̄mia. Patres sum-
me dignitatis / summo regi cōre-
gnatis: vincla nostre prauitatis /
soluat vestre potestatꝫ: efficax sen
tentia. Amē. Scdm matheū. xvj

In illo tēpore. Uenit iesus i
partes cesaree philippi ⁊ in
terrogauit discipulos suos dicēs
Quē dicunt hoīes esse filiū hoīs?
At illi dixerūt. Alij iohānē bapti
stam: alij autē helyā: alij vero hie
remiā: aut vnū ex ꝓphetis. Dicit
illis iesus. Uos aūt quē me esse di
citis? Respōdēs symō petrus: di-
xit. Tu es christus filius dei viui.
Respōdens autem iesus: dixit ei.
Beatus es symon bariona: q̄a ca
ro et sanguis non reuelauit tibi:
sed pater meus qui est in celis. Et

ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petrā edificabo ecclesiam meā. Et porte inferi nō preualebunt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Et quodcūꝗ ligaueris sup terrā: erit ligatū et in celis. Et qōcūꝗ solueris sup terrā: erit solutū et in celis. Offꝛ.

Constitues eos principes sup oēm terram: memores erunt noīs tui dn̄e in omni ꝓgenie et generatione. Secreta.

Hostias dn̄e q̄s quas nomini tuo sacrādas offerimus apostolica ꝓsequatur oratio: per quā nos expiari tribuis et defendi. Per do. Prefatio. Eterne de⁹ Te dn̄e suppliciter exorare vt gregem tuū. Cōio. Tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā: et porte inferi non preualebūt aduersus eam: ⁊ tibi dabo claues regni celoꝝ. Secreta.

Quos celesti domine alimēto saciasti: apostolicis itercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dn̄m. ¶ In cōmemoratione sancti pauli. Introitus.



Scio cui credidi/ et cert⁹ sum: q̄a potens est depositum meū seruare in illū diē. ps. Dn̄e ꝓbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam: ⁊ resurrectionem meam. Gloria patri. Oratio.

Deus qui multitudinē gentium beati pauli apostoli predicatiōe docuisti/ da nobis q̄s. vt cuius natalicia colimus: eius apō te patrocinia sentiam⁹. Per dominū nostrum iesum christū filium tuū. Ad Tymotheū. ij. iiij.

Carissime. Testificor corā deo et christo iesu qui iudicaturus est viuos ac mortuos: et aduentū ipsius ⁊ regnū eius. Predica verbū insta oportune importune. Argue obsecra/ icrepa/ in oī patiētia et doctrina. Erit eni tempus cū sanā doctrinā non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus et a veritate quidē auditum auertēt: ad fabulas autē conuertent. Tu vero vigila in oībus labora: opus fac euāgeliste ministerium tuū imple. Sobrius esto. Ego eni iam delibor: ⁊ tēpus mee resolutiōis instat. Bonum certamen certaui cursum cōsummaui fidē seruaui. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quā reddet michi dn̄s in illa die iustus iudex. Nō solum autē michi: sed et his qui diligūt aduentū eius. ℟.

Qui operatus est petro in apostolatū: operatus est et michi inter gētes ⁊ cognouerūt gratiā dei q̄ data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua nō fuit: sed gratia ei⁹ semp in me manet. Alla. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue tunc dicet illis qui a dextris eius erūt: venite bn̄dicti patris mei: percipite regnū cum gaudio magno. Prosa.

Paule doctor gentiū/ christi vas egregiū: vas insigne gratia. Tuū est ꝓconiū/ tui verbi spoliū: gētiū ecclesia. Tu per verbi gladiū/ reseras ꝓpuciū: circuncidis vicia. Raptus celū tertium/ intras sanctuariū: stupent omes ebriū/ cella de vinaria. Mētis nec ingeniū/ lingue nec eloq̄ū: explicat mysteriū/ quod mens ca-

pit ebria. Illic hauris de thezauris/illic vides quod nō fides: sufficit exprimere. Opes christi quas vidisti/nō refundis sed abscōdis: mystico caractere. Predicator veritatis / emulator caritatis: magnus preco gratie. Contra legē lege pugnas/questionū solus pugnas: cessant cerimonie Tandē passo sub nerone / pugna firmat spem corone: neqꝫ cadet mysterio/ doctrine cōsors passio. Mucro seuit pro mucrone / dū proverbi ratione: decollaris cū gladio/ mors cōgruit officio. Ense verbi diuini casti/ense ferri triūphasti: ensem ense superasti/ mortem patientia Testis fluit lactis vnda/ quantū fuit vita mūda: quā pdulcis quā fecūda / vbi sapiētia. Pasce nos in gl'ia. Amē. Scdm matheū. xix

In illo tēpore. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia: ⁊ secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit eis. Amē dico vobis: quod vos qui secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos sup sedes duodeci iudicātes duodecim tribus israel. Et omis qui reliquerit domū vel fratres/aut sorores/aut patrem/aut matrem/aut vxorē/aut filios/aut agros/propter nomen meū: cētuplum accipiet: et vitā eternā possidebit. Offr. Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortat⁹ est principatus eorum. Secreta.

Ecclesie tue quesumus dñe preces ⁊ hostias apostolica cōmendet oratio: vt quod pro illorum gloria celebram⁹ nobis prosit ad veniam. Per. Cōio. Amen dico vobis quod vos qui reliqstis oīa et secuti estis me: centuplum accipietis ⁊ vitam eternam possidebitis. Postcōio.

Perceptis dñe sacramentis beatis apostolis iteruenietibus deprecamur: vt que pro illorum celebrata sunt gloria: nobis proficiant ad medelam. Per.

¶ Processi et martiniani. Offm.

Iudicant sancti gētes et dominantur populis: ⁊ regnabit dñs deus illorum imppetuū. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio

Deus qui nos san Oratio. ctorū tuorū processi ⁊ martiniani ⁊ fessiōib⁹ gl'iosis circūdas et protegis da nobis et eorū imitatione proficere: et itercessiōe gaudere. Per dñm. Epla. Justorū aie in manu. in cōi fo. vj. R. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. V. Cantate dño cāticū nouum: laus eius i ecclesia sanctorū. Alla. V. Mirabilis domin⁹ noster in sanctis suis Euāge. Uidete ne quis vos sedu. in cōi fo. ix. Offr. Gloriabunt in te oēs qui diligūt nomen tuū: quoniā tu benedixisti iusto. dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Suscipe dñe preces et munera que vt tuo digna sint cōspectui sanctor tuorū precib⁹ adiuuemur. Per do. Cōio. Aia nostra sicut passer erepta est de laqo venātiū

Corporis sacri Postcōio. et preciosi sanguinis repleti libamine qs dñe deus noster: vt quod pia deuotiōe gerim⁹: certa redēptione capiamus. Per dñm.



¶ Eadem die visitatio beate Marie virginis ad missam. Introitꝰ



Gaudeamꝰ omnes ĩ dño diẽ festum celebrantes: sub honore marie virginis de cuius visitatiõe gaudẽt angeli: et collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio.

Deus cuius vnigenitus vtero adhuc virginis clausus iohannẽ baptistã maria salutante spiritu sancto priusq̃ nasceretur impleuit: da ecclesie tue / vt quos spirituali regeneratione cõcepit: purificatos tibi filios pariat adoptionis. Per eundem.

Lectio libri sapiẽtie. Eccli. xxiiij

Ego quasi terebintꝰ extendi ramos meos: et rami mei honoris et gratie. Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris: et magnitudinis / et sctẽ spei. In me gratia omnis vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me om̃es qui cõcupiscitis me: et a generatiõibus meis implemini. Spiritus eñ meus sup mel dulcis: et hereditas mea sup mel et fauum. Memoria mea: in generatione seculoꝝ. R. Ego effudi flumina ego quasi trames aque immense ego quasi fluuius dorix: et sicut aque ductus exiui de paradiso. V. Rigabo ortum plãtationum: et inebriabo partus mei fructũ. Alla. V. Ut facta est vox salutationis tue in auribꝰ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Prosa.

Salue mater saluatoris / vas electũ vas honoris: vas celestis gratie. Ab eterno vas prouisum / vas insigne vas excisum: manu sapientie. Salue verbi sacra parens / flos de spina spina carẽs: flos spineti gloria. Nos spinetum nos peccati / spina sumus cruẽtati: sed tu spine nescia. Porta clausa fons ortorũ / cella custos vnguẽtorum: cella pigmẽtaria. Cynamomi calamũ / myrrham thus et balsamũ: superas fragrãtia. Salue decus virginum / mediatrix hominũ: salutis puerpera. Mirtus tẽperãtie / rosa patiẽtie: nardus odorifera. Tu cõuallis humilis / terra non arabilis: que fructũ parturijt. Flos campi cõualliũ / singulare lilium: christus ex te prodijt. Tu celestis paradisus / libanusq̃ nõ incisus: va-

porans dulcedinē. Tu candoris et decoris/ tu dulcoris ⁊ odoris: habes plenitudinē. Tu thronus es salomonis/ cui nullus par in thronis: arte vel materia. Ebur candens castitatis/ aurū fuluū charitatis: presignant mysteria. Palmam prefers singularē/ nec ī terris habes parem: nec in celi curia Laus humani generis/ virtutū pre ceteris: habens priuilegia. Sol luna lucidior/ et luna syderibus: sic maria dignior creaturis oībus. Lux elypsim nesciēs/ virginis est castitas: ardor īdeficiēs/ īmortalis charitas. Salue mater pietatis/ et totius trinitatis: nobile tricliniū. Verbi tamē incarnati: speciale maiestati: preparans hospicium. O maria stella maris/ dignitate singularis: sup omnes ordinaris/ ordines celestium. In supmo sita poli: nos assigna tue proli/ ne terrores siue doli: nos supplantent hostium. In procinctu constituti/ te tuente simus tuti: puicacis et versuti/ tue cedat vis virtuti: dolus prouidentie. Iesu verbum summi patris serua seruos tue matris: solue reos salua gratis/ et nos tue claritatis: configura glorie. Amen.

Secundum Lucam. j.

In illo tpe. Exurgēs maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatē iuda: et intrauit domū zacharie: ⁊ salutauit elizabeth. Et factū est vt audiuit salutationē marie elizabeth exultauit in gaudio infans in vtero ei⁹. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna: et dixit. Benedicta tu inter mulieres et bñdictus fructus vētris tui Et vnde hoc michi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et btā que credidisti: quoniā perficiētur ea que dicta sūt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit spirit⁹ meus: in deo salutari meo. Offr. Unde hoc michi vt veniat mater dñi mei ad me. beata que credidisti: quoniā perficiētur in te que dicta sunt tibi a domino: et ait maria. magnificat anima mea dñm: ⁊ exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo. Secreta

SUscipe q̄s dñe fidelis populi tui vota: vt qui te ab vtero inuiolate virginis precursorē sancti in vtero sanctificasse ꝯgaudet: ipe quoqꝫ a te in vtero matris ecclesie sanctificari mereat. Qui viuis. Prefatio. Et te ī visitatione. Cōio. Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus: et reuersa est in domum suam. Postcōio.

SAcra libantes mysteria te dñe suppliciter depcamur: vt eccl esia tua visitationis mysteria recolens: visitantis et visitate meritis subleuata/ ab instātibus malis et periculis eruat. Per do.

¶ Trāslatio sci martini. Officiū

STatuit ei dñs testamētum pacis ⁊ principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ieternū. ps. Misericordias dñi ineternū cantabo. Oratio.

DEus qui populo tuo salut' eterne beatum martinū ministrum tribuisti pre

sta que sumus: vt quē doctorē vite habuimus in terris: intercessorē semp habere mereamur in celis. Per do. Epla. Ecce sacerdos magnus. in cōi fo. x. R. Dñe preuenisti eum in benedictiōibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Uitam petijt z tribuisti ei: longitudinē dierum in seculū seculi. Alla. V. Posui adiutoriū super potentē: et exaltaui electum de plebe mea. Euāgeliū. Sint lumbi vestri. in cōi fol. xiij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Da misericors deus: vt hec nos salutaris oblatio: et a proprijs reatibus indesinenter expediat: et ab oibus tueatur aduersis. Per dñm. Cōio. Beatus seruus quem cū venerit dñs inuenerit vigilantē. amen dico vobis sup oia bona sua constituet eum. Postcōmunio.

Presta quesumus dñe deus noster: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta / eius salutaria nobis intercessiōe reddātur. Per. ¶ In octabis apostolorum petri et pauli. Introitus.

Sapientiā sanctorum narrant populi: z laudem eorum nūciat ecclesia: noia autē eorū viuēt in seculum seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oro.

Deus cuius dextera beatum petrū apostolū ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolū eius paulū tertio naufragantē de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius et concede: vt amborū meritis eternitatis gloriā consequamur. Qui vi. Epla. Hy sunt viri miseri. in cōi fo. vj. R. Iustorum anime in manu dei sunt et nō tanget illos tormētum malicie. V. Uisi sunt oculis insipiētiū mori: illi autē sunt in pace. Alla. V. Iusti epulentur et exultent in cōspectu dei: delectentur i leticia. Scd'm matheū. xiiij

In illo tēpore. Iussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculā et precedere eum trans fretum: donec dimitteret turbas Et dimissa turba: ascendit in mōtem solus orare. Uespere autē facto solus erat ibi. Nauicula autē in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enī ventus contrarius. Quarta autē vigilia noctis: venit iesus ad eos ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantē: turbati sunt dicentes quia fātasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimq; iesus locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere. Respondens autē petrus: dixit. Dñe si tu es: iube me venire ad te sup aquas. At ipse ait. Ueni. Et descēdēs petrus de nauicula: ābulabat sup aquā / vt veniret ad iesum. Uidens vero ventū validū: timuit. Et cū cepisset mergi clamauit dicēs. Domine saluū me fac. Et cōtinuo iesus extendēs manū apprehēdit eum: et ait illi. Modice fidei quare dubitasti? Et cū ascēdisset in nauiculam: cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant: venerūt z adorauerunt eum dicētes. Uere filius dei es. Offr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

Offerim⁹ tibi domīe preces ꝛ munera que vt tuo digna sint cōspectui apostoloꝝ tuoꝝ q̄s precibus adiuuemur. Per dn̄m. Cōio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tāget illos tormētū malicie. visi sunt oculis insipiētium mori: illi autem sunt in pace. Postcōio.

Pignus eterne vite capientes humiliter domine imploramus: vt apostolicis fulti patrociniis quod imagine ꝯtigim⁹: sacramenti manifesta perceptione sumam⁹. Per dominū nostrū.

¶ Septē fratrum. Officium.

Laudate pueri dominum: laudate nomen dn̄i qui habitare facit sterilem in domo: matrē filiorū letantē. ps Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. Oratio.

Presta quesum⁹ omipotēs de⁹: vt qui gloriosos martyres philippum/ felicē/ vitalem/ marcialē/ alexādrū/ siluanū/ ꝛ ianuariū: fortes in sua cōfessiōe cognouimus/ pios apd̄ te in nostra intercessiōe sentiam⁹. Per dn̄m. Epla. Qui timent dn̄m. in cōi fo. vij. R. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venātiū. V⁹. Laqueus cōtritus est et nos liberati sumus: adiutorium nostrū in noīe domini: qui fecit celum et terram. Alla. V. Laudate pueri dominū: laudate nomē dn̄i. Euāgel. Loquēte iesu ad turbas ecce mater ei⁹. in cōi fo. ix. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantiū. laqueus cōtritus est: et nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificiis presentibus que sumus dn̄e intēde placatus: et intercedētibus sanctis tuis deuotioni nostre proficiāt et saluti. Per. Cōio. Quicūqꝫ fecerit volūtatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror et mater est dicit dn̄s. Postcōio.

Quesumus oipotens deus: vt illius salutar᷑ capiam⁹ effectū: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominū.

¶ Benedicti abbatis. Officium.

Os iusti meditabit᷑ sapientiā: ꝛ lingua eius loquetur iudiciū. lex dei eius in corde ipsi⁹. ps. Noli emulari in malignātibus: neqꝫ zelaueris faciētes iīqtatē. Oratio

Intercessio nos q̄s dn̄e beati bn̄dicti abbatis cōmēdet: vt quod nostris meritis non valemus: eius patrocinio assequamur. P. Epistola. Dilectus deo ꝛ hoibus. in cōi fo. xij. R. Os iusti meditabit᷑ sapientiā: et lingua eius loquetur iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nō supplātabunt᷑ gressus eius. Alla. V. Iustus germiabit sicut liliū et florebit ineternū ante dn̄m. Euāge. Nemo accēdit lucernā. in cōi fol. xij. Offr. Desideriū anime eius tribuisti ei dn̄e: et voluntate labiorum eius nō fraudasti eū. posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Presta quesumus domine/ vt sancti confessoris tui benedicti precibus quē ad laudē nominis tui dicatas muneribus honoramus: pia nobis deuotiōis voluntas accrescat. Per dn̄z. Cōio. Fidelis seruus et prudens: quem constituit dominus supra familiā suā: vt det illi in tēpore tritici mēsurā. Postcōio.

Omnipotẽs et misericors deus: qui nos sacramẽtorum tuorũ et participes efficis: et ministros presta quesumus. vt intercedente beato benedicto confessore tuo eisdem proficiamus fidei consortio: et digno seruitio. Per dñm.

¶ Diuisio apostolorũ. Introitus.

Michi autem nimis honorati sũt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. Ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionem meam.

Deus q̃ nos per beatos apostolos ad agnitionem tui nois venire tribuisti: da nobis eorum gloriã sempiternã et proficiendo celebrare: et celebrando proficere. Per do. Oro. Epla. Iam non estis hospites. in cõi fol. j. R. Constitues eos principes super omnẽ terram: memores erunt nois tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebunt tibi. Alleluya. V. Nõ vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructũ afferatis: et fructus vester maneat. Euãge. Hec mãdo. in cõi fo. iij. Offr. In oẽm terrã exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriam dñe sanctorꝝ apostolorũ perpetuã precurrẽtes: q̃s vt eãdẽ sacris mysterijs expiati dignius celebremus. P dñm. Cõio. Ego vos elegi de mũdo vt eatis et fructũ afferatis: et fructus vester maneat.

Perceptis dñe Postcõio. sacramẽtis supplices te rogamus: vt intercedẽtibus beatis apostolis tuis que pro illorũ veneranda gerimus passiõe: nobis proficiant ad medelã. P dñm nostrũ.

¶ Sancti arnulphi martyris totum de cõi fo. iij. ¶ Sancti victoris sociorũq̃ eius. totũ de cõmuni.

¶ Sancte praxedis virgi. Offm.

Loquebar de testimõijs tuis in cõspectu regum et nõ cõfundebar: et meditabor in mãdatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini.

Deus qui nos an- Oratio. nua beate praxedis virginis tue solennitate letificas: da vt quã veneramur officio etiã pie cõuersationis sequamur exemplo. Per. Epla. Qui gloriatur. in cõi fo. xiij. R. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea bñdixit te deus ineternũ. V. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiam: et deducet te mirabilit dextera tua. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Euange. Simile est regnũ celorꝝ decem virgi. in cõi fo. xiiij. Offr. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea bñdixit te deus ineternum: et in seculum seculi. Secreta.

Super has quesumus domine hostias benedictio copiosa descendat que et sanctificationem nobis clemẽter operetur: et de martyrum solẽnitate letificet. Per. Cõio. Simile est regnũ celorũ homi negociatori querẽti bonas margaritas: inuẽta vna preciosa margarita: dedit oĩa sua et cõparauit eam. Postcõio.

Sumpsimus domine celebritatis ãnue votiua sacramẽta: presta quesumus vt et temporalis nobis vite remedia prebeãt et eterne. Per dominum nostrum

¶ Maria magdalene. Introit⁹.



Gaudeam⁹ oēs i dño diē festū celebrātes sub honore marie magdalene de cui⁹ solēnitate gaudēt angeli ꝛ collaudāt filium dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi.

Orō. Largire nobis clementissime pater qḋ sicut beata maria magdalena dñm nostrū sup oīa diligendo suorū obtinuit veniā peccaminū: ita nobis apud miam tuā sempiternā ipetret beatitudinē. P eūdē. Lectio libri sapiētie Prouerbiorꝫ vltimo

Mulierē fortē quis iueniet? Procul et de vltimis finibus preciū eius. Cōfidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. Reddet ei bonū ꝛ non malū: oīb⁹ diebus vite sue. Quesiuit lanam et linū: ꝛ opata est cōcilio manuū suarꝫ. Facta est quasi nauis institoris: de longe portans panem suum. De nocte surrexit deditqꝫ prędam domesticis suis ꝛ cibaria ancillis suis. Considerauit agrum ꝛ emit illum: de fructu manuum suarū plantauit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos: ꝛ roborauit brachiū suum. Gustauit et vidit: qꝛ bona est negociatio eius Non extinguet in nocte: lucerna eius. Manū suā misit ad fortia: ꝛ digiti eius apprehēderunt fusum Manū suam aperuit inopi: ꝛ palmas suas extendit ad pauperem. Nō timebit domui sue: a frigoribus niuis: oēs eni domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cū senatorib⁹ terre. Syndonē fecit et vendidit: et cingulū tradidit cananeo. Fortitudo et decor indumentū eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Cōsiderauit semitas dom⁹ sue: et panem ociosa nō comedit. Surrexerunt filij eius et beatissimam predicauerunt: et vir eius laudauit eam. Multe filie cōgregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia et vana est pulchritudo. Mulier timens deū: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuū suarū: et laudēt eā in portis opa eius. ℟. Dilexisti iustitiā ꝛ odisti iniqtatē. ℣. Propter ea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie. Alla. ℣. Surrexit dñs ꝛ occurrēs mulieribus ait auete: tūc accesserūt et adorauerūt eū

Prosa. Mane prima sabbati / surgens dei fili⁹: nostra spes ꝛ gloria. Victo rege sceleris / rediit ab inferis: cum summa victoria. Cuius resurrectio / omni plena gaudio: consolatur omnia. Resurgentis itaqꝫ / maria magdalene: facta est pnuncia Ferēs xpi fratrib⁹ / ei⁹ morte tristibus: expectata gaudia. O bti oculi / quib⁹ regē seculi: morte iā deposita prima est ituita Hec est illa femina / cui⁹ cūcta crimina: ad christi vestigia / eius lauit gratia. Que dum plorat et mens orat / facto clamat qḋ cor amat: iesum super oīa. Non ignorat quem

adorat / quid precet sed delet / qd mens timet cōscia. O maria mater pia: stella maris appellaris / operū per merita. M atri christi coequata / dū fuisti sic vocata: sed honore subdita. I lla mundi imperatrix / ista beata peccatrix: leticie primordia / fuderūt in ecclesia. I lla enī fuit porta / per quā salus est exorta: hec resurgētis nuncia / mundū replet leticia. O maria magdalena / audi vota laude plena: apud christū chorū istum / clementer cōsilia. U t fons sum me pietatis / qui te lauit a peccatis: seruos suos atqꝫ tuos / mūdet data venia. H oc det eius gratia: qui regnat per secula. Amen.

Secundum Johannem. xx.



In illo tpe Maria stabat ad monumētū foris plorans Dū ergo fleret: īclinauit se ꝛ prospexit in monumentū. Et vidit duos āgelos in albis sedētes: vnū ad caput ꝛ vnū ad pedes. vbi positū fuerat corpꝰ iesu. Dicūt ei illi. Mulier: qd ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dnm meū: et nescio vbi posuerūt eum. Hec cū dixisset: cōuersa est retrorsum. Et vidit iesum stātem: et nesciebat quia iesus est. Dicit ei iesꝰ Mulier qd ploras? Quem queris Illa existimās quia ortholanus esset dicit ei. Dñe si sustulisti eū dicito michi vbi posuisti eum: ꝛ ego eū tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa: dicit ei. Raboni: quod dicitur magister. Dicit ei iesus. Noli me tangere: nondū enī ascendi ad patrem meū. Uade autem ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deum meum ꝛ deū vestrum. Uenit maria magdalene annuncians discipulis quia vidi dominū: et hec dixit michi. Uel dic Euangeliū. Rogabat iesum.

Quere feria sexta ante dominicā septuagesime. quo cantatur Circundederunt. C redo dicit. Offr.

A ngelus domini descendit de celo: ꝛ dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluya.

Secreta.

H Anc nostre seruitutis hostiam quesumus piissime pater vtā maria magdalena suarum cumulet precum incrementis: ꝛ ad nostre restauratiōis principium flagitet profuturam. Per dominū nostrum. Cōio. U idens dominus flētes sorores lazari ad monumentum lachrymatus est coram iudeis / et clamabat lazare veni foras: et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus.

Postcōio.

S Anctificet nos quesumus domine et muniat: intercedēte beata maria magdalenā diuini muneris sacra libatio: et celestium virtutum coheredes efficiat. Per dominū nostrū iesum.

¶ Appolinaris martyris. Offiū.

S Acerdotes dei benedicite dominum: sancti ꝛ humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Oratio.

Quesumus ops deus clemẽtiam tuam: ut intercedẽte btõ appolinare martyre tuo atq pontifice veniã oim consequi mereamur peccaminum. Per. Epla Plures facti. i cõi. fo. xiij. R. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eum. man⁹ enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ. V. Nichil pficiet inimicus in eo: et filius iniqtatis non nocebit ei. Alla. V. Posuisti dñe sup caput eius: coronam de lapide precioso. Euangeliũ Vigilate. in cõi fo. xj. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso: et in noie meo exaltabit cornu eius.

Hostias tibi dñe Secreta. beati appolinaris martyris tui atq pontificis solennitate deferimus suppliciter depcãtes: vt sicut illi pbuisti sacre fidei claritatem: sic nobis indulgẽtiã largiaris et pacẽ. Per. Cõio. Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar semen eius in eternũ manebit: et sedes ei⁹ sicut sol in cõspectu meo: et sicut luna pfecta in eternum: et testis in celo fidelis.

Ut nobis domi- Postcõ. ne tua sacrificia dent salutem/ beatus appolinaris martyr tuus atq pontifex qs pcator accedat. Per dñm nostrum.

Jacobi apostoli. Introitus.



Michi aũt nimis honorati sũt amici tui de⁹: nimis cõfortatus est principatus eorũ. ps. Domine pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meam. Oratio.

Esto domine plebi tue sanctificator et custos: vt apostoli tui iacobi munita presidijs et conuersatiõe tibi placeat: et secura deseruiat. Per. Epistola. Benedict⁹ deus. i cõi fo. j. R. Constitues eos principes super oẽm terrã: memores erũt nominis tui dñe. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. V. Te gloriosus apostolorũ chorus laudat exercitus. Euãgeliũ. Accessit ad iesum mater. in cõi fol. iij. Offr. Michi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Oblationes po- Secreta. puli tui domine quesumus beati apostoli tui iacobi passio beata conciliet. et que nostris nõ apta sunt meritis fiant tibi placita eius deprecatione. Per do. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat.

Beati apostoli tui Postcõ. iacobi in cuius hodie festiuitate corpore et sanguie tuo nos refecisti: quesumus domine intercessione nos adiuua/ pro cuius solẽnitate percepimus: tua sancta letantes. Qui viuis et regnas deus. Per oĩa secula seculor. Amẽ.

De sancta anna. Introitus.



Gaudeam⁹ omnes in domino diem festum celebrantes: sub honore btẽ anne de cuius solẽnitate gaudent angeli: et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio.

Deus qui beatam annā dilecte genitricis tue matrē egregiam hodierna die transtulisti ad celestis regni gaudia: fac nos quesumus eius gloriosis meritis ad eternā ꝑtingere beatitudinem/ ex cuius puerperio salutari pro salute mundi humanā assumere carnē dignatus es. Qui.

Lectio libri sapientie. vltimo.

Mulierē fortē quis inueniet? Procul et de vltimis finibus preciū eius. Cōfidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. Reddet ei bonū ꝛ non malū: oīb⁹ diebus vite sue. Quesiuit lanam et linū: ꝛ opata est cōcilio manuū suaꝝ. Facta est quasi nauis institoris: de longe portans panem suum. De nocte surrexit deditq; predam domesticis suis ꝛ cibaria ancillis suis. Cōsiderauit agrum et ꝛ emit illum: de fructu manuum suarū plantauit vineā. Accinxit fortitudine lumbos suos: ꝛ roborauit brachiū suum. Gustauit et vidit: qa bona est negociatio eius Non extinguet in nocte: lucerna eius. Manū suā misit ad fortia: ꝛ digiti eius apprehēderunt fusum Manū suam aperuit inopi: ꝛ palmas suas extendit ad pauperem. Nō timebit domui sue: a frigoribus niuis: oēs eni domestici eius/ vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cū senatorib⁹ terre. Syndonē fecit et vendidit: et cingulū tradidit cananeo. Fortitudo et decor indumentū eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Cōsiderauit semitas dom⁹ sue: et panem ociosa nō comedit. Surrexerunt filij eius et beatissimam predicauerunt: et vir eius laudauit eam. Multe filie cōgregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia et vana est pulchritudo. Mulier timens deū: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuū suarū: et laudēt eā in portis opa eius. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea bn̄dixit te deus ineternū. ℣. Propter veritatē ꝛ mā suetudinē ꝛ iustitiā: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Veni electa mea ꝛ ponā te in thronū meum: quia cōcupiuit rex speciē tuam. Prosa.

Mater matris dn̄i felix felicissimi ioachim consocia. Singulari studio pauperū solatio cōferens subsidia. Anna diu sterilis/ apud deū humilis: ꝓpter virū anxia. Qui turbat⁹ nimiū/ triste ꝑ eloquiū: datū ad altaria. Propter verba ꝑsulis/ iuxta dicē exulis: fugit ad ouilia. Quē celestis nuncius/ pulcher et propici⁹: blanda per eloquia/ soluit a miseria. Per exempla veterum/ confouēs ꝛ miserū: reducens ad gaudia/ veraci prophetia. Confortauit et monstrauit/ ꝙ maria egregia: gigneret ex te pia. O parentes ꝙ gaudētes/ ꝙ laudatos ꝙ beatos: vos facit hec filia. Hec est rosa gratiosa/ que de spinis ꝛ ruinis: et truci inuidia. Antiquorū iudeorum/ fuit nata nobis data: iuxta vaticinia. O ꝙ bene genuistis/ et ꝙ mundo profuistis: o ꝙ

sublimi gloria: nobis plaudunt celestia. Celi arcem obtinetis: quoniam mortem non timetis / sed habetis omnia desiderabilia. Quo tractatis vos laudantes: vobis et nos famulantes / licet rei simus dei: confisos clementia. Ut nobis coadiutrix sit vestra nata dei nutrix: que nos ponat et coronet / in celesti patria. In qua simus coronati: cum christo in gloria. Amen.

Initium sancti euangelii. Secundum Matheum. primo.

Liber generationis iesu christi filii dauid: filii abraham. Abraham genuit ysaac: ysaac autem genuit iacob. Jacob autem: genuit iudam et fratres eius. Judas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autem: genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason. Naason autem: genuit salmon. Salmon autem: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem: genuit dauid regem. Dauid autem rex: genuit salomonem ex ea que fuit urie. Salomon autem: genuit roboam. Roboam autem: genuit abiam. Abias autem: genuit aza. Aza autem: genuit iosaphat. Josaphat autem: genuit ioram. Joram autem: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathan. Joathan autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autem: genuit manassen. Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosyam. Josyas autem: genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babylonis. Et post transmigrationem babylonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autem: genuit eliachim. Eliachim autem: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem: genuit mathan. Mathan autem: genuit iacob. Jacob autem: genuit ioseph virum marie. De qua natus est iesus: qui vocatur christus. Offertorium. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum: et in seculum seculi.

Secreta. Sanctifica redemptor mundi presentis munera sacrificii: et beate precibus anne eadem nos effice salutaria / de cuius uteri palatio mater sua aula virgine est puritas egressa. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Communio. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate

Postcommunio. Uotiua celestis mense percipientes sacramenta domine beate matris anne gloriosa intercessione nos protege: de qua virgo puerpera ad lucem humane natiuitatis prodiit / que nobis splendorem vite sue castitatis stipendio generauit. Per.

Sancti sansonis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui in sanctis precipue laudaris et mirabiliter predicaris: tribue nobis hodiernam diem in honore sancti sansonis confessoris tui atque pontificis / digne celebra-

re qua membris exut⁹ corporeis celestibus exultauit sacramentis Per dominū nostrū. **Secreta.**

Hostias q̄s dn̄e quā tibi i honore scti sansonis confessoris tui atqꝫ pōtificis immolandā deferim⁹: tribuat nobis societate sctōꝝ gaudere. P do. **Postcōio.**

Deus qui nos hanc diem in honore sancti sansonis cōfessoris tui atqꝫ pontificis venerabilem excolere fecisti: presta quesumus dn̄e: vt quem letis veneramur obsequijs eius orationibus muniamur et precibus. P dn̄m.

¶ Marthe v̄ginis hospite dn̄i duplex festū in maiori ecclesia Aurelianensis ad missam. Introitus.



Marthe pie mēoriam agamus: dādo gloriā deo/ cuius potentia vicit drachonis furiam **ps** Dum signo crucis vinculo: nodata est et cingulo. Gl'ia. **Oṙo.**

Quesumus oṗs deus: vt sicut meritis et intercessiōe beate marthe v̄ginis hospite tue: lazarum fratrem suū iam fetidū et mortuum resuscitare dignat⁹ es: et ipsam proprijs manibus sepelire/ sic et fideles tuos a viciorū sordibus morte perpetua et subitanea digneris propicius liberare: et tecum in celestib⁹ collocare. Qui viuis. **Lectio libri sapientie.**

Gratia mulieris sedule delectabit virum suū: et ossa illius impinguabit. Disciplina illius: datum dei. Mulier sensata et tacita nō est imutatio erudite aīe Gratia super gratiā: mulier sancta et pudorata. Omnis autē ponderatio: non est digna continētis anime. Sicut sol oriens mūdo: in altissimis dei/ sic mulieris bone species in ornamentū domus ei⁹. Lucerna splendens super candelabrum sanctum: ꝫ species faciei super etatem stabilem. Columne auree super bases argenteas: super plantas stabilis mulieris. Fundamenta eterna: super petram solidam. Et mādata dei: in corde mulieris sancte. **℟.** Domine non est tibi cure: ꝙ soror mea reliquit me solam ministrare. dic ergo illi: vt me adiuuet. **℣.** Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima: maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea. Alleluya. **℣⁹.** Cetum virgineum tenens in alto solio: et vt iubar ethereum clarens glorie medio martha cuius miraculis es radiata populis: criminum indulgentia et serpentis dementia profugatur tibi aue dicatur. Alleluya. **℣.** Martha cuius virtutibus: tota fulget ecclesia tuis obtine precibus: beata nobis gaudia. **Tractus.**

Qui confidunt in te gloriosa hospita christi. **℣⁹.** Spes eorū erit firma in eternum. **℣.** Quia dilecta es a domino valde: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. **℣.** Ideo pro tuis supplicantibus exorare dominū: vt nos trahat ad gloriam supernorum ciuium. **Prosa.**

Aue martha gloriosa/ celi iubar mundi rosa/ saluatoris hospita Melodia gaudiosa presens decantat̄ prosa: tibi laude debita. Tu sola virtute dei/ morbum regis clodouei/ curasti icurabilē. Unde reges et regine/ tue laudent medicine: virtutē mirabilem. Orta stirpe regia/ regē

regum propria: domo suscepisti. Feminarū gloria/ cuncta volatilia: pascentē pauisti. Per te serpēs est subuersus/ per te iuuenis submersus: vite restituit. Per te dampnant errores/ per te decorā tur mores: et fides extollit. O oliua pietatis/ et quis tue sanctitatis: dicet excellentiā. Vitam fratris meruisti/ ex aqua vinum fecisti: per diuinam gratiam. Animam tue sororis/ audistis supnis choris: ferri cum leticia. Corpus tuum tarrascone/ sepeliuit cū frōtone: christus manu ppria. Ora pro nobis dña/ per te nostra peccamina: deleant. Impetra martha gratiam/ his qui tuā memoriā venerant. In angusta mortis hora/ nobis si placet implora: peccatorum veniam. Cursuque vite perfecto/ ducas nos tramite recto: ad supernā curiam. Amen.

Secundum Lucam. x.

In illo tēpore. Intrauit iesus in quoddā castellum: et mulier quedā martha noīe excepit illum in domū suam. Et huic erat soror noīe maria: que etiam sedens secus pedes dñi/ audiebat verbum illius. Martha autē satagebat: circa frequens ministeriū Que stetit: et ait. Dñe/ nō est tibi cure q soror mea reliquit me solā ministrare. Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondēs: dixit illi dñs Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū Maria optimā partem elegit: que non auferet ab ea Offer. Stetit angelus iuxta arā templi: marthe sue hospite eius animā assumens exutā a corpore: comite sibi astante frontone antistite: gloriose locās eam in virginum agmine cū leticia et exultatiōe

Secreta. Admitte pius et misericors deus: hostias et pces quas in sancto altari tuo tibi deuote offerimus: ad cōmēoratione virginis tue marthe que tibi pura mente seruiuit in terris: vt ipsius intercessione te permittente viuamus in celis. Qui viuis.

Cōio. O quam dulcis et quam pia est christi clementia: qui pro marthe et marie sororum instantia: lazarum resuscitauit a mortis angustia. Postcōio.

Sumptis dñe salutis eterne mysterijs: te suppliciter exoramus: vt intercedente beata et gloriosa virgine martha hospita tua/ illius gaudiorum efficiamur participes: et eterni pmij coheredes. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate spūs sancti deus. Per oīa secula seculorum. Amen.

¶ Eodē die sctōr felicis simplicij faustini et beatricis mār. Offiū.



Sacerdotes eius induant salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. ps. Memēto domine dauid: et omnis mā-suetudinis eius. Oratio.

Sancti felicis dñe cōfessio recensita cōferat nobis pie deuotionis augmētum qui in nomine tuo perseuerans/ meruit honorari. Alia sub vno Per dominū.

Presta dñe qs: vt sicut in ecclesia tua ppls xpianus martyrū tuorum simplicij faustini et beatricis tpali solēnitate cōgaudet: ita perfruatur eterna: et que votis

celebrat cōprehēdat effectu. Per. Epla. Redet deus. in cōi fo. vij. R. Sacerdotes ei⁹ induāt salutari: ꝛ sancti eius exultatiōe exultabunt. V. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernam christo meo. Alla. V. Te martyrū candidatus: laudat exercitus dñe. Euangeliū. Sint lumbi. in cōi fol. xiij. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluya.

Hostias tibi domine pro cōmemoratiōe sancti felicis offerim⁹ quē a tui corporis vnitate nulla tēptatio separauit. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo dñe nostra deuotio: ꝛ eorū nobis sit supplicatio ne salutaris: pro quor solēnitate defertur. Per. Alia. Cōio. Et si corā hominibus tormenta passi sunt: de⁹ tētauit eos tanq̄ aurū in fornace ꝓbauit illos: ꝛ quasi holocausta accepit illos. Postcō.

Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: vt intercedente beato felice martyre tuo/ tua facias pietate concordes.

Presta q̄s ops deus: vt sanctorū tuor simplicij faustini et beatricis celestib⁹ mysterijs celebrata solēnitas: indulgentiam nobis tue propiciatiōis acquirat. Per dominū nostrum. iesum christum filium tuū. Qui tecum viuit et regnat. Alia.

¶ Sctōr abdon ꝛ sennes. Offiu.


Intret in cōspectu tuo dñe gemit⁹ cōpeditorū: redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eor. vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerūt gētes in hereditatem tuā: polluerunt templū sanctū tuū: posuerūt hierusalē in pomorū custodiam. Oratio.

Deus qui sanctis tuis abdō et sennem ad hāc gloriam veniendi copiosum munus gratie contulisti: da famulis tuis suorum veniā peccaminū: vt sanctorum tuorū itercedētibus meritis ab oib⁹ mereamur aduersitatib⁹ liberari. Per. Epla. Iustor. in cōi fo. vi. R. Gloriosus deus in sctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua cōfregit iīmicos. Alla. V. Fulgebūt iusti et tanq̄ scintille in arūdineto: discurrēt in eternū. Euāgeliū. Videte ne. i cōi fo. ix. Offr. Letamini in dño ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Munera tibi dñe pro sanctorum martyrū tuorū abdō et sennem occisione deferim⁹: qui dum finiūtur in terris facti sunt celesti luce perpetui. Per dñm nostrū. Cōio. Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilib⁹ celi: carnes sanctor tuor bestijs terre. scdm magnitudinem brachij tui: posside filios mortipunitorum. Postcōmunio.

Populū tuū domie ꝑpetua munitiōe defende/ nec diffi culter quod pie ꝛ iuste postulat cōsequatur: cui sanctorū tuorū merita suffragantur. Per dominū.

¶ Germani episcopi antissiodorēsis ad missam. Officium.



Statuit ei dñs testamētum pacis ꝛ principē fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ieternū. Ps. Misericordias dñi ineternū cantabo

Presta qs ops de⁹ Oro. vt beatissimi germani antistitis et cõfessoris tui cuius exẽpla miramur et colim⁹ et si equari factis nõ possumus saltẽ vestigia sequi et fidẽ cõtingat imitari. Per. Epistola. Ecce sacerdos. i cõmuni fol. x. R. Dñe preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis. posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitã petijt ꝛ tribuisti ei longitudinẽ dierum in seculum seculi. Alla. V. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sctõ meo vnxi eũ Euãge. Sint lumbi. in cõi fo. xiij. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Beati cõfessoris tui germani intercessione ab omi nos domine quesum⁹ aduersitate custodi: vt cuius festa gerimus sentiamus auxilium. Per dñm nrm Cõio. Beatus seruus quẽ cum venerit dominus inuenerit vigilantẽ. amẽ dico vobis super oia bona sua cõstituet eũ.

Beati confessoris Postcõ. tui germani quesumus domine confessio gloriosa nos circũdet et protegat: eiusqꝫ merita pietatem tuam pro nobis semper exorent. Per dominũ nostrũ iesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate. ꝛc.

¶ Ad vincula sancti petri ad missam. Officium.



Nunc scio vere: qꝛ misit dñs angelum suũ ꝛ eripuit me de manu herodis ꝛ de omi expectatione plebis iudeorum. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit

Deus qui beatũ petrũ apostolũ / a vinculis absolutũ illesum abire fecisti. nostrorꝫ quesumus absolue vincula peccatorum / et omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per.

Lectio actuum apostolorum. xij.

In diebus illis. Misit herodes rex man⁹. vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit aũt iacobum: fratrẽ iohãnis gladio. Uidẽs autẽ quia placeret iudeis: apposuit apprehẽdere ꝛ petrũ. Erãt autẽ dies azimorũ. Quẽ cũ apprehendisset misit in carcerem. Tradensqꝫ quattuor quaterniõib⁹ militum custodiẽdũ: volens post pascha pducere eum populo. Et petrus quidem seruabat̃ in carcere. oratio aũt fiebat sine itermissione ab ecclesia ad deũ pro eo. Cum autẽ producturus eum esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens iter duos milites vinctus cathenis duabus. Et custodes ante ostium: custodiebãt carcerem. Et ecce angelus dñi astitit: et lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoqꝫ latere petri: excitauit eum dicẽs. Surge velociter Et ceciderũt cathene: de manib⁹ eius. Dixit autẽ angelus ad eum Precingere: ꝛ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circũda tibi vestimentũ tuũ: et sequere me. Et exiens sequebat̃ eum: ꝛ nesciebat quia verũ est quod fiebat per angelũ. Estimabat autẽ se visum videre. Transeũtes autẽ primam et secundã custodiam: venerunt ad portã ferreã que ducit ad

ciuitatē: que vltro apta est eis. Et exeuntes processerūt vicū vnū: et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nūc scio vere q̄a misit dn̄s angelū suū et eripuit me de manu herodis: et de oi expectatōe plebis iudeorum. R. Constitues eos principes super omnē terram: memores erunt nois tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea ppl'i ꝯfitebunt tibi. Alla. V. Beatus es symon bariona q̄a caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Scd'm Matheū. xvj.

In illo tēpore. Uenit iesus i partes cesaree philippi et interrogauit discipulos suos dicēs Quē dicunt hoīes esse filiū hoīs? At illi dixerūt. Alij iohānē baptistam: alij autē helyā: alij vero hieremiā: aut vnū ex pphetis. Dicit illi iesus. Uos autē quē me esse dicitis? Respōdēs symō petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respōdens autem iesus: dixit ei. Beatus es symon bariona: q̄a caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petrā edificabo ecclesiam meā. Et porte inferi nō preualebunt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcūq ligaueris sup terrā: erit ligatū et in celis. Et q̄dcūq solueris sup terrā: erit solutū et in celis. Offr. Constitues eos principes sup oēm terram: memores erunt nois tui dn̄e in omni pgenie et generatione. Secreta.

Oblatum tibi dn̄e sacrificiū viuificet nos semp et muniat. Per. Cōio. Tu es petrus et sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā: et porte inferi nō preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claues regni celorum. Postcō.

Corporis sacri et p̄ciosi sanguinis repleti libamine q̄s dn̄e deus noster: vt quod pia deuotione gerimus certa redēptiōe capiamus. Per dn̄m nostrum.

¶ Sanctorum machabeorum. Offm.

Iusti epulent et exultēt in cōspectu dei: delectētur i leticia. Ps. Exurgat deus et dissipent inimici eius et fugiāt qui oderūt eū a facie eius. Oro.

Fraterna nos dn̄e martyrum tuorum corona letificet que et fidei nostre prebeat incitamenta virtutū: et multiplici nos suffragio consoletur. Per. Epla. Mulierē fortē quis inueniet. Require i festo magdalene. R. Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos: et de oibus tribulatiōibus eorum liberauit eos. V. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit. Alla. V. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Euāge. Loquēte iesu ad turbas. in cōi fo. ix. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. laqueus ꝯtritus est: et nos liberati sumus.

Iterata myste- Secreta. ria dn̄e pro sanctorum martyrum deuota mente tractamus quibus intercedentibus q̄s nobis vt presidiū crescat et gaudiū. Per. Cōio. Dico autē vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos psequūtur.

Presta q̄s oipotens deus: vt quorum memoriā sacramēti participatione recolimus: fidem quoq pficiēdo sectemur. Per dominū nostrum. Postcōio.

¶ Stephani pape et mar. Offiñ.

IUstꝰ vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. plātatus in domo dñi: ī atrijs domus dei nostri. ps. Bonū est cōfiteri dño: et psallere noī tuo altissime. Orō.

DEus qui nos beati stephani martyris tui atqꝫ pontificis annua solennitate letificas: concede ꝓpicius. vt cuius natalicia colimus: de eiusdē etiā protectione gaudeamus. Per dñm nostrū. Epl'a. Beatꝰ vir ꝙ inuētꝰ est. in cōi cof. iiij. Offr. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabiť in domo dñi. V. Ad annūciādū mane misericordiā tuā: et veritatē tuam per noctē. All'a. Vꝰ. Beatus vir qui timet dñm: in mādatis eius cupit nimis. Euāgeliū. Homo quidā nobilis. in cōi co. xij. Offr. In virtute tua dñe letabitur iustus: ⁊ sup salutare tuū exultabit vehemēter. desideriū aīe eius tribuisti ei.

MUnera tibi dñe Secreta. dicata sanctifica: et intercedente beato stephano martyre tuo atqꝫ pōtifice per eadē nos placatus intēde. Per dominū. Cōio.

Dñe quinqꝫ talēta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum. euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituam intra in gaudium domini tui. Postcōio.

HEc nos cōmunio dñe purget a crimine: et intercedēte btō stephano martyre tuo atqꝫ pontifice / celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum iesum christum filiū tuū.

¶ In inuentione sancti stephani Ad missam. Officium.



SEdERunt principes et aduersum me loqͣbanť: ⁊ iniqͥ persecuti sūt me adiuua me dñe deus meus: qͣ seruus tuus exercebať in tuis iustificationibꝰ. ps. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Oratio.

DEus qui es sanctorum tuorū splendor mirabilis: quiqꝫ hodierna die beati stephani ꝓthomartyris ⁊ sctōrum tuorum nichodemi gamalielis atqꝫ abibon inuentionē gloriosam reuelasti: da nobis quesumus in eterna leticia de eorum societate gaudere. Per dñz.

Lectio actuum apostolorum. vj.

IN diebus illis. Stephanꝰ plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga que appellabatur libertinorū et cyrenēsium et alexādrinorum: et eorum qui erant a cilicia et asia disputātes cum stephano. Et nō poterāt resistere sapiētie: et spiritui qui loquebatur. Audiētes autē hec dissecabanť cordibus suis: et stridebant dētibus in eū. Cū autē esset stephanus plenus spiritu sancto. intēdens in celū vidit gloriā dei: ⁊ iesum stātem a dextris dei et ait. Ecce video celos aptos: et filiū hominis stantē a dextris vtutis dei. Exclamātes aūt voce magna / cōtinuerūt aures suas: et impetum fecernnt vnanimiter in eum. Et eijciētes eum extra ciuitatē: lapidabant. Et testes deposuerunt ve

stimẽta sua secus pedes adolescẽtis qui vocabatur saulus. Et lapidabãt stephanũ inuocantẽ et dicẽtem. Dñe iesu accipe spiritũ meũ Positis autẽ genibus: clamauit voce magna dicens. Dñe: ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset: obdormiuit in dño. ℟. Sederũt principes et aduersum me loquebãtur: et iniqui psecuti sunt me. ℣. Adiuua me dñe deus meus: saluũ me fac propter misericordiã tuam. Alleluya ℣. Uideo celos apertos et iesum stantẽ a dextris virtutis dei. Prosa.

Magnus deus: in vniuersa terra. Magna sunt eius vbiq3 omnia: in celo atq3 in terra opera. Qui est rex regum dominus oim a patre genitus: ante secula. Cuius caritas vera celo subleuat stephanũ de terra. Atq3 perenni vita ornat cãdida: dignãter corona. Plenus etenĩ stephanus deitate atq3 gratia. Magna dabat prodigia: docẽs verissima dogmata. Cũ autẽ pdicaret iã presentia nostre redemptionis noua gaudia. Intento in superna/ celi patet ianua. Dixitq3 circũstãti plebi voce publica: sacra plenus gra. Ecce dei video admirabilẽ gloriã claritate fulgida. Atq3 iesum stantẽ in virtutis dei dextera Cum hoc audisset impia gẽs iudaica. Dans fremitum concita quassat lapidibus/ stephani membra. Sed stat fortit patiẽs martyr et orat. Ne his christe noxam statuas: sed iam accipe animam meã. Et cũ hoc dixisset obdormiuit in dño pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane sempiterna impetra gaudia. Amen.

Secundum Matheum. xxiij.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorũ: et principibus sacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos prophetas: et sapientes et scribas/ et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequimini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat super vos omis sanguis iustus qui effusus est sup terram: a sanguine abel iusti. vsq3 ad sanguinẽ zacharie filij barachie: quẽ occidistis inter templũ et altare. Amen dico vobis venient hec omnia sup generationẽ istã. Hierusalẽ hierusalem que occidis prophetas: et lapidas eos q̃ ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub alas: et noluisti. Ecce relinquet vobis: domus vestra deserta. Dico autẽ vobis: non me videbitis amodo donec dicatis. Bñdictus qui venit: in noie dñi. ℟. In virtute tua dñe letabit iustus: et sup salutare tuum exultabit vehementer desideriũ anime eius tribuisti ei.

Secreta.

Hac hostia salutari dñe placat familie supplicãtis vota clemẽter exaudi: et sanctorũ tuorũ iocundã celebritatẽ recẽsentes et suorũ veniã delictorum: et sanctorũ mereantur adipisci consortium. Per. Cõio.

Uideo celos apertos et iesum stantẽ a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritum meũ et ne statuas illis hoc peccatũ: quia nesciũt quid faciunt. Postcõio.

Sacri dñe libaminis munimine vegetati diuine lar-

gitatis opem exposcimus: vt sanctorũ tuorũ annua festiuitate gaudentes/ad eorum gloriam que nõ est annua: sed continua peruenire mereamur. Per dominum.

¶ Trãsfiguratio dñi fit festũ duplex in maiori ecclia. Officium.



Viderunt ingressus tuos de⁹ ingressus dei mei regis mei / q̃ est in sancto. ps. Illuxerũt choruscationes tue orbi terre: commota est et contremuit terra. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui fidei sacramenta i vnigeniti tui glõsa trãsfiguratione patrũ testimonio roborasti / ꝛ adoptionẽ filiorum perfecta voce delapsa in nube lucida mirabiliter presignasti: concede ppici⁹: vt ipsius regis glorie nos coheredes efficias: ꝛ eiusdẽ glorie tribuas esse consortes. Pe eũdẽ do.

Lectio epl'e bti petri apli. ij. i.

Charissimi. Nõ indoctas fabulas secuti/notã facimus vobis dñi nostri iesu christi virtutem et prescientiã: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens eni a deo patre honorem ꝛ gloriã / voce ad eũ delapsa huiuscemodi a magnifica gl'ia: hic est filius meus dilectus/in quo mihi complacui/ipsum audite. Et hãc vocem nos audiuim⁹ de celo allatam: cum essemus cũ ipso in monte sancto. Et habem⁹ firmiorem propheticũ sermonẽ/cui benefacitis attẽdentes/ quasi lucerne lucẽti in caliginoso loco: donec dies illucescat/ꝛ lucifer oriat in cordib⁹ vestris. Et hoc primũ intelligentes: q, oĩs pphetia scripture ppria interpretatiõe nõ fit. Non enĩ voluntate hũana allata est aliquando prophetia: sed spiritusancto inspirati: locuti sunt sancti dei homines. Gr. Cantate domino ꝛ benedicite nomini ei⁹: annũciate de die in diẽ salutare eius. V. Annũciate inter gẽtes gloriam eius: in oĩbus populis mirabilia ei⁹. Alla. V. Candor est lucis eterne speculũ sine macula: et ymago bonitatis illius. Scd'm Matheum. xvij.



In illo tpe Assũpsit iesus petrũ et iacobum et iohannem fratrẽ ei⁹ et duxit illos ĩ mõtem excelsum seorsum: et trãsfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol vestimẽta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses ꝛ helyas: cũ eo loquentes. Respõdens autẽ petrus dixit ad iesum. Dñe: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum/ moysi vnũ/ ꝛ helye vnum. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene cõplacui: ipm audite. Et audiẽtes discipuli ceciderunt in faciem suã/ ꝛ timuerũt valde. Et accessit iesus: et tetigit eos. Dixitq; eis. Surgite: nolite timere. Leuantes autẽ oculos suos: neminẽ viderũt nisi solũ iesũ.

Et descēdentibus illis de monte: precepit eis iesus/ dicens. Nemini dixeritis visionē: donec fili⁹ hominis a mortuis resurgat. Credo dicit. Offer. Gloria et divitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculū seculi alleluya. Secreta.

Oblata quesumus dñe munera gloriosa unigeniti tui transfiguratiōe sanctifica: nosq; a peccatorū nostro⁊ maculis splēdoribus ipsius illustratiōe emunda. Per eundē. Prefatio. Quia per incarnati verbi. Cōio. Viderunt omnes fines terre: salutare dei nostri alleluya. Postcōio.

Presta quesum⁹ oīpotēs deus: ut sacrosancta transfigurationis mysteria que solenni celebram⁹ officio: purificate mentis itelligētia consequamur. Per eundē. ¶ Eodem die sixti felicissimi et agapiti marty⁊. Introit⁹.

Sacerdotes eius induant salutari: et sancti ei⁹ exultatiōe exultabūt. ps. Memēto dñe david: et oīs māsuetudis ei⁹. Oratio.

Beati sixti dñe sacerdotis et martyris annua festa recolētes q̄s: ut que honorū nobis sunt instrumēta presentiū: fiant eterno⁊ patrocinia gaudiorum. ¶ Alia sub uno

Deus qui nos concedis sanctorū martyrū tuorū. N. natalicia colere: da nobis in eterna btitudine de eo⁊ societate gaudere. Per. Epla. Bñdictus de⁹ et pater. in cōi fo. j. R. Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua eius loquet iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et nō supplantabūt gressus ei⁹. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliū: et florebit ineternū ante dñm. Euāge. Si q̄s venit ad me et nō odit pa. in cōi folio. v. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe dñe munera propiciat⁹/ oblata que maiestati tue beatus sixtus sacerdos commendet et martyr. Alia secreta.

Munera tibi dñe nostre devotionis offerimus: que et pro cuncto⁊ū tibi grata sint honore sanctorū: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per. Ante Per quem omnia dñe. Dicatur benedictio uve Oremus. Oratio.

Benedic dñe et hos fructus novos uve quos tu dñe rore celesti et inundantia pluviarū: et temporum serenitate atq; trāquillitate ad maturitatē perducere dignatus es: et dedisti eos ad usus nostros cum gratiarū actione percipere in noīe dñi nostri iesu christi. Per quem oīa. Cōio.

Ego vos elegi de mundo: ut eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

Repleti sumus domine munere solennitatis optate: qua beati sixti martyris tui atq; pōtificis: et celebritate iuvemur et precibus. Alia.

Presta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis martyrib⁹ tuis N. ut que ore contingimus: pura mente capiamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. ¶ In festo sancti donati martyris. Introitus.

Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur: plãtatus in domo dñi i atriis dom' dei nostri. ps. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Deus tuorum gloria sanctorũ presta qs: ut beati donati martyris tui atque põtificis/ cuius festa gerimus: sentiam' auxiliũ. Per. Epla. Beatus vir qui in sa. in cõi fo. iij. R. Inueni dauid seruũ meũ: oleo sancto meo vnxi eũ man' enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ confortabit eum. V. Nihil pficiet inimicus in eo: et filius iniqtatis nõ nocebit ei. Alla. V. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. Euãge. Sint lũbi. vel Hõ qdã. fo. xj. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu ei'. Secre.

Presta qs dñe: ut sancti donati martyris tui atque põtificis intercessio venerãda nostra munera tibi cõmendet: et per hec pie deuotiõis nobis fructus accrescat. P dñm. Cõio. Posuisti dñe in capite ei' coronã de lapide pcioso. Postcõ.

Omnipotẽs et misericors de' qui nos sacramẽtorum tuorum et participes efficis et ministros/ presta qs: ut intercedẽte beato donato martyre tuo atque pontifice/ et fidei pficiamus augmẽto: et beatitudinis iũgamur consortio. Per.

¶ Cyriaci sociorũque ei'. Introit'

Timete dñm oẽs scti ei' quoniã nihil deest timẽtibus eũ diuites eguerũt et esurierũt: inqrentes autẽ dñm: nõ deficiẽt oi bono. ps. Benedicam dominũ in oi tẽpore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui nos annua beati cyriaci martyris tui sociorumque eius solẽnitate letificas: cõcede ppici' ut quorũ natalicia colimus virtutẽ quoque passiõis imitemur. Per. Epla. Stabunt iusti in cõi fo. vij. R. Timete dñm oẽs scti eius: quoniã nichil deest timẽtib' eũ. V. Inqrẽtes autẽ dñm: nõ deficiẽt oi bono. Alla. V. Te martyrũ cãdidat' laudat exercitus dñe. Euãge. Nichil optũ. fo. viij. Offr. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oẽs recti corde.

Accepta sit in Secreta. conspectu tuo dñe nostra deuotio: et eorũ nobis fiat supplicatione salutaris: pro quorum solennitate defertur. Per. Cõio. Signa eos qui me credent hec sequentur: demonia eiicient sup egros manus iponent et bene habebunt. Postcõio.

Refecti participatione muneris sacri qs dñe deus noster: ut quorũ exeqmur cultũ: sentiam' auxilium. Per. ¶ In vigilia sancti laurentij. Introitus.

Dispersit dedit pauperibus: iustitia ei' manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. ps. Beat' vir qui timet dominum: in mãdatis eius volet nimis. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: et intercessiõe beati laurẽtij martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impẽde. Per. Epla. Cõfitebor tibi dñe. fo. xiiij. R. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in

seculũ seculi. ℣. Potẽs in terra erit semẽ eius: generatio rectoꝝ bñdicet. Euãgeliũ. Si q̄s vult post me. in cõi fo. v

Offr. Oratio mea mũda est: ⁊ ideo peto vt detur locus voci mee in celo: quia ibi est iudex meus et cõscius meus in excelso ascẽdat ad dñm dep̄catio mea. Secre.

Hostias tibi dñe quas tibi offerim⁹ ꝓpicius respice: ⁊ intercedẽte beato laurẽtio martyre tuo vincula pctõꝝ nostroꝝ absolue. P. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetip̄m: et tollat crucẽ suã et sequatur me. Postcõio.

Da quesumus dñe deus noster: vt sicut beati laurẽtij martyris tui cõmẽoratione / tẽporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. Per dñm.

¶ In festo scti laurẽtij. Introit⁹.



Onfessio et pulchritudo in conspectu ei⁹ sanctitas et magnificentia ĩ sanctificatiõe eius. ps. Cãtate dño cãticũ nouũ: cãtate dño om̄is terra. Oratio.

Da nobis q̄s oĩpotẽs deus: viciorũ nostroꝝ flãmas extinguere: qui beato laurentio tribuisti tormẽtorũ suoꝝ incẽdia superare. Per. Ad corinthios. ij. ix.

Fratres. Qui parce seminat parce et metet. Et qui seminat in bñdictiõibus: de bñdictiõibus ⁊ metet. Unusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarẽ eni datorẽ: diligit deus. Potẽs est autẽ de⁹ oẽm gratiã abũdare facere in vobis: ita vt in oĩbus semꝑ omnẽ sufficientiã habentes abũdetis in omne opus bonum sicut scriptũ est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autem amministrat semen seminanti: ⁊ panẽ ad manducandũ prestabit. Et multiplicabit semen vestrũ: ⁊ augebit incrementa frugũ: iusticie vestre

℟. Probasti cor meum domine: et visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: et nõ est inuẽta in me iiquitas. Alla. ℣. Leuita laurẽtius bonũ opus operat⁹ est qui ꝑ signũ crucis cecos illumiauit. Prosa

Sola iocũditatis alleluya

Induit hodie domin⁹ militẽ suũ laurentiũ. Solito plaudat alacrior concio leta fidelium. Hodie martyr ĩsignis / hostiam deo placentẽ obtulit. Hodie tormentũ ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamen monitu beati senis. Grauissimis nõ refugit exhibere mẽbra penis. Ante regẽ accersitur / et de rebus cõuenitur: occultis ecclesie. Sed non cedit blandimentis / nec molitur a tormẽtis: eius auaricie. Uditur valerian⁹ ⁊ leuite larga manus: dum petit inducias. Dat ministra caritatis / pauperibus cõgregatis: facultatum copias. Furit igitur prefectus / et paratur ardẽs lectus: insultantis viscera / crates vrit aspera. Sudat martyr in agone / spe mercedis et corone: que datur fidelibus / pro christo certantibus. De cuius militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros nequicie. Ut hunc ergo per patronũ / cõsequamur vite donum:

In ipsi⁹ die festo chorus noster letus esto. Iocundū in ecclesia: decantans alleluya. Euāgelium Nisi granū frumēti. in cōi fol. v. Offr. Confessio et pulchritudo in cō=spectu eius: sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Secreta.

Accipe q̄sumus dn̄e munera dignāter oblata: ꝛ beati laurētij suffragātibus meritis ad nostre salutis auxiliū ꝑuenire cōcede. Per dn̄m. Cōio. Qui mi=chi ministrat me sequatur: ꝛ vbi ego sum illic et minister meus erit. Postcōio.

Prosit nobis dn̄e scti laurētij celebrata solennitas: q̄a quanto fragiliores sumus tanto placētiū tibi presidijs indigemus Per. ¶ Tyburcij mar. Officiū.

Iustus vt palma florebit / sicut cedrus libani multiplicabit plantatus in domo dn̄i: i atriis domus dei nostri. ps. Bonū est cō fiteri dn̄o: et psallere noī tuo altissime.

Beati tyburcij mar= Orō. tyris nos dn̄e foueāt contī nuata presidia: q̄a nō desinis propicius intueri quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per dn̄z. Epl̄a Iustus si morte preoccupatus. in cōi fo. iiij. R. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. V Ad annūciādum mane misericordiā tuam et veritatē tuam per noctem. Alleluya. V⁹ Posuisti dn̄e sup caput eius: coronā de lapide p̄cioso. Euāge. Hoc est preceptū. in cōi fo. ij. Offr. In ꝟtute tua dn̄e letabit iustus: et sup salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime ei⁹ tribuisti ei. Secreta

Adesto domine precib⁹ populi tui: adesto munerib⁹ vt que sacris sunt oblata mysteriis / tuorum tibi placeāt itercessiōe sanctorū. Per. Cōio. Qui vult venire post me: abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequat me. Postcō.

Sumpsimus domine pign⁹ redēptiōis eterne quod sit nobis q̄sumus interueniente beato tyburtio martyre tuo vite p̄sentis auxiliū pariter ꝛ future. P dominum nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum.

¶ Sancti ypoliti sociorumq; ei⁹. Ad missam. Introitus.

Iusti epulētur ꝛ exultēt in cōspectu dei: delectētur i leticia. ps. Exurgat deus ꝛ dissipent inimici ei⁹: et fugiāt qui oderūt eū a facie ei⁹. Orō.

Sancti martyris tui ypoliti sociorumq; eius dn̄e quesumus veneranda festiuitas: salutaris auxilij nobis prestet augmē tum. Per dominū nostrū. Epistola Quis nos separabit. in cōi fol. viij. R. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentū malicie. V. Visi sunt oculis insipiētiū mori: illi autem sunt in pace. Alla. V Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Euāgelium. Cū audieritis prelia ꝛ sediciones in cōi fol. viij. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laq̄o venantiū. laqueus contritus est ꝛ nos liberati sumus. Secreta.

Respice domine munera populi tui sanctorum festiuitate votiua: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. Per dominū nostrū iesum. Cōio.

Dico aũt vobis amicis meis ne terreamini ab his qui vos ꝑsequunt. Postcō.
Sacramētorũ tuorum dñe cōmunio sumpta nos saluet et in tue veritatis luce confirmet. Per dñm nostrũ iesum christum.
Eusebij cōfessoris. Officium.



Os iusti meditabit sapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ. lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignãtibus: neque zelaueris faciētes iniqtatē.
Deus qui nos beati Orō. eusebij cōfessoris tui ãnua solēnitate letificas: cōcede ꝓpicius vt cuius natalicia colimus: per eius ad te exēpla gradiamur. Per dominũ nostrũ. Epistola. Iustũ deduxit dominus. in cōi folio. xij. R.
Os iusti meditabit sapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nō supplãtabunt gressus eius. Alleluya. V. Iustus germinabit sicut liliũ: et florebit ineternũ ante dominum. Euãge. Nemo accendit lucernã. in cōi fo. xij. Offr. Desiderium aïe eius tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum eius non fraudasti eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide ꝓcioso. Secre.
Laudis tue domine hostias immolamus: in tuorum cōmemoratione sanctorum: quibus nos et presentibus exui malis confidimus et futuris. Per dñm nostrum iesum christũ. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantē: amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eum. Postcōio.
Sancti eusebij natalicia celebrãtes: suppliciter te dñe deꝓcamur / vt hoc idē nobis semp indulgentie causa sit et salutis. Per dñm. In vigilia assumptionis beate Marie. Introitus.



Salue sancta parens enixa puerpera regē qui celum terramque regit: in secula seculorum. Ps. Bñdicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Gloria patri. Oratio.
Deus qui virginalem aulã beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus / vt sua nos defensione munitos / iocũdos faciat sue iteresse festiuitati. Qui viuis et regnas.
Lectio libri sapientie. xxiiij.
Ab initio et ante secula creata sum: et vsque ad futurũ seculum non desinam: et in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sctificata similiter requieui: et in in hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sctōrum detētio mea. R. Bñdicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V. Uirgo dei genitrix quē totus nō capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo
Secundum Lucam. xj.
In illo tēpore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba dixit ad iesum. Btũs vēter q̃ te portauit et vbera que suxisti. At iesus ait illi. Quinimo: Beati qui audiũt verbũ dei: et custodiũt illud. Offr. Felix nãque es sacra vgo maria et oï laude dignissima: qa ex te ortus est sol

iusticie christ⁹ de⁹ noster all'a. Secreta.

Magna est dñe apud clemētiam tuam dei genitricis oratio: quā idcirco de presenti seculo trāstulisti: vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per dominū. Cōio. Vera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas iuiolata manet. Postcō.

Concede misericors de⁹ fragilitati nostre presidiū/ vt qui sancte dei genitricis requiem celebramus: intercessionis ei⁹ auxilio: a nostris iniquitatib⁹ resurgamus. Per dominum nostrum.



In die assumptiōis beate Marie. Ad missam. Introitus.



Gaudeam⁹ oēs i dño diē festū celebrātes sub honore marie virginis de cui⁹ assumptione gaudēt angeli: ꝛ collaudāt filium dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi In octa. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Ueneranda nobis dñe huius diei solēnitas opē conferat salutarē: in qua sancta dei genitrix mortē subijt temporalē: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filiū tuū dñm nr̄m de se genuit incarnatū. Qui tecū.

Alia oratio in octabis dicitur.

Famulorū tuorꝫ q̄s dñe delictis ignosce: vt q̄ tibi placere de actib⁹ nr̄is nō valem⁹ genitricis filij tui dñi dei nostri: intercessiōe saluemur. Per dñm nr̄m iesum christum filium tuum.

Lectio libri sapientie. xxiiij.

In omnib⁹ requiē quesiui: et in hereditate dñi morabor. Tunc precepit et dixit michi creator oīm: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: et dixit michi. In iacob inhabita et in israel hereditare: et i electis meis mitte radices. Et sic in syō firmata sum: ꝛ in ciuitate sctificata/ similiter requieui: ꝛ in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ꝛ in partes dei mei hereditas illi⁹: ꝛ in plenitudine sanctorum detētio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte syon. Quasi palma exaltata sū i cades: et quasi plantatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in cāpis: et quasi platan⁹ exaltata sum iuxta aquam. In plateis sicut cynamomū et balsamū aromatizās odorē dedi. Quasi mirra electa: dedi

suauitatem odoris. ℟. Propter veritatē et mãsuetudinē ꝛ iustitiā: t deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ꝛ vide et iclina aurē tuā: q̄a concupiuit rex speciē tuam. Alleluya. ℣. Assumpta est maria in celū gaudēt angeli ꝛ collaudantes bñdicūt dominum. Prosa.

Area virga prime matris eue: florens rosa processit maria. Oritur vt lucifer / inter astra etherea: perpulchra vt luna Flagrescit vltra oĩa balsama pigmēta et tymiamata. Purpurea vt viola / roscida vt rosa: cãdēs vt lilia. Patris summi quam elegit proles deica: vt assumeret carnem sacrosanctā de virginis carne incorrupta. Celsus nūciat angelus noua gaudia: eterni regis exortū in terra / matrēq̧ ei⁹ ita salutat. Aue maria dñi mei / mat alma celica: plena grã. Tu benedicta regem in secula: paries effecta / orbis regina. Secūda ergo inquit quomodo esse queā cum virum nō cognoscā ex quo sim nata: sed semp pmanens virgo pudica. Ne timeas respōdit angelus sanctū neupma descendet in te casta quo fecūdata paries deū et hominē vna. O vere sctā atq̧ amāda / ex qua est orta redēptio nostra salus quoq̧ mūdi veraq̧ vita. O dei nostri genitrix pia / suscipe nostra hac die pcata: in qua es assūpta / ad celi claustra. Tu es enim patri cara / tu es mater iesu bona tu scti spirit⁹ es tēplū facta. Tu es pulchra dei spōsa / tu regē christum enixa: dña es in celo et in terra. Hodie nãq̧ curie celestis tibi obuiā agmina: te assumpserunt ad palatia stellata. Iesus ꝛ ipse festiuus tibi matri cū angelis occurrēs: sede paterna tecum locauit in secla. Iam cū deo regnas nostra excusa clemens mala / possēs cūcta bona: o benigna. Mediatrix nr̃a que es post deum spes sola: tuo filio nos repsenta. Vt in poli aula: leti iubilem⁹ oēs. Alleluya. Scdm Lucam. x.

In illo tēpore. Intrauit iesus in quoddā castellum: ꝛ mulier quedā martha noīe excepit eum i domū suā. Et huic erat soror noīe maria: que etiā sedens secus pedes dñi audiebat verbū illius. Martha autē satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit: et ait. Dñe: non est tibi cure q̧ soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respondens: dixit illi dñs. Martha martha solicita es ꝛ turbaris erga plurima? Porro vnū est necessarium. Maria optimā partem elegit: que nō auferetur ab ea. Credo dicitur. Offr. Felix nanq̧ es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie / christus deus noster alleluya. ℟

Secreta.

Subueniat domine plebi tue genitricis dei oratio: quam et si pro cōditione carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria apud te pro nobis orare sentiamus. Per eundē dominū nostrū iesum christū. Prefatio. Eterne de⁹. Et te in assumptione beate et gloriose semperq̧ virginis marie. Cōio. Beata viscera marie virginis que portauerūt eterni patris filium. Postcōio.

Mense celestis participes effecti: imploramus clementiam tuã dñe deus noster: vt qui festa dei genitricis marie colim⁹: a cũctis malis imminẽtib⁹/ eius intercessiõibus liberemur. Per eũdẽ.

¶ In octa. scti laurẽtij. Introit⁹.

Probasti dñe cor meũ & visitasti nocte igne me examinasti: & nõ est inuẽta in me iniqtas. Ps. Exaudi domine iustitiã meã: intende deprecationem meam. Oratio.

Beati laurẽtij nos faciat domine passio venerãda letãtes: & vt eam sufficiẽter recolam⁹ dignos efficiat. Per dominũ nostrum iesum. Ad Corinthios. ix.

Fratres. Qui parce seminat: parce & metet. Et qui seminat in bñdictionibus: de benedictionibus & metet. Unusqsq; prout destinauit in corde suo. non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem eni datorẽ diligit deus. Potens est autẽ deus omnẽ gratiam abũdare facere in vobis: ita vt in oĩbus semp oẽm sufficiẽtiã habentes: abundetis in omne opus bonũ sicut scriptũ est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia ei⁹ manet in seculũ seculi. Qui autẽ administrat semen seminanti: et panem ad mãducãdũ prestabit. Et multiplicabit semen vestrũ: et augebit incremẽta frugum: iusticie vestre. R. Probasti dñe cor meũ: et visitasti nocte. V⁹. Igne me examinasti: et non est inuẽta in me iniquitas. Alla. V. Letabit iustus in dño & sperabit in eo et laudabunt oẽs recti corde. Euange. Nisi granũ frumẽti. in cõi fol. v.

Offr. In vtute tua dñe letabit iust⁹: et sup salutare tuũ exultabit vehemẽter. desideriũ aie eius tribuisti ei. Secreta.

Beati laurẽtij martyris tui honorabilẽ passionem muneribus dñe geminatis exeqmur que licet sit proprijs memoranda principijs indesinẽter tamen permanet gloriosa. Per dominum nostrũ. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam: et sequatur me. Post. õio.

Solẽne nobis itercessio beati laurentij martyris quesumus dñe prestet auxiliũ: vt celestis mense participatio quã sumpsimus: tribuat ecclesie tue recensitam leticiã. Per dñm nostrum.

¶ Agapiti martyris. Introitus.

Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et laudabunt oẽs recti corde. Ps. Exaudi deus orationem meã cũ depcor: a timore inimici eripe animam meam. Gloria patri. Oratio.

Sancti agapiti martyr tui merita nos dñe pciosa tueantur: in quibus tue maiestatis opera predicãtes: & presens capiamus adiutoriũ & futurũ. P. Eplã. Beatus homo qui inuenit sapientiã. i cõi fol. iiij. R. Posuisti dñe sup caput ei⁹: coronã de lapide pcioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorũ eius non fraudasti eũ. Alleluya. V. Beat⁹ vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. Euãge. Sint lũbi. fol. xiij. Offr. Posuisti dñe in capite eius: coronã de lapide pcioso. vitã petijt & tribuisti ei alla. Secre.

Suscipe dñe munera que in eius solẽnitate deferimus:

cuius nos cõfidimus: patrocinio liberari. Per dominũ nostrum. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorem impones super eum domine. Postcõio.

Protegat q̃s dñe populum tuũ: et participatio celestis indulta suiuij: et depcatio collata sctõꝝ. P do. ¶ In apparitiõe sancte crucis. Ad missam. Introit⁹.



Nos autẽ gloriari oportet: i cruce dñi nostri iesu christi in quo est salus vita/et resurrectio nostra per quẽ saluati et liberati sum⁹. Ps. Deus misereat nostri et bñdicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos: et misereat nostri. Oro.

Deus qui nos hodierna die apparitiõis sancte crucis annua solẽnitate letificas: presta vt cuius mysteriũ in terra cognouimus: ei⁹ redemptionis premia mereamur. Per dominũ nostrũ.

Lectio iohelis prophete. iij.

Hec dicit dominus de⁹. Effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ: et prophetabunt filij vestri et filie vestre. Senes vestri somnia somniabũt et iuuenes vestri visiones videbũt. Sed et sup seruos meos et ancillas meas in diebus illis effũdã de spiritu meo et dabo prodigia in celo et in terra sanguinẽ et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem: anteq̃ veniat dies dñi magnus et horribilis. Et erit omnis qui inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Ꝗ. Christus factus est pro nobis obediẽs vsq̧ ad mortem: mortem autẽ crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illũ et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluya. V⁹. Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominũ.

Secundum Matheum. xxiiij.

In illo tẽpore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Sicut fulgur exit ab oriente et paret vsq̧ in occidentem: ita erit et aduentus filij hominis. Ubicũq̧ fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur: et luna nõ dabit lumẽ suũ et stelle cadent de celo: et virtutes celorum commouebunt. Et tũc parebit signum filij hois in celo. Et tũc plangent se oẽs tribus terre et videbunt filium hois venientẽ in nubibus celi: cum potestate magna et maiestate. Et mittet angelos suos cum tube et voce magna et congregabunt electos eius/a quattuor ventis: et a summis celorũ: vsq̧ ad terminos eorũ. Ab arbore autẽ fici discite parabolã. Cũ iã ramus ei⁹ tener fuerit et folia nata: scitis quia ppe est estas. Ita et vos cũ videritis hec oĩa: scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis: q̃a non preteribit hec generatio/donec oĩa fiant. Celũ et terra trãsibũt: verba aũt mea non preteribunt. Credo dicitur. Offr. Protege dñe plebẽ tuã p signũ sancte crucis ab oĩbus isidijs inimicorum oĩm vt tibi gratam exhibeam⁹ seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificiũ nostrum alleluya. Secreta.

Iesu christi dñi nostri corpe saginati/per quē crucis est sanctificatū vexillū q̄s dñe de⁹ noster: vt sicut illam adorare meruimus: ita pennitatis ei⁹ glorie salutaris potiamur effectu. Per d. Prefatio. Qui salutē hūani generis. Cōio. Per lignum serui facti sumus: et per sanctā crucem liberati sumus fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos alleluya. Postcōio.

Quesumus oīpotens deus: vt quos diuīa tribuis participatiōe gaudere: humanis nō sinas subiacere periculis. Per d.

In octa. assumptiōis Introit⁹ Gaudeam⁹ oēs in dño diē festū. vts in die fo. p̄cedēti ofo. Famulorum tuor. Cetera oīa sicut in die. Sancti magni. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris et intercedente beato magno martyre tuo: ab hostium nos defende propiciatus icursu. Per dñm. Secreta.

Presta nobis quesum⁹ omnipotens de⁹: vt nostre humilitatis oblatio: et pro tuorū tibi grata sit honore sanctorum: et nos corpore pariter et mente purificet. Per dñm. Postcōio.

Tua sancta sumentes quesum⁹ domine: vt bti martyris tui magni nos foueant cōtinuata presidia. Per dominū nostrū iesum christū. Sctōr Tymothei et simphoriani. Officiū.

Salus aūt iustor a dño: et ptector eorū est in tēpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignātibus: neqꝫ zelaueris faciētes iiq̄tatē. Oratio.

Auxiliū tuū nobis dñe q̄s placat⁹ ipēde: ꝛ itercedētibus sctis tuis/symphoriano atqꝫ tymotheo: dexterā sup nos tue ꝓpiciatiōis extēde. P d. Epla. Reddet de⁹ mer. i cōi fo. vij. R. Preciosa in cōspectu dñi: mors sctōr ei⁹. V. Credidi, ꝓpter qd locut⁹ sum: ego autē humiliatus sū nimis. Alla. V. Mirabilis dñs noster in sctis suis. Euāge. Si q̄s venit ad me. i cōi fo. v. Offr. Gloria hunt in te oēs q̄ diligūt nomē tuū: qm̄ tu bn̄dixisti iusto. dñe vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Secreta.

Accepta tibi dñe sit sacrate plebis oblatio pro tuor honore sctōr: quor se meritis percepisse de tribulatiōe cognoscit auxiliū. P. Cōio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ꝛ fructū afferatis: ꝛ fruct⁹ vester maneat. Postcōio.

Diuini muneris largitate satiati q̄s dñe de⁹ nr̄ vt itercedētib⁹ sctis tuis/tymotheo atqꝫ symphoriano: eorū semp participatiōe viuamus. Per dominum.

Bartholomei apli. Introitus.



Michi aūt nimis honorati sūt amici tui de⁹: nimis cōfortatus est principatus eorū. ps. Domine ꝓbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meam. Oratio.

Omīps sempitne de⁹: q̄ hui⁹ diei venerādā sanctāqꝫ leticiā bti apli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da eccle tue q̄s et amare quod credidit: ꝛ predicare quod docuit. Per dominū nrm.

Epistola. Jam nõ estis hospites. in cõi fo. j. ℟. Constitues eos princi-pes sup oẽm terrã: memores erunt nomi nis tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sũt tibi filij: ppterea populi cõfitebunt tibi. Alla. ℣. Vox sancti bartholomei qua si tuba vehemẽs est ambulãt cũ eo ange-li dei. Scdm Lucam. xxij.

In illo tpe. Facta est cõten-tio inter discipulos iesu: qs eorũ videretur esse maior? Dixit autẽ eis. Reges gentiũ dominan tur eorũ: et qui potestatẽ habẽt su per eos benefici vocant. Vos au-tẽ nõ sic. Sed qui maior est in vo-bis: fiat sicut minor. Et qui pces-sor est: sicut ministrator. Nam qs maior est qui recũbit: an q mini-strat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum: si-cut qui ministrat. Vos autẽ estis qui permãsistis mecũ in tẽtatiõi-bus meis: et ego dispono vobis si-cut disposuit michi pater me⁹ re-gnum: vt edatis et bibatis super mẽsam meam in regno meo: et se deatis sup thronos duodecim: iu-dicantes duodecim tribus israel. Offr. Cõstitues eos principes super omnẽ terram: mẽores erunt nois tui dñe in oĩni progenie ⁊ generatiõe. Secreta

Beati apostoli tui bartholo mei cui⁹ solẽnia recẽsemus quesumus dñe: vt auxilio ei⁹ tua beneficia capiamus: pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per do minũ nostrum iesum. Prefatio. Te dñe suppliciter. Cõio. Vos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iu-dicantes duodecim tribus isrl dicit dñs.

Sumpsimus Postcõio. dñe pignus salutis eterne celebrantes bti bartholomei apo stoli tui votiua solẽnia ⁊ perpetua merita venerãtes. Per dñm nrm

¶ In fes. scti ludouici ꝯfes. Offm

Gaudeamus oẽs in do mino diem festũ cele-brãtes sub honore bti ludouici cõfessoris de cuius solẽnitate gau-dent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Dñe in virtute tua letabit rex et sup salutare tuum exultabit vehemẽter.

Deus qui beatũ Oratio. ludouicũ cõfessorẽ tuũ de terreno ac tẽporali regno ad cele-stis et eterni regni gloriã transtu listi: eiusqꝫ meritis et intercessiõe regis regũ iesu christi filij tui nos coheredes efficias: ⁊ eiusdẽ regni tribuas esse cõsortes. Per eũdem

Lectio libri sapientie. xxxj.

Beatus vir qui iuẽtus est si-ne macula: qui post aurum nõ abijt / nec sperauit i thesauris pecunie. Quis est hic et laudabi-mus eũ? Fecit eni mirabilia in vi ta sua. Qui probatus est in illo et pfectus inuẽtus est: ⁊ erit illi gl'ia eterna. Qui potuit transgredi et nõ est trãsgressus: ⁊ facere mala et nõ fecit. Ideo stabilita sunt bo na illius in dño: et elemosynas il-lius enarrabit: oĩis ecclesia san-ctorum. ℟. Domine preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis: posuisti in capite eius: coronã de lapide precioso. ℣. Vitam petijt ⁊ tribuisti ei lõgitudinẽ die-rum in seculũ seculi. Alla. ℣. Felix co-rona francie ludouici virtutib⁹ cuius co-rona glorie refulget in celestib⁹. Alla ℣⁹. Ludouicus in gl'ia cui⁹ fuit mẽs me ritoria erga christũ eiusqꝫ pauperes: pijs-

simus grat⁹ ad pceres celestis heres martyr desiderio pat i nauigio bino trās matino regni tui populū redde dn̄o. Prosa

Regē regū veneremur/ et de regno gloriemur: ludouici gloria. Ex francorū regni cura/ beator regni iura: possidet in patria. Ipsum christo conformatum/ magnum fecit et beatū: virtutum immēsitas. Lōgū fides amor latū/ altū spes sed non elatum: profundū humilitas. Vultum habens dauid regis/ ezechie zelum legis: et iosue studiū. Dictus vere lucis dator/ vite custos vt amator: in christo viuētiū. Orbi signis illustrat/ capto rege restaurat: liber preda pditus. Vita datur morituris/ claudis gressus lux obscuris: et captiuis reditus. In extremis successorē/ iformauit et cultorem: esse dei docuit. Certus demū de corona/ maris vndis dēpto iona: celi portum tenuit. Vita viuens beatorū/ felix regnat rex frācor: in beatis sedibus. Supplicemus sancto regi/ nos sanctorū iungi gregi: pijs ei⁹ precibus. Amen. ¶ Alia prosa.

Letabūda psallat plebs cū mente munda christiana. Deum more collaudat gens leto ore gallicana Qui post regnū labile ad iestimabile sublimauit. Ludouici soliū turmisq letātiū sociauit. Hec licet ex germie prime natus femine delinquentis. Fugato peccamine/ mansit in dulcedine: pie mētis. Celi rex delitias/ filio familias: reseruauit. Inuitauit filiū/ pater ad cōuiuium: quē amauit. Fulgētē in habitu/ a celorū ambitu: cū ruboris exitu nō proiecit. Quē sanctum miraculis crebris in articulis/ puectis et paruulis patefecit. In vite misere lassis itinere ludouice rex cōpatere. De nobis cogita prece resuscita quos facta premunt illicita. Fauente deo fiat ita. Amē. Scd̄m Matheum. vj.

In illo tēpore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Considerate lilia agri quomodo crescunt. Nō laborant: neq nent. Dico autē vobis: quoniā nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si enī fenum quod hodie est: et cras in clibanū mittitur: sic deus vestit: quāto magis vos modice fidei. Nolite ergo soliciti esse dicentes: quid manducabim⁹ aut quid bibem⁹ aut quo operiemur? Hec enī oīa: gentes iquirūt. Scit enī pater vester: q oībus his indigetis. Querite ergo primum regnum dei: et iustitiā eius. Et hec omnia: adijcientur vobis. Offer.

Filie syon exultent in rege suo laudēt nomen eius in choro in tympano et psalterio psallant ei alleluya. Secreta.

Presta q̄s oīpotens de⁹: vt sicut beatus ludouicus cōfessor tuus: per abūdantiā gratie tue oblectamētis mūdialib⁹ spretis soli regi christo placere studuit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per eundē. Cōio. Iustum deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctor/ honestauit illum in labori b⁹ suis et cōpleuit labores illi⁹. Postcō.

Deus qui almū cōfessorem tuū regē ludouicū mirifi-

casti in terris: q̃s vt iã in celis gloriosum ecclesie tue cõstituas defẽsorẽ: eãq; p̃cibus eius ⁊ meritis ab oĩ aduersitate liberare digneris. Per. ¶ Augustini confes. Offm̃.

Statuit ei dñs testamentũ pacis ⁊ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ĩeternũ. ps. Misericordias dñi ĩneternũ cãtabo. Oratio.

Adesto supplicationib' nostris oĩps deus: et quib' fiduciam sperãdi pietatis ĩdulgẽs intercedẽte beato augustino confessore tuo atq; põtifice: consuete misericordie tribue benign' effectum. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos magnus. in cõi fo. x. R. Dñe preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Uitam petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Alleluya. V. Posuisti dñe sup caput eius: coronã de lapide precioso. Euangeliũ. Sint lũbi. in cõi fo. xj. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cũ ipso: et in noie meo exaltabit̃ cornu ei'. Secre.

Sancti cõfessoris tui augustini nobis dñe pia nõ desit oratio: que et munera nostra cõciliet: et tuã nobis indulgẽtiã semper obtineat. Per do. Cõio. Beatus seruus quẽ cum venerit dñs iuenerit vigilantẽ: amen dico vobis sup oĩa bona sua constituet eum. Postcõio.

Ut nobis domĩe tua sacrificia dent salutẽ: beat' augustinus confessor tuus atq; pontifex / quesumus precator accedat Per dñm nostrũ. ¶ Sancti hermetis martyris. Officium.

Iustus nõ cõturbabit̃ quia dñs firmat manum eius: tota die miseretur et cõmodat: ⁊ semen ei' in bñdictione erit. ineternũ conseruabit̃. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris faciẽtes iniq̃tatem. Oratio.

Intercessio nos domine beati hermetis martyris tui: et tuam nobis non desinat placare iustitiã: ⁊ nostrũ tibi deuotum iugiter efficere famulatũ. P dñz. Epistola. Sancti per fidẽ. i cõi fo. vj. R. Iustus nõ cõturbabit̃: q̃a dominus firmat manũ eius. V. Tota die miseret̃ et cõmodat: ⁊ semen eius in benedictione erit. Alla. V. Posuisti dñe sup caput ei': coronã de lapide p̃cioso. Euãgeliũ. Descẽdẽs iesus de mõte ste. in cõi fo. viij. Offr. In virtute tua domine letabitur iustus: et sup salutare tuum exultabit vehemẽter. desideriũ anime eius tribuisti ei. Secreta.

Munera nostra quesum' domine propiciatus assume et vt digne tuis famulemur altaribus: sancti martyris tui hermetis intercessione custodi. Per do. Cõio. Multitudo languẽtiũ et qui vexabant̃ a spiritibus immundis veniebãt ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcõio.

Repleti domine benedictione celesti quesumus clemẽtiam tuam: vt intercedẽte beato hermete martyre tuo que humiliter gerim': salubriter sentiam'. Per dominũ nostrum iesum christum filiũ tuum. Qui tecum.

¶ In decollatione sancti iohannis baptiste. Officium.


Loria et honore coronasti eum: et cõstituisti eum sup opera manuum tuarũ. ps. Dñe dñs noster: q̃ admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Oro.

Sancti iohannis baptiste et martyris tui q̃s dñe veneranda festiuitas salutaris auxilij: nobis prestet effectũ. Per. Epla. Expectatio iustorum. in cõi fo. iiij. Grã.

Posuisti dñe sup caput eius: coronã de lapide precioso. ỽ. Desideriũ aĩe eius tribuisti ei: et volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eum. Alla. ỽ. Letabit̃ iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Prosa.

Capitali iustus pena iubet̃ in carcere ↄsummari. Cuius caput rex in cena: non horret pro munere presentari. Martyr dei licet rei/simus nec ydonei: tue laudi. Te laudantes et sperantes de tua clementia: nos exaudi. Quo nobis in natale: da p̃missũ gaudium. Nec nos minus triũphale: delectet martyriũ. Veneremur ⁊ miremur: tot in te mysteria. Per te frui christus sui: det nobis presentia. Amen.

Secundum Marcum. vj.

In illo tẽpore. Misit herodes ac tenuit iohannẽ ⁊ vinxit eum in carcerẽ p̃pter herodiadem vxorẽ philippi fratris sui: q̃a duxerat eam. Dicebat eni iohannes herodi. Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias autẽ insidiabat̃ illi: et volebat eum occidere nec poterat. Herodes autẽ metuebat iohannẽ/sciens eum virum iustũ ⁊ sanctũ: ⁊ custodiebat eum. ⁊ audito eo multa faciebat: et libẽter eum audiebat. Et cũ dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenã fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cũq̃ introisset filia ipsi⁹ herodiadis et saltasset et placuisset herodi simulq̃ recũbentibus: rex ait puelle. Pete a me quodvis: et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicq̃d petieris dabo tibi: licet dimidiũ regni mei. Que cũ exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit Caput iohãnis baptiste. Cũq̃ introisset statim cũ festinatione ad regem petiuit dicens. Volo vt protinus des michi in disco caput iohannis baptiste. Et cõtristat⁹ est rex p̃pter iusiurandum/⁊ p̃pter simul discũbẽtes noluit eã cõtristari: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco. Et dedit illud puelle. Et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius: ⁊ posuerũt illud in monumẽto. Offr.

In virtute tua domine letabit̃ iustus: et super salutare tuũ exultabit vehementer. desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei. Secre.

Munera tibi dñe que pro sancti martyris tui iohannis baptiste passione deferimus quesumus. vt eius obtẽtu nobis proficiant ad salutẽ. Per. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorem ipones super eũ dñe.

Postcõio.

Conferat nobis dñe sancti iohannis baptiste vtrũq̃ solennitas: vt magnifica sacramẽta que sumpsimus: si-

gnificata veneremur/ et in nobis potius edita gaudeamus. Per dñz.

¶ Ipso die sabine mar. Introit⁹

Cognovi dñe quia equitas iudicia tua: ꝛ in veritate tua humiliasti me. confige timore tuo carnes meas: a mādatis tuis nō me repellas. Ps. Beati imaculati in via: q̄ ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos de⁹ salutar; nr̄: vt sicut de sctē sabine festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis erudiamur effectu. Per. Epistola Qui gloriat. in cōi fo. xiij. R. Dilexisti iustitiam et odisti iniq̄tatē. V. Propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie. Alla. V⁹. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝑpterea benedixit te deus ineternū. Euange. Simile est regnū celoꝝ thesau. i cōi fol. xiiij. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

Gratanter domine ad munera dicanda concurrim⁹: que noīe tuo pro solēnitate sancte martyris sabine suppliciter imolamus. Per dñz. Cōio. Principes persecuti sunt me gratis: ꝛ a verbis tuis formidauit cor meū. letabor ego sup eloquia tua/ sicut qui iuenit spolia multa cō cupiuit aīa mea testimonia tua dñe: ꝛ dilexit ea vehementer. Postcōio.

Purificent nos dñe q̄s et diuini perceptio sacramenti ꝛ gl'iosa depcatio sctē sabine. P d.

¶ Felicis et adaucti. Introitus.

Sapientiā sanctoꝝ narrant populi: et laudem eorū nūciat ecclesia. nomina autē eorū viuent in seculū seculi. Ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Maiestatē tuam dñe supplices depcamur vt sicut nos iugiter sanctorū tuoꝝ felicis ꝛ adaucti cōmēoratione letificas: ita semp supplicatiōe defendas. Per dñm. Epla. Reddet deus merce. in cōi fo. vj. R. Gloriosus de⁹ in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicos. Alla. V. Te martyrū cādidatus: laudat exercitus dñe. Euāge. Cū persequent. in cōi fo. ix. Offr. Letamini in domino ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini oēs recti corde. Secreta.

Hostias dñe tue plebis intēde: ꝛ quas i honore sanctorum tuoꝝ deuota mente celebrat proficere sibi sentiat ad salutem. Per dñm. Cōio. Quod dico vobis in tenebris dicite i lumīe dicit dñs: ꝛ q̄d i aure audit; ꝑdicate sup tecta. Postcō.

Repleti dñe muneribus sacris quesumus. vt intercedentibus sanctis tuis: in gratiaꝝ tuarū semp actione maneamus. Per dñm nostrū iesum christum.

¶ Egidij abbatis. Introitus.

Os iusti meditabit sapientiā: et lingua ei⁹ loquetur iudiciū. lex dei eius in corde ipsi⁹. Ps. Noli emulari in malignātib⁹: neq; zelaueris faciētes iiq̄tatē.

Intercessio nos Oratio. quesumus dñe beati egidij abbatis cōmēdet vt quod nostris meritis nō valemus eius patrocinio assequamur. Per dñm. Epla Iustum deduxit. in cōi fol. xij. R.

Os iusti meditabitur sapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ. V. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplãtabuntur gressus eius. Alleluya. V. Justus germinabit sicut liliũ: et florebit ineternũ ante dominum. Euãge. Nemo accendit lucernã. in cõi fo. xij. Offer. Desiderium aĩe eius tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum ei⁹ non fraudasti eũ: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide pcioso. Secre.

Presta qs dñe vt sancti confessoris tui egidij precibus quẽ ad laudẽ nominis tui dicatis muneribus honoram⁹ pia nobis deuotiõis volũtas accrescat. Per d. Cõio. Fidelis seruus et prudens quẽ cõstituit dñs supra familiã suã: vt det illi in tẽpore tritici mẽsurã. Postcõio.

Omnipotẽs et misericors deus: qui nos sacramẽtorum tuorũ et participes efficis et ministros: presta qs vt intercedẽte beato egidio cõfessore tuo eisdẽ proficiamus et fidei cõsortio: et digno seruitio. Per dñm. ¶ Sancti lupi totum de cõi vnius epi. folio. x.

¶ Euurcij epi et cõfes. Introitus

Statuit ei dñs testamentũ pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas ieternum. ps. Misericordias domini ineternum cantabo.

Oratio.

Gloriosus confessor tuus euurci⁹ qui preclare virtutis tue demõstrãde indicio: electus plebi tue et institut⁹ est pastor qs oĩpotens deus: vt nobis obtineat delictorũ veniã: et ei⁹ sacro interuẽtu / perpetue cõsolationis gaudia mereamur. Per d. Epistola. Ecce sacerdos magnus vt in cõmuni folio. x. R. Domine preuenisti eum in benedictiõibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitam petijt et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Alleluya. V. Posui adiutoriũ sup potẽtẽ: et exaltaui electũ de plebe mea. Prosa.

Euurcij confessoris festa colens ãnua / psallat ore psallat corde: celebris ecclesia. Innitetur grex pastoris mores vitam studia / vt coheres sit doctoris: in celesti curia. Hic ab vrbe roma natus / ad nos venit vir beat⁹: nobis deo dante datus. Per colũbã est electus / et renitẽs vir pfectus: ad supremũ est prouectus / presulat⁹ gloriã. Sic et christus baptizatus / p colũbã est signatus: de quo pater est testatus. Hic est meus preelect⁹ / christus carnis nube tectus: ad ducendum nos directus / agnus innocentiã. Ex tunc tantis fulsit signis / sacerdotis sanctitas declaruit dei manus: et egrorum sanitas. Ignis vrbẽ occuparat / plebs desperãs fugam parat: currũt ad ecclesiã. Presul orat orãs sedat: ignis inclementiã. Dum in vrbe flãma seuit / orat presul et quieuit: et extincto prorsus igne / grates deo dant digne. Gẽs excepta baptizatur / domus dei maioratur: cui⁹ mod⁹ dũ paratur / sũmo cras diluculo. Nix de celo monstrat opus / crucis in in signaculo Admirantes signũ niuis / gaudet clerus gaudet ciuis: gaudet et ewrcius. Et in modũ crucis sancte / deo donũ operãte: cõsummatur ocius. Postq̃ tẽplũ cõsummatur / gens vicina conuocatur: põtifices cõ

mouent/ per quos are cõsecrãtur
Quo dñ missam seruus dei/ cele
brat euurcius: superuenit dei ma
nus/ et celestis radius. Et dum
deo presul panẽ porrigit et calicẽ/
ter oblata bñdixit: deus et ponti-
ficem. Ergo tãti patris laudes
attollamus filij/ ꝛ sequamur san
ctos mores: psulis euurcij. Quo
pro sua sit orator sedulus familia
ne nos error secularis: separet a
gloria. Sed cum sanctis cõcina-
mus angelis all'a. Euange. Sint
lũbi ve. in cõi fol. xiij. ℟. Posuisti
dñe in capite eius: coronã de lapide pcio-
so. vitã petijt ꝛ tribuisti ei all'a. Secre.

Supplices te exoram⁹ mise-
ricors deus: vt hec sint tibi
grata libamina: que in venerati-
one electi tui antistitis euurcij/ nõ
solum pro nobis: sed etiam pro to
tius populi tui salute deferimus.
vt eo interueniẽte pietatis tue gra
tiam cõsequamur. Per dñm no-
strũ. Cõio. Beat⁹ seruus quẽ cum
venerit dominus inuenerit vigilatẽ: amẽ
dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ.

Hec diuina liba- Postcõio.
tio quesumus domine de⁹
noster nobis conferat criminum
expiationem: et interueniẽte bea
to euurtio confessore tuo atq; pon
tifice: ad salutẽ pficiat sempiter-
nam. Per dominum nostrum ie-
sum christum filium tuũ. Qui te
cum viuit et regnat. ꝛc.

In natiuitate beate Marie vir
ginis. Ad missam. Introitus.

Gaudeamus omnes
in domino: diẽ fe-
stum celebrantes/
sub honore marie
virginis: de cuius
natiuitate gaudẽt
angeli: et collaudant filium dei.
Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico
ego opera mea regi. Oratio.

Supplicationẽ seruorũ tuo-
rum deus miserator exau-
di: vt q̄ in natiuitate dei genitricis
et virginis marie cõgregamur/ ei⁹
intercessionibus cõplacatus: a te
de instantib⁹ periculis eruamur.
Per d. Lectio libri sapiẽtie. xxiiij.

Ego quasi vitis fructifica-
ui suauitatem odoris: ꝛ flo
res mei fructus honoris et hone-
statis. Ego mater pulchre dilecti
onis: et timoris/ et agnitionis/ et

sancte spei. In me gratia oīs vie ꝛ veritatis: in me oīs spes vite ꝛ vir tutis. Transite ad me oēs qui cō cupiscitis me: et a generatiōibus meis implemini. Spirit⁹ enī me⁹ sup mel dulcis. et hereditas mea sup mel ꝛ fauū. Memoria mea in generatiōe seculoꝝ. Qui edūt me adhuc esuriēt: et qui bibūt me adhuc sitient. Qui audit me nō confundet: et qui operant in me non peccabūt. Qui elucidāt me: vitā eternā habebūt. ℞. Bn̄dicta et venerabilis es virgo maria: que sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quē totus nō capit orbis: in tua se clausit viscera fact⁹ homo. Alleluya. ℣. Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Prosa.

Alle celeste necnō ꝛ perenne luya. Dic paraphonista cū mera symphonia. Tuba ꝛ canora palinodias cāta. Nā omīs vsia hanc christi genitricē die ista Congaudet exortā per quā sibi sublatā capit vitā. Dauitica stirpe sata / dauidis ad sceptra: es regenda / prole fecūdata. Nec grauidata viscera sunt tamen per vla patris membra: sed ex fide sola Ab arce summa angelus astat maria inqt alma aue plena. Gratia sacra et bn̄dicta feminas iter oēs paritura. Regē q̄ dyra mortis vincula. Dānabit mira cum potētia. Suū plasma soluēs spōte sua atq; beatam donās vitam. Fit mox puella verbis credula. Et puerpera stupet ꝛ casta. Natum gestans speciosum forma re gentē cūcta orbis regna. Hec est virga nō irrigata sed dei grā florigera. Hec est sola cunctorū hera materna obscurās piacula. Uelut rosa decorās spineta sic quod ledat / nil habet maria. Uirgo eua quod ꝯtulit prima christi spōsa effugat maria. O virgo sola / mater casta: nostra crimīa. Solue dās regna quis beata: regnāt agmina. Potes enī cūcta vt mūdi regina et iura. Cū nato omīa decernis in secla et vltra subnixa es in gloria. Cherubin electa seraphin agmina nā iuxta. Filiū posita sedens in dextera rutilans virtus iam patet socia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert annua. Et resonet camenis aula in laude tua: virgo maria. Gaudet per climata orbis ecclesia: dicens alleluya. Quod et palatia celi clamāt dindima vsq; dātia preconia. Amē. ¶ Initiū sctī euāgelij: scd̄m Matheū. primo.

Liber generatiōis iesu xp̄i filij dauid: filij abraham. Abrahā genuit ysaac: ysaac autē genuit iacob. Jacob autē: genuit iudā et fratres eius. Judas autē genuit phares ꝛ zarā de thamar. Phares aūt: genuit esrom. Esrō autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autē: genuit naasō. Naasō autē: genuit salmō. Salmō autē: genuit booz de raab. Booz autē: genuit obeth ex ruth. Obeth aūt genuit iesse. Jesse autē: genuit dauid regē. Dauid autē rex: genuit salomonē ex ea que fuit vrie. Salomō autē: genuit roboā. Roboā autē: genuit abiā. Abias autem:

genuit aza. Aza autē: genuit iosaphat. Iosaphat autem: genuit ioram. Iorā autē: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathan. Ioathan autem: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autē: genuit manassen Manasses autem: genuit amon. Amon autē: genuit iosyam. Iosyas autē: genuit iechoniā et fratres eius in transmigratione babylonis. Et post transmigrationem babylonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. zorobabel autē: genuit abiud. Abiud autem: genuit elyachim. Elyachim autem: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch aūt: genuit achim Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem: genuit mathan. Mathan autem: genuit iacob. Iacob autem: genuit ioseph virum marie. De qua nat⁹ est iesus: qui vocatur christus. Credo. Offr. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est quesiui et nō inueni illū/ vocaui et nō respondit michi: iuenerūt me vigiles ciuitatis percusserūt me et vulnerauerūt me tulerūt palliū meū custodes murorum filie hierusalē nūciate dilecto: qa amore lāgueo.

Unigeniti tui Secreta. domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatem nō minuit: sed sacrauit in natiuitatis eius solennijs a nostris nos piaculis exuens/ oblationem nostram sibi faciat acceptam. Per eūdem dnm. Prefatio. Et te in veneratione. Cōio. Vera fides geniti purgauit crimina mundi: et tibi virginitas inuiolata manet. Postcōio.

Sumpsim⁹ domine celebritatis annue votiua sacramenta: presta quesumus vt et temporali nobis vite remedia prebeant et eterne. Per dnm nostrum.

¶ Scti gorgonij mar. Introitus

Gloria et honore coronasti eum: et cōstituisti eū super opera manuum tuarū. ps. Dñe dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Sanctus dñe gorgo- Orō. nius sua nos intercessiōe letificet: et pia faciat solēnitate gaudere. Per dominū nostrū. Epistola Beatus qui inuē. in cōi fol. iiij. ℟. Posuisti dñe sup caput eius coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū aie eius tribuisti ei: et volūtate labiorum eius nō fraudasti eū. Alla. ℣ Iust⁹ vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit. Euāge. Designauit dñs et alios. in cōi fo. iij. Offr. In virtute tua domine letabitur iustus: et sup salutare tuū exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Grata tibi sit domie nostre seruitutis oblatio: pro qua sanctus gorgonius martyr interuenit. Per dnz. Cōio. Posuisti dñe in capite eius: coronā de lapide precioso.

Familiam tuam Postcō. deus suauitas illa contingat et vegetet qua in martyre tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Per dominū nostrum iesum christum filiū tuū.

¶ Sanctorum prothi et iacincti. Ad missam. Officium.

Iudicant sancti gentes ꝛ dominātur populis: et regnabit dn̄s de⁹ illoꝝ imppetuū. ps. Exultate iusti i domino: rectos decet collaudatio. Oro. Beati prothi et iacin-cti nos domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter itercessio tueat. Per dominū. Epla. Benedict⁹ deus et pater. in cōi fo-lio. i. R. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. V. Cantate domino canticū nouū: laus eius in ecclesia sanctoꝝ. Alla. V. Fulgebūt iusti ꝛ tanq̄ scintille in arundineto: discurrēt in eternum. Euangeliū. Cū persequētur. in cōi fo. ix. Offr. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū: quoniā tu benedixisti iusto. domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta. Pro sanctorum tuoꝝ prothi ꝛ iacincti tibi domine cōmemoratione munera que debemus exsoluimus/ presta quesumus: vt remediū nobis perpetue salutis operentur. Per dominum nostrū iesun christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. Cōio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt deus tēptauit eos: tanq̄ aurum in fornace pbauit illos. ꝛ quasi holocausta accepit illos. Postcō. Percepta nobis domine tua sancta purificent: et prothi ꝛ iacincti quesum⁹ iploret oratio. Per dn̄m nr̄m iesū christum filium tuum. Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In exaltatione sancte crucis. Ad missam. Introitus.



Nos autē gloria ri oportet: i cruce dn̄i nostri iesu christi in quo est salus vita/ et resurrectio nostra per quē saluati ꝛ liberati sum⁹. ps. Deus misereat nostri ꝛ bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū sup nos: ꝛ misereat nostri. Oro. Deus qui vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi: precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propicius: vt qui ad adorandā viuificam crucē adueniunt/ a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per dominum nostrū iesum

¶ Lectio epistole beati pauli apostoli. Ad philippenses. secundo.

Fratres. Hoc sentite in vobis quod et in christo iesu. Qui cum in forma dei esset/ nō rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens/ in similitudinem hominum factus ꝛ habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem: mortē autem crucis. Propter quod et deus illum exaltauit ꝛ donauit illi nomen quod est super omne nomen vt in nomine iesu om̄e ~~iesu~~ [+genu] flectatur: celestium terrestrium. et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus iesus christus: in gloria est dei patris. Rn̄. Christus factus est pro nobis obediēs vsq; ad mortem: mortem autem crucis. V. Propter quod ꝛ deus exaltauit illum: et dedit illi nomē quod est sup om̄e nomē.

Alleluya. V. Dulce lignū dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regē celorū et dominū. Prosa. Laudes crucis. vts in inuētione. iij. maij. Scdm Johēm. iij.

IN illo tempore. Erat homo ex phariseis nichodemus nomine: princeps iudeorum Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit iesus: et dixit ei. Amen amē dico tibi: nisi quis nat⁹ fuerit denuo nō potest videre regnū dei. Dicit ad eum nichodemus. Quomodo potest homo nasci cū sit senex? Nunquid potest in vētrem matris sue iterato introire & renasci? Respōdit iesus. Amen amē dico tibi: nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne: caro est. Et quod natum est ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult spirat: et vocem eius audis: sed non scis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui nat⁹ est ex spiritu. Respōdit nichodemus et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit iesus et dixit ei. Tu es magister in israel: & hec ignoras? Amē amen dico tibi: quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur: et testimoniū nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis & nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descēdit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ut omīs qui credit in ipsum nō pereat: sed habeat vitā eternā. Credo dicitur.

Offr. Dextera domini fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuā: et narrabo opa dñi. Secreta.

IEsu christi dñi nostri corpe saginati/per quē crucis est sanctificatū vexillū q̄s dñe de⁹ noster: vt sicut illam adorare meruimus: ita perennitatis ei⁹ glorie salutaris potiamur effectū. Per d.

Prefatio. Qui salutē humani. Cōio. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorum et dominum alleluya. Postcōio.

QUesumus oīpotens deus: vt quos diuīa tribuis participatiōe gaudere: humanis nō sinas subiacere periculis. Per d.

Ipso die cornelij & cypriani. or.

BEatorū cornelij et cypriani martyrū paritercꝫ pontificum: nos domine quesum⁹ festa tueant: et eorum cōmēdet oratio veneranda. Per dñm nostrum iesum xpm filiū tuū. Qui. Secreta

PLebis tue munera domine benignus intende: que maiestati tue pro sanctorum tuorum cornelij et cypriani solēnitatibus sunt dicata. Per. Postcōio.

SAciati sumus domine muneribus sacris que tāto nobis vberius credimus profutura: quanto tantis hec meritis intercedentibus martyrum nos percepisse confidimus. Per dominum nostrū iesum christū filium tuū.

¶ Scti nichomedis mar. Offiñ.

Letabitur iust⁹ in dño et sperabit i eo: ⁊ laudabunt oēs recti corde. ps. Exaudi de⁹ oratio nem meā cū deprecor: a timore iimici eripe aīam meā. Oratio.

Adesto dñe populo tuo vt beati nichomedis martyris tui merita preclara suscipiēs/ ad ipetrandā misericordiā tuā sē per eius patrociniis adiuuemur: et meritis. Per dñm. Epła. Beatus vir qui iuētus. fo. iiij. R. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit in dño dñi. V. Ad annūciandū mane misericordiā tuā et veritatē tuā per noctē. Alła. V. Letabit iustus in dño et sperabit in eo: et laudabuntur oēs recti corde. Euāge. Si qs vult venire. fo. v. Offr. Gloria ⁊ honore coronasti eū: ⁊ cōstituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Suscipe dñe munera propicius oblata que maiestati tue bti nichomedis martyris tui cōmendet oratio. Per. Cōio. Posuisti domine in capite eius: coronam de lapide precioso. Postcōio.

Purificēt nos dñe sacramēta que sumpsim⁹: et intercedente beato nichomede martyre tuo: a cunctis efficiāt viciis absolutos. Per dominū nostrum.

¶ In vigi. scti mathei. Officium

Ego autē sicut oliua fructificaui in domo domini: speraui in misericordia dei mei: et expectabo nomē tuū/ quoniā bonū est ante cōspectū sctōr tuor. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

Da nobis oīpotēs deus: vt bti mathei apłi tui ⁊ euangeliste quā preuenimus veneranda solennitas: ⁊ deuotionē nobis augeat et salutē. Per dñm. Epła. Beatus homo qui inuenit sapiē. in cōi fo. iiij. R. Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. V. Ad annunciādum mane misericordiā tuā: et veritatē tuā p noctē. Alła. V. Justus nō cōturbabitur quia dominus firmat manum eius.

Secundum Lucam. v.

In illo tēpore. Uidit iesus publicanū noīe leui: sedentem ad theloneū et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus: surgēs secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua erat autem turba multa publicanorū: et aliorū qui cū eis erāt discumbētes. Et murmurabāt scribe et pharisei: dicentes ad discipulos suos. Quare cum publicanis et peccatoribus māducatis et bibitis? Et respondens iesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habēt. Non eni veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Offr. Gloria et honore coronasti eum: ⁊ constituisti eū sup opa manuū tuar dñe. Secreta

Apostolice reuerentie culmen offerim⁹ sacris misteriis ībuendū presta qs dñe: vt bti mathei euāgeliste suffragiis cui⁹ natalicia preuenimus: hec plebs tua semp et sua vota depromat et desideria percipiat. Per d. Cōio. Posuisti domine in capite eius: coronam de lapide precioso. Postcōio.

Beati mathei euãgeliste q̃s dñe suppli catiõe placat⁹: ꝛ veniam nobis tri bue: et remedia sempiterna cõcede. Per dñm no.

In die scti mathei. Introitus.



Michi aũt nimis honorati sũt amici tui de⁹: nimis cõfortatus est principatus eorũ. Ps. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionem meam. Oratio.

Beati mathei euãgeliste domine precibus adiuuemur vt quod possibilitas nostra nõ obtinet: eius nobis intercessione donetur. Per do. Ad ephesios. iiij.

Fratres. Unicuiqꝫ nostrũ data est gratia scdm mensuram donatiõis xpi. Propter qd dixit. Ascendẽs in altũ captiuam duxit captiuitatẽ dedit dona hoibus. Quod autẽ ascendit quid est nisi quia et descẽdit primũ in inferiores partes terre. Qui descẽdit ipse est: et q̃ ascẽdit sup oẽs celos: vt adipleret omnia. Et ipse dedit quosdã quidẽ apostolos. quosdã autẽ pphetas. alios vero euãgelistas. alios autẽ pastores et doctores. ad cõsummationẽ sanctoꝝ in opus ministerij: in edificationem corporis christi. donec occurram⁹ oẽs in vnitatẽ fidei et agnitionẽ filij dei. In virũ pfectũ: ꝛ mensurã etatis plenitudinis christi: domini nri. R. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos: ꝛ super arenã multiplicabunt. Alla. V. Non vos me elegistis sed ego vos elegi ꝛ posui vos vt eatis et fructũ afferatis: et fruct⁹ vester maneat. Prosa. Iocũdare. in cõi fo. ij. Scdm Matheum. ix.

In illo tempore. Cum transiret iesus vidit hominẽ sedentem in theloneo matheũ nomine: et ait illi. Sequere me. Et surgens secut⁹ est eum. Et factũ est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum iesu ꝛ discipulis eius. Et videntes pharisei: dicebãt discipulis ei⁹. Quare cum publicanis et peccatorib⁹ manducat magister vester? At iesus audiens: ait. Non est opus valentibus medicus: sed male habẽtibus. Euntes autem discite quid est misericordiã volo: et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed pctõres. Offr. In omnẽ terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Supplicationibus apostolicis beati mathei euangeliste quesumus ecclesie tue domine cõmendetur oblatio: cui⁹ magnificis predicationibus eruditur. Per dominũ. Cõio. Uos qui secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit domin⁹.

Postcõ. Perceptis domine sacramentis beato matheo apostolo tuo et euangelista/ interueniente depcamur: vt que pro eius celebrata sunt gloria nobis proficiant ad medelam. Per dominũ nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum.

Mauricij sociorumqꝫ eius. Ad missam. Officium.

Intret in ꝯspectu tuo dñe gemit⁹ ꝯpeditoꝝ: redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eoꝝ: vindica sanguinē sanctorū tuoꝝ qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuā: polluerunt templū sanctum tuū: posuerunt hierusalem in pomorū custodiā. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus. vt nos sanctorū martyrū tuorū mauricij exuperij candidi victoris innocentij atqꝫ vitalis ac sociorum eorundem letificet festiua solēnitas: vt quoꝝ suffragijs innitimur: natalicijs glriemur. Per dominū. Epistola. Sācti per fidem. fo. vj. ℟. Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluya. ℣. Justi epulentur et exultent in conspectu dei: delectentur in leticia. Euāgelium Uidens iesus turbas. in cōi folio. viij. Offꝫ. Mirabilis de⁹ in sanctis suis deus israel: ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue bn̄dict⁹ deus alleluya.

Respice dñe munera que in passione sctōꝝ tuorum mauricij exuperij candidi/victoris/innocētij/et vitalis ac sociorum eorundē cōmemoratione deferim⁹: ꝯ presta vt quorū honore sunt grata. eorū nobis fiant intercessione ppetua. Per. Secreta. Cōio.

Posuerunt mortalia seruorum tuorū dñe escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre: scdm magnitudinē brachij tui posside filios mortipunitorū.

Celestibus refecti sacramētis et gaudijs sup- Postcō.

plices te rogam⁹ domine: vt quorum gloriamur triumphis protegamur auxilijs. Per dn̄m nr̄m.

¶ Cosme et damiani mr. Offiu.



Salus autē iustorum a domino: et protector eoꝝ est in tēpore tribulationis. ps. Noli emulari in malignātibus: neqꝫ ꝫelaueris faciētes iniquitatē. Oratio.

Magnificet te domine sanctorum martyꝝ tuoꝝ cosme et damiani beata solennitas: qua et illis gloriā sempiternam ꝯ opem nobis ineffabili prouidētia contulisti. Per. Epistola. Stabūt iusti. in cōi fo. vj. ℟. Uindica dn̄e sanguinem sanguinem sanctoꝝ tuorum qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorum tuoꝝ escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorū tuoꝝ bestijs terre. Alla. ℣. Fulgebūt iusti et tanꝗ scintille in arundineto discurrēt in eternū. Euangeliū Hec mādo vobis. in cōi fo. ij. Offꝫ. Gloriabūtur in te oēs qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedixisti iusto. domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

In tuorū dn̄e preciosa morte iustorū sacrificium illud offerimus: de quo martyriū sumpsit omne initiū. Per dn̄m. Cōio.

Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormētum malicie. visi sunt oculis insipiētium mori: illi autem sunt in pace. Postcōio.

Sit nobis dn̄e sacramenti tui certa libatio: que cum beatorū martyrū tuorū cosme et damiani meritis implorat. Per

dominũ nostrũ iesum. ¶ Sancti michaelis archãgeli. Introitus.



Benedicite domi num omnes angeli eius poten- tes virtute q̇ fa- citis verbũ eius ad audiendã vo cem sermonum eius. ps. Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini san- cto eius. Gloria patri.

Oratio.

Deus q̇ miro ordine ange- lorũ ministeria hominũq dispẽsas: cõcede ppicius. vt quib⁹ tibi ministrãtibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita no- stra muniat. P. Lectio libri apo- calipsis beati iohãnis apli. j.

Omps sempiterne deus: qui in sanctis pcipue laudaris/ et mirabiliter pdicaris: tribue nobis qs hodiernã diẽ in honore sancti cõfessoris tui atqȝ põtific claudij digne celebrare: qua membris exutus corporeis/ celestib⁹ meruit exultare sacramentis. Per dominum nostrũ. Cõio. Gloriose presul christi claudi sanctissime: duc nos tecum quo iuisti post christum pijssime: itercede pro nostra omniũqȝ salute. Postcõio.

Deus q sanctã nobis hui⁹ diei solẽnitatẽ/ in honore scti claudij cõfessoris tui atqȝ pontificis consecrasti: adesto familie tue precib⁹/ ⁊ dona vt cui⁹ festa celebramus: eius meritis ⁊ auxilio subleuemur. Per dñm nrm iesum.

¶ Finis sanctoralis.



Incipit cōe sanctoꝝ. Et primo In vigilia vnius apli. Introitus



Ego autem sicut oliua fructifica ui in domo dñi spe raui in mia dei mei: et expecta bo nomē tuū qm̄ bonū est ante cō spectū sctōꝝ tuoꝝ. ps. Bonū est ↄfite ri dño: et psallere noi tuo altissime. Oro

Quesumus oṕs deus vt qui beati. N. apostoli tui nata licia deuot ieiunijs et orationibꝰ preuenimus. ꝛ annua solēnitate le temur/ et tante fidei proficiamus exemplo. Per dñm. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xlv.

Benedictio dñi super caput iusti. Ideo dedit illi heredi tatē: et diuisit illi partē in tribu bus duodecim: et inuenit gratiā in cōspectu oīs carnis. Et magni ficauit eū in timore inimicoꝝ: et in vbis suis mōstra placauit. Glori ficauit illū in cōspectu regum: et ostendit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sctm̄ fecit illū: ꝛ ele git eum ex omni carne. Dedit illi precepta et legē vite et discipline: et excelsū fecit eū. Statuit illi te stamentū eternū: et circuncinxit eū zona iustitie. Et induit eū dñs: corona glie. R. Iustus vt palma flo rebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annūciandū ma ne miam tuam: et veritatē tuā per noctē.

Secundum iohannem. xv.

In illo tp̄e. Dixit iesus disci pulis suis. Ego sū vitis ve ra: et vos palmites. Qui manet in me et ego in eū: hic fert fructū multū: quia sine me nichil pote stis facere. Et si q̄s in me non mā serit: mittet foras sicut palmes ꝛ arescet. Et colligēt eū et in ignem mittēt/ ꝛ ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manse rint: quodcūqꝫ volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meꝰ: vt fructū plurimū afferatis/ et efficiamini mei disci puli. Sicut dilexit me pater/ et ego dilexi vos. manete i dilectiōe mea Si precepta mea seruaueritis: ma nebitis in dilectione mea. Sicut et ego precepta patris mei serua ui: et maneo in eius dilectiōe. Hec locutus sū vobis: vt gaudiū meū in vobis sit: et gaudiū vestrū im pleatur. Offr. Gloria et honore co ronasti eū et constituisti eū sup opera ma nuum tuarum domine. Secreta.

Hostia quesumus dñe quā sacri. N. apostoli tui nata licia preueniendo offerimꝰ. ꝛ vin

cula nostre prauitatis absoluat / et tue nobis mie dona conciliet. Per dñz. Coio. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorē impones super eum dñe. Postcõio.

Quesumus dñe salutarib⁹ repleti misterijs: vt cuius solēnia antecedimus / eius orõni bus adiuuemur. P. ¶ In natali vni⁹ apli vel plurimoꝝ. Introit⁹



Michi aũt nimis hono rati sunt amici tui de us / nimis cõfortatus est principatus eoꝝ. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem me am et resurrectionem meam. Oratio.

Omnipotens sempiterne de us qui huius diei veneran dam sanctãqꝫ letitiam in bti apo stoli tui. N. festiuitate tribuisti. da ecclesie tue quesumus: et ama re quod credidit / et predicare quod docuit. Per. Ad ephesios. ij.

Fratres. Jam non estis ho spites et aduene: sed estis ci ues sctõꝝ et domestici dei. Super edificati sup fundamentũ aploꝝ et prophetarũ: ipso sũmo angula ri lapide xpo iesu. Jn quo oĩs edi ficatio constructa: crescit in tẽplũ sctm̃ in dño. Jn quo et vos coedifi camini in habitaculum dei: in spi ritu sancto. Ad corinthios. ij. j.

Fratres. Bñdictus deus et pater dñi nostri iesu xpi pa ter miarũ et deus totius cõsolatio nis: qui cõsolatur nos in oĩ tribu latione nr̃a: vt possimus et ipsi cõso lari eos qui in oĩ pssura sũt per ex hortationẽ qua exhortamur et ipsi a deo. Qm̃ sicut abundant passio nes xpi in nobis: ita et per xpz abũ dat etiã consolatio nr̃a. Siue aũt tribulamur pro vestra exhortati one et salute: siue consolamur pro vestra cõsolatione: siue exhorta mur pro vestra exhortatione et sa lute / que operatur tollerantiã ea rundẽ passionũ quas et nos pati mur: vt spes nostra firma sit pro vobis. Sciẽtes quoniã sicut socij passionum estis: sic eritis et con solationis. Jn christo iesu domino nostro. Ad ephesios. j.

Fratres. Bñdictus deus et pater dñi nr̃i iesu xpi q̃ be nedixit nos in oĩ bñdictione spiri tali in celestibus in christo. Sicut elegit nos in ipo ante mũdi consti tutionẽ: vt essemus sãcti et imma culati in cõspectu eius in caritate Qui predestinauit nos in adopti onẽ filioꝝ per iesum xpm in ipsũ secundũ ꝓpositũ volũtatis sue in laudẽ glie gratie sue / in qua gra tificauit nos ĩ dilecto filio suo / in quo habem⁹ redemptionem / per sanguinem eius remissionẽ pecca torũ / secũdum diuitias gratie sue q̃ supabũdauit in nobis. Per iesũ xpz dñz nr̃z. Ad romanos. viij.

Fratres. Scimus qm̃ dili gẽtibus deum omnia coo perantur in bonũ / his qui secun dum propositũ vocati sunt sancti Nam quos presciuit / et predestina uit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipe primogenit⁹ in mul tis fratribus. Quos autẽ predesti nauit: hos et vocauit. Et quos vo cauit: illos et iustificauit. Quos autẽ iustificauit: illos et magnifi cauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec?

Si de⁹ pro nobis: quis cõtra nos? Qui etiam proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo nõ omnia etiã cũ illo nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? De⁹ qui iustificat: quis est qui cõdemnet? Jesus qui mortuus est: imo qui et resurrexit: qui est ad dexterã dei: qui etiã iterpellat p nobis. Quis ergo nos seperabit a caritate christi? Tribulatio an angustia / an persecutio / an fames / an nuditas / an periculũ / an gladius sicut scriptũ est Quia ppter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superam⁹ / ppter eũ qui dilexit nos. Certus sũ eni: quia neq mors / neq vita / neq angeli / neq principatus / neq potestates / neq virtutes / neq instãtia neq futura / neq fortitudo / neq altitudo / neq profundũ / neq creatura alia poterit nos separare a caritate dei: que est in xpo iesu domino nr̃o. ℟. In omnẽ terrã exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorũ. ℣. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuũ eius annũciat firmamẽtum. ℟. Constitues eos principes sup omnem terrã memores erũt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij ppterea populi confitebũtur tibi. ℟. Nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis cõfortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et sup arenã multiplicabũtur. Alleluya. ℣. Stabũt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt. All'a. ℣ Tu es petrus et super hãc petram edificabo ecclesiam meam. All'a. ℣. Cũ sederit fili⁹ hominis in sede maiestatis sue tũc dicet illis qui a dextris eius erũt: venite bñdicti patris mei: percipite regnũ cum gaudio magno. All'a. ℣. Beatus es symon petre quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater me⁹ qui est in celis. All'a. ℣. Nimis honorati sũt amici tui de⁹: nimis cõfortat⁹ est pricipatus eorũ. All'a. ℣. Te glorios⁹ aplorũ chor⁹: laudat exercit⁹. All'a. ℣. Non vos me elegistis sed ego vos elegi et posui vos vt eatis et fructũ afferatis: et fruct⁹ vester maneat. Alleluya. ℣. Per manus aũt apostolorũ fiebãt signa et prodigia multa in populo. All'a. ℣. Prim⁹ ad syon dicet ecce adsum et hierusalem euangelistam dabo.

Prosa nisi habeat proprium.

Clare sanctorũ senat⁹ apostolorũ pnceps orbis terrarũ rectorq regnorũ. Ecclesiarũ mores et vitã moderare. Que p doctrinã tuam fideles sunt vbiq Antiochus et remus concedunt tibi petre regni solium. Tirãnidem tu paule alexãdrinam inuasisti greciã. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere Qui maculas nesciẽs aliquas vestisti candido Thoma bartholomee iohãnes philippe symõ. Iacobiq pariles: andrea thadee dei bellatores incliti. En vos oriens et occidens immo teres mundi circulus se patres habere gaudent et expectãt iudices. Et idcirco mũdus omnis laudes vobis et honorem sanctis debitũ supplex impendit. Amen. Prosa de euangelistis.

Iocundare plebs fidelis cuius pater est i celis / recolẽs ezechielis prophete pconia. Est iohannes testis ipsi / dicẽs in apo-

calipsi vere vidi vere scripsi/ vera testimonia. Circa thronum maiestatis cũ spiritibus beatis quattuor diuersitatis astãt animalia. Formam primũ aquilinam/ et secundum leoninã: sed humanã et bouinã duo gerũt alia. Forme formant figurarum formas euangelistarũ quorũ imber doctrinarũ stillat in ecclesia. Hi sũt marcus et matheus: lucas et quẽ zebedeus pater misit tibi deus dum laxaret rethia. Formam viri dãt matheo quia scripsit sic de deo: sicut descendit ab eo/ quem plasmauit hominem. Lucas bos est in figura/ vt demonstrat in scriptura/ hostiarum tangens iura legis sub velamine. Marcus leo p desertum/ clamans rugit in apertũ iter facit deo certum/ mundũ cor a crimine. Sed iohannes ala bina caritatis aquilina forma fertur in diuina puriori lumine. Quattuor describũt isti quadriformes actus xpi et figurãt vt audisti quisq sua formula. Nat⁹ homo declaratur vitulus sacrificatur leo mortem depredatur et ascendit aquila. Ecce forma bestialis quã scriptura prophetalis notat sed materialis: hec est impositio. Currunt rotis volãt alis visus lux est discretalis rota sensus litteralis ala cõtemplatio. Paradisus his rigatur viret floret fecundatur his habũdat his letatur quattuor flu minibus. Fons est xpus hi sunt riui/ fons est alt⁹ hi procliui vt saporem fontis viui ministrent fidelibus. Horũ riuo debriatis sitis crescat charitatis vt de fonte deitatis satiemur plenius. Horum trahat nos doctrina viciorum desentina: sicq ducat ad diuina ab ymo supius. Scdm iohãnẽ. xv.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptum meũ vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos. Maiorẽ hãc dilectionem nemo habet: vt animam suam ponat quis pro amicis suis Vos amici mei estis: si feceritis q̃ ego precipio vobis. Iam non dicã vos seruos: quia seru⁹ nescit quid faciat dñs ei⁹. Vos autẽ dixi amicos: quia omnia quecũq audiui a patre meo: nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructũ afferatis/ et fruct⁹ vester maneat. Ut q̃dcũq petieritis patrẽ ĩ noĩe meo: det vobis. Scdm matheũ. x.

In illo tẽpore. Dixit ies⁹ discipulis suis: Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut colũbe. Cauete autẽ: ab hominibus. Tradent enim vos in cõciliis: et in synagogis suis flagellabunt vos Et ante reges et presides ducemini propter me: in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur eni vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spirit⁹ patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: et pater filium. Et insurgent filij in parentes: et morte eos afficiẽt Et eritis odio omnibus hominibus:

propter nomen meum. Qui autē perseuerauerit vsq; in finē: hic sal uus erit. Scd'm iohannem. xv.

In illo tēpore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Hec mādo vobis: vt diligatis inuicem. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mūdo non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerūt et vestrū seruabūt. Sed hec omnia facient vobis: propter nomē meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem et locut⁹ fuissem eis: peccatum non haberent. Nunc autem: excusationē non habent de pctō suo. Qui me odit: et patrem meū odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberēt. Nunc autem et viderūt et oderūt et me et patrem meū. Sed vt impleatur sermo: qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Secundū lucam. x.

In illo tēpore. Designauit dominus iesus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suā: in omnē ciuitatem: et locum quo erat ipse ventur⁹. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarij vero pauci. Et dicebat illis. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos iter lupos Nolite ergo portare sacculū: neq; peram/ neq; calciamenta: ⁊ neminem p viā salutaueritis. In quācunq; domū intraueritis: primū dicite. Pax huic domui Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illū pax vr̄a Sin autē/ ad vos reuertet. In eadē autē domo manete: edētes et bibētes q̄ apud illos sūt Dign⁹ est eni operarius mercede sua. Secundum matheum. x.

In illo tēpore. Accessit ad iesum mater filiorū zebedei cum filijs suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hij duo filij mei: vnus ad dexterā tuam ⁊ alius ad sinistrā in regno tuo. Respondens aūt iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Et ait illis Calicem quidem meū bibetis: sedere autē ad dexteram meam/ et ad sinistram: non est meum dare vobis. sed quibus paratū est a patre meo. Et audientes decē: indignati sunt de duobus fratribus Iesus autem vocauit eos ad se: ⁊ ait illis. Scitis quia principes gētium dominantur eorū: ⁊ qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister Et qui voluerit inter vos prim⁹ esse: erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari: sed ministrare. Et dare animam suam: redemptionem pro multis.

Secundun iohannem. xv.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitē in me nō ferentē fructum: tollet eum. Et omnem qui fert fructū: purgabit eū vt fructum plus afferat. Jam vos mundi estis: propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso/ nisi manserit in vite: sic nec vos/ nisi in me manseritis. Ego sū vitis: ꝛ vos palmites. Qui manet in me et ego in eum: hic fert fructum multum: quia sine me nichil potestis facere. Et si quis in me non manserit mittet foras sicut palmes/ et arescet. Et colligent eum: et in ignē mittēt et ardet. Si manseritis in me: et verba mea in vobis manserint: quodcunqꝫ volueritis petetis: ꝛ fiet vobis. ¶ Nota quod in quolibet festo apostolorū dicitur Credo. Offer. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. Offer. Cōstitues eos principes super omnem terrā memores erunt nominis tui domine: in omni progenie et generatione. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum ꝛ i fines orbis terre verba eorū. Secre. Suscipe domine propiti⁹ orationem nostram cum oblationibus hostiarum: et apostoli tui N. deprecatiōe/ pietati tue perfice benignus acceptam. Per dominum. ¶ Nota q̄ in omni festo aplo℞ dicit Prefatio Te dñe suppliciter exorare. Coio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia ꝛ secuti estis me: centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Coio. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiā meā. Coio. Uos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iudicātes duodeci trbus israel dicit dñs. Postcoio. Uotiua dñe dona in bti apostoli tui N. gloriosa celebritate percepimus: quesumus vt eius precibus/ et presentis nobis vite presidium/ ꝛ eterne tribuas conferri letitiam. Per dñm.

¶ In natali vni⁹ marty. Intro.

Letabitur iustus in domino ꝛ sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. ps. Exaudi deus orationem meā cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Gloria. Alius.

In virtute tua domine letabitur iustus et sup salutare tuum exultabit vehementer desiderium anime eius tribuisti ei. ps. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Gloria patri. Alius Introitus.

Protexisti me deus a cōuentu malignantiū alleluya. a multitudine operantium iniquitatem alleluya alła. ps. Exaudi deus orōnē meā cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Alius.

Iustus vt palma florebit/ sicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Alius.

Iustus non cõturbabit qa domin⁹ firmat manũ eius tota die miseretur et comodat. & semẽ eius in benedictiõe erit ineternũ conseruabitur. ps. Noli emulari in in malignantibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Gloria. Alius.

Gloria & honore coronasti eum: & cõstituisti eũ super opera manuũ tuarũ. ps. Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui beati N. martyris tui natalicia colim⁹. intercessione eius in tui nois amore roboremur. P. do. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xiiij.

Beatus vir qui in sapientia morabitur: & qui in iusticia meditabitur: & in sensu cogitabit circũspectionem dei. Cibabit illũ pane vite et intellectus: & aqua sapientie salutaris potabit illũ. Et firmabitur in illo et non flectetur et continebit illum et non confundetur: et exaltabit illũ apud proximos suos. Et noie eterno hereditabit illũ: dñs de⁹ noster. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxxi.

Beatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurum non abijt nec sperauit in pecunie thesaur. Quis est hic et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probat⁹ est in illo & perfectus inuentus est: & erit illi gloria eterna. Qui potuit transgredi et non est transgress⁹: facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illi⁹ in domino: et elemosinas illi⁹ enarrabit: oĩs ecclia sctõr. Lec. ii sapiẽtie. iiij.

Iust⁹ si morte pͦccupat⁹ fuerit in refrigerio erit. Senect⁹ eni venerabilis est / nõ diuturna: neq3 numero annorũ cõputata. Cani eni sũt sensus hominis: & etas senectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus: & viuens inter peccatores translatus est. Rapt⁹ est ne malicia mutaret sensũ eius: aut ne fictio malicie deciperet animam eius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: et inconstantia concupiscentie transuertit sensum sine malicia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erit domino: anima illius. Propter hoc properauit de medio iniquitatum illum educere. Populi autẽ vidẽtes et nõ intelligentes: nec ponentes in precordijs sui s talia: quoniã misericordia dei et gratia in sanctos illi⁹. Et respectus: in electos illius. Lectio libri sapientie. Prouerbiorum. iij.

Beatus homo qui inuenit sapientiam: & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negociatione argenti et auri primi: et purissimi fructus eius Preciosior est cunctis opib⁹ / & omnia que desiderantur / huic non valet comparari. Longitudo dierum in dextera eius: & in sinistra illius diuitie et gloria. Uie eius vie pulchre / & omnes semite ei⁹ pacifice. Lignum vite est hijs qui apprehẽderint eam: et qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientia fun=

dauit terram: stabiliuit celos pru dentia. Sapientia illius erupe= rūt abyssi: et nubes rore ꝯcrescūt. Ad tymotheum. secunde. ij.

Carissime. Memor esto do= minum nostrum iesū chri= stum resurrexisse a mortuis ex se mine dauid secundum euangeli= um meum / in quo laboro vsqꝫ ad vincula: quasi male operās. Sed verbum dei: non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter ele= ctos: vt et ipsi salutem consequan tur. que est in christo iesu: cū glo= ria celesti. Tu autem assecutꝰ es meam doctrinam: institutionem propositum / fidem / longanimita tem / dilectionem / pacientiā / per= secutiones / passiones / qualia mi= chi facta sunt anthiochie / ichonie lystris / quales persecutiōes susti= nui: ⁊ ex omnibꝰ eripuit me domi nus. Et omnes qui volunt pie vi= uere in christo iesu: persecutionē patiunt. Ad timotheū. ij. ij.

Carissime. Nemo militans deo / implicat se negocijs se cularibus: vt ei placeat cui se pro= bauit. Nam et qui certat in ago= ne: non coronabitur. nisi legitti= me certauerit. Laborantem agri colam / oportet primum de fructi bus percipere. Intellige que dico Dabit enim tibi dominus: in om nibus intellectū. Memor esto do= minum nostrum iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangelium me um / in quo laboro vsqꝫ ad vincula quasi male operans. Sed verbū dei: non est alligatum. Ideo oīa sustineo propter electos: vt et ipsi gratiam cōsequātur. Que est in christo iesu: dn̄o nostro. Lectio li= bri sapientie Prouerbiorū. xj.

Expectatio iustorum letitia spes autem impiorum pe= ribit. Fortitudo simplicis via do= mini: et pauor hijs qui operantur malum. Iustus ineternum nō cō mouebitur: impij autē ineternū non habitabūt in terra. Os iusti parturit sapientiam: lingua pra= uorum peribit. Labia iusti consi= derant placita: et os impiorū per uersa. Simplicitas iustorum diri get eos: stulticia peruersorum va stabit eos. Iustitia rectorum libe rabit eos: et in insidijs suis. capi= entur iniqui. Iustus de angustia liberatus est: et tradetur impius p eo. Simulator ore decipit ami= cum suum: iusti autem liberabū= tur scientia. In bonis iustorū ex= altabitur ciuitas: et in perditione impiorum erit laudatio. In bene dictione iustorum: exaltabitur ci uitas. ℟. Posuisti domine super ca= put eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei: et vo luntate labiorum eius non fraudasti eū. ℟. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius: generatio rectorū benedicetur. ℟. Iustus vt palma flore bit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum ma ne misericordiam tuam: et veritatem tuā per noctem. ℟. Iustus non conturba= bitur: quia dominus firmat manum eiꝰ. ℣. Tota die miseretur et commodat: et se men eius in benedictione erit. Prosa.

Alleluya. Organicis ca= namus modulis: in N. so

lemnia. Omnigenis domino vocibus / reddentes odas debitas. Qui in suis sāctis mirabilis nimis multiplici virtutū flore eos decorat ac mirifice adornat. Nā et in ipsis quasi quibusdam musicis instrumentis digito proprio fides agitat / fides virtutum sonora. Has vniuerse percurrens singula. Permiscet sigulis diatessaron mellifluam melodiā. Quā generat v̄tutū mater illa. Que alijs decenter composita generat suauem symphoniam. Qua sine cuncta fiunt dissona: necnon ⁊ friuola. Qua cum omnia fiunt consona necnon vtilia. Qua iusti bene morati / rite petētes excelsa. Poli sydera alacres decantāt noua cantica in cythara treicia. Quorum agentes festa: consorcia mereamur in celesti patria. Amē. Vacāte all'a dicit' Tract⁹.

Desideriū anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eū in benedictiōe dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Alleluya. ℣. Beat⁹ vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Alleluya. ℣. Preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius. Alleluya ℣. Sancti tui domine benedicent te gloriam regni tui dicent. Alleluya. ℣. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. Alleluya. ℣. Posuisti domine super caput eius coronā de lapide precioso. Alleluya. Letabitur iustus in domino ⁊ sperabit i eo: ⁊ laudabunt oēs recti corde. All'a. ℣. Just⁹ nō conturbabit' quia dn̄s firmat manum eius. Secundum iohannem. xij.

In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Amen amē dico vobis. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit / ipsum solum manet. Si autē mortuum fuerit: multum fructū affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mūdo: in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sū ego: illic et minister me⁹ erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus: qui est in celis. Secundum matheū. xvi.

In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Si qs vult post me venire: abneget semetipsum ⁊ tollat crucē suā: et sequatur me. Qui eni voluerit aiaʒ suā saluā fecere: ꝑdet eā. Qui aūt ꝑdiderit aiam suā ꝓpter me / iueniet eā. Quid eni ꝓdest homini si mūdum vniuersū lucret': aie vero sue detrimentū patiatur? Aut quam dabit homo cōmutationē pro aia sua? Filius enim hominis venturus est in glia patris sui cum angelis suis: et tunc reddet vnicuiqꝫ scd̄m opera sua Amen dico vobis sūt quidā de hic stantibus qui nō gustabunt mortem / donec videāt filium hominis. venientem in regno suo. Secūdum lucam xiiii.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrē suum: ⁊ matrē / et vxorē / ⁊ filios / ⁊ fratres ⁊ sorores adhuc aūt ⁊ aiaʒ suā: nō potest me⁹ esse discip'lus. Et q̇ nō baiulat crucem suam ⁊ venit post me: nō potest me⁹ esse discipulus.

Quis enim ex vobis volens turri edificare: nonne prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sũt si habeat ad perficiendũ? Ne postea᷈ posuerit fundamentum et nõ potuerit perficere: omnes qui viderint eum/ incipiãt illudere ei dicentes Quia hic homo cepit edificare: et non potuit consummare. Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus alium regem: nonne prius sedẽs cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei: qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agẽte/ legationem mittẽs rogat ea que pacis sũt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus q̃ possidet: nõ potest me⁹ esse discipulus. Scđm matheũ x.

In illo tempore. Dixit ies⁹ discipulis suis. Nolite arbitrari. quia venerim pacem mittere in terram. Non enim veni mittere pacem: sed gladiũ. Ueni enĩ seperare hominem aduersus patrem suum: et filiam aduers⁹ matrem suam: et nurum aduersus socrum suã: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrẽ aut matrem plus q᷈ me: non est me dignus. Et qui amat filiũ aut filiam super me/ non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me: non est me dign⁹/ Qui inuenit animam suam: perdet eã. Et qui pdiderit animã suam propter me: inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustũ in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicũq᷈ potum dederit vni ex minimis meis calicẽ aque frigide tantum: in nomine discipuli Amen dico vobis: nõ perdet mercedem suã. Scđm lucam. xxi.

In illo tempore Dixit iesus discipl'is suis. Ponite in cordibus vestris nõ p̃meditari: quẽadmodum respondeatis Ego enĩ dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. Tradimini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominib⁹: propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In paciencia vestra: possidebitis animas vestras. Offer. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eũ super opera manuum tuarum dñe. Offer. In virtute tua dñe letabitur iustus: et super salutare tuũ exultabit vehementer desideriũ anime eius tribuisti ei. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tua domine et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alleluya alleluya. Offer. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauim⁹ et delectati sumus al'la. Offer. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Offer. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso vitã petijt a te tribuisti ei al'la. Secre

Presentia domine munera quesumus ita serena pietate intuere: vt sancti spirit⁹ perfundantur benedictione: et in nostris cordibus eam bñdictionẽ validi⁹ infũdãt/ p quã sãct⁹ martyr

N. omnia corporis tormenta devicit. Per dominum nostrum. eiusdem. Coio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso.

Coio. Qui vult venire post me: abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. Coio. Letabitur iust9 in domino et sperabit in eo: et laudabuntur oẽs recti corde all'a all'a. Coio. Ego sum vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eum: hic fert fructum multum all'a alleluya. Coio. Magna est gl'ia ei9 in salutari tuo: gl'iã et magnũ decorẽ ipones super eũ dñe. Postcoio

Sumpsimus domine sancti N. martiris tui solẽnitate celestia sacramenta/ cuius suffragijs quesum9 largiaris: vt quod tẽporaliter gerimus: eternis gaudijs consequamur Per dñm.

Plurimor martyr. Introit9.

Intret in cõspectu tuo domine gemit9 cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum/ vidica sanguinẽ sanctorum tuorũ qui effusus est. ps. Deus venerunt gẽtes in hereditatem tuam polluerunt templũ sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorũ custodiam. Alius Introitus

Sancti tui domine benedicẽt te/ gloriam regni tui dicent alleluya. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Alius.

Clamauerũt iusti et dominus exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ps. Benedicam dominum in omni tempore: semp laus ei9 i ore meo. Alius

Ecce oculi domini super metuentes eum ꝛ in eis qui sperant super misericordia eius alleluya: vt eripiat a morte aĩas eorũ: quoniam adiutor et protector noster est all'a alleluya. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Alius.

Sapientiam sanctorum narrant populi et laudẽ eorum nunciat ecclesia nomina autem eorum viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Vel. Iusti autem imperpetuum viuent: et apud dominum est merces eorum. Alius Introitus.

Salus autem iustorum a dño et protector eorũ est in tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Alius Introitus

Loquetur dominus pacem in plebem suam: et super sanctos suos ꝛ in eos qui conuertũtur ad eum. ps. Benedixisti domine terrã tuã auertisti captiuitatem iacob. Alius.

Multe tribulationes iustorum: et de his oĩbus liberauit eos dominus dominus custodit omnia ossa eorum vnum ex his nõ cõteretur. ps. Benedicam dominũ in omni tẽpore: sẽper laus ei9 i ore meo. Alius

Iudicant sancti gentes ꝛ dominantur populis ꝛ regnabit dominus deus illorum imperpetuum. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Alius Introitus.

Laudate pueri dominū laudate nomē domini: qui habitare facit steri lem in domo: matrem filiorū letantē. ps. Exultabūt sancti in gl'ia: letabunt i cubilib9 suis. Alius

Timete dominū omnes sancti ei9: quoniam nichil deest timentib9 eū diuites eguerunt et esurierūt: inquirentes autem dominū non deficient omni bono. ps. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Ali9 Intro.

Iusti epulentur et exultēt i ↄspectu dei/ delectētur in letitia. ps. Exurgat de9 ⁊ dissipent iimici ei9 ⁊ fugiāt q̄ oderūt eū a facie eius. Oro.

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorū. N. et. N. natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Per dominū nostrum. Ad hebreos. xj.

Fratres Sancti per fidem vicerunt regna/ opati sūt iustitiam/ adepti sunt repromissiones. Obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis: effugarunt aciem gladij. Conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterūt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autē distēti sunt non suscipientes redemptionem: vt meliorē inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti: insuper et vincula/ et carceres. Lapidati sunt/ secti9 sunt/ tentati sunt/ in occisione gladij mortui sunt. Circuierūt in melotis: in pellib9 caprinis. Egentes angustiati/ afflicti/ quibus dignus nō erat mūdus. In solitudinibus errātes/ in montibus et in speluncis: et in cauernis terre. Et hij oēs testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu: domino nostro.

Lectio libri sapientie. iij.

Iustorū anime in manu dei sunt: ⁊ non tanget illos tormentum malicie Visi sunt oculis insipientium mori: ⁊ estimata est afflictio exitus illorum. Et quod a nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sūt: spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponentur. Quoniam deus tentauit illos: ⁊ inuenit illos dignos se. Tanq̄ aurum in fornace pbauit illos: et quasi holocausti hostiam accepit illos. Et in tēpore: erit respectus illorum. Fulgebunt iusti: et tanq̄ scintille in arundineto discurrent. Judicabunt nationes et dominabūtur populis. Et regnabit dñs illor: ipᵖetuū. Lectio libri sapiētie. Ecclesiasti. xliiij

Hi sunt viri misericordie: quorum iustitie obliuionē non acceperunt. Cum semine eorum pmanēt bona: hereditas sācta nepotes eorum. Et in testamētis stetit semen eorum: et filij eorū propter eos vsq̄ ineternū manēt. Generatio eorum ⁊ gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorū in pace sepulta sunt: et viuunt nomina eorum in secula. Sapientiam eorum narrant omnes popu-

li: et laudem eorũ annunciat omnis ecclesia sanctorum.

Lectio libri sapientie. x.

REddet deus mercedẽ laborum sanctorum suorũ: et deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: et in luce ~~sagittarum~~ nocte. Transtulit illos per mare rubrũ: et transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare: et ab altitudine inferorum eduxit eos. Ideo iusti tulerũt spolia impiorũ: et decantauerunt domine nomen sanctum tuũ. Et victricem manum tuã laudauerũt pariter: domine deus noster.

Lectio libri sapientie. v.

STabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerũt: et qui abstulerũt labores eorũ. Videntes turbabũtur timore horribili: et mirabuntur in subitatione insperate salutis: dicentes intra se penitentiam agentes: et pre angustia spiritus gemẽtes. Hij sunt quos habuim⁹ aliquando in derisum: et in similitudinem improperij. Nos insensati: vitã illorũ estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sũt inter filios dei: et inter sãctos sors illorum est.

Lectio libri apocalipsis beati iohannis apli. vij.

IN diebus illis. Respondẽs vnus de senioribus: dixit michi. Hij qui sũt amicti stolis albis/ qui sunt: et vnde venerunt? Et dixi illi. Domĩe mi. tu scis? Et dixit mihi. Hij sunt qui venerũt ex magna tribulatione/ et lauerunt stolas suas in sanguine agni: et dealbauerũt eas. Ideo sunt ante thronum dei: et seruiũt ei die ac nocte in tẽplo eius. Et qui sedet in throno: habitat super illos. Non esurient/ neqꝫ sitient ampli⁹/ neqꝫ cadet super illos sol/ neqꝫ vllus est⁹. Quoniã agnus dei qui in medio throni est reget illos: et deducet illos ad vite fontes aquarũ. Et absterget deus omnẽ lachrimã: ab oulis eorũ.

Ad romanos. viij.

FRatres. Quis nos seperabit a caritate christi? Tribulatio/ an angustia/ an persecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculũ/ an gladi⁹? Sicut scriptũ est. Quia ꝑpter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in his omnib⁹ superamus: ꝑpter eum qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neqꝫ mors/ neqꝫ vita/ neqꝫ angeli/ neqꝫ principatus/ neqꝫ potestates/ neqꝫ instãtia/ neqꝫ futura/ neqꝫ fortitudo/ neqꝫ altitudo/ neqꝫ profundũ/ neqꝫ creatura alia: poterit nos separare a caritate dei. Que est in christo iesu dño nostro.

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. ij.

QUi timent dominum: non erũt incredibiles verbo illius. Et qui diligunt illum: cõseruabunt verbũ illius. Qui timent dominum inquirent que placita sunt ei: et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timẽt dominum parauerunt corda sua: et in cõspectu ei⁹ sanctificabũt animas suas. Qui timent dominum custodiunt mandata illius: et pacientiam habebunt vsqꝫ ad cõspe

+ Stelarum

ctionẽ illius. Lectio libri apoca lipsis beati iohannis apli. viij.

Absterget deus omnem lachrimã ab oculis sanctorũ suorum: ꝛ iam mors vltra non erit/neqꝫ luctus/neqꝫ clamor/neqꝫ dolor erit vltra q̃ prima abierunt Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio oĩa. Et dixit Scribe quia hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit mihi. Factum est. Ego sum alpha et oo: iniciũ et finis. Ego sitiẽti dabo de fõte aque viue gratis. Qui vicerit: possidebit hec. Et ero illi deus: et ipse erit michi filius. Ad hebreos. x.

Fratres. Rememoramini pristinos dies in quibus illuminati: magnũ certamen sustinuistis passionum. In altero qui dẽ obprobrijs ꝛ tribulationibus: spectaculum facti. In altero autem socij: taliter conuersantium effecti. Nam et vinctis compassi estis: et rapinam bonorũ vestrorum cũ gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorẽ et manentẽ substãtiã Nolite itaqꝫ amittere confidẽtiam vestrã: que magnã habet remũerationẽ. Paciẽtia enĩ vobis necessaria est: vt volũtatẽ dei faciẽtes reportetis promissionẽ. Adhuc enĩ modicũ aliquãtulumqꝫ qui venturus est veniet: et non tardabit. Justus autem meus: ex fide viuit. Lectio libri sapientie. Prouerbio. xv.

Lingua sapientium ornat scientiam: os stultorũ ebullit stultitiam. In omni loco: oculi dñi cõtemplantur bonos et malos. Lingua placabilis lignũ vite: que autem immoderata est/cõteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibꝰ impij perturbatio. Labia sapientiũ disseminabunt sciẽtiam: cor stultorum dissimile erit. Victime impiorum abhominabiles dño: vota iustorũ placabilia. Qui sequitur iustitiam: diligitur a dño. Lectio libri sapientie. v.

Justi imperpetuum viuent et apud dominũ est merces eorum: et cogitatio eorũ apud altissimum. Ideo accipient regnũ decoris: ꝛ dyadema speciei de manu domini. Quoniã dextera sua teget eos: et brachio sancto suo defendet illos Accipient armaturã zeli illius: et armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induant pro thorace iustitiam: et accipient pro galea iudicium certum Sument scutum inexpugnabile equitatem: ibũt directe promissiones. Et ad certum locum deducet illos dominus deus noster. ℟.

Gloriosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicos. ℟. Justorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. ℟. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorũ escas volatilibus celi carnes sanctorũ tuorum bestijs terre. ℟. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium. ℣ꝰ. Laqueus contritus est: et nos liberati sumus: adiutoriũ nostrum in nomine domini: qui fecit celũ

et terram. ℟. Ecce q̄ bonum et q̄ iocū dum habitare fratres i vnū. ℣. Sicut vnguentū in capite/ quod descēdit in barbam barbā aaron. ℟. Exultabūt sancti in gl'ia letabūtur in cubiculis suis. ℣. Cātate dn̄o canticū nouū: laus eius i ecclesia sctōꝝ. ℟. Timete dn̄m omnes scti eius: qm̄ nichil deest timentib⁹ eū. ℣. Inquirētes autē dn̄m nō deficient omni bono. ℟. Preciosa in ꝯspectu dn̄i moꝛs sctōꝝ ei⁹. ℣. Credidi ꝑpter quod locutus sum ego autē humiliatus sum nimis. ℟. Clamauerūt iusti ⁊ dn̄s exaudiuit eos: et de omnibus tribulationibus eoꝝ liberauit eos. ℣. Iuxta est dn̄s hijs qui tribulato sunt coꝛde: et humiles spū saluabit. Alleluya. ℣. Sancti tui dn̄e bn̄dicēt te: gloꝛiā regni tui dicēt. Alleluya. ℣. Gaudete iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Alla. ℣. Preciosa in conspectu dn̄i: moꝛs sanctoꝝ eius. Alleluya. ℣. Te martyꝛum candidatus: laudet exercitus dn̄e. Alla. ℣. Mirabilis dn̄s noster in sanctis suis. Alla. ℣. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei delectētur in letitia. Alleluya. ℣. Fulgebūt iusti et tanq̄ scintille in arūdineto discurrent ineternum. Alleluya. ℣. Isti sūt due oliue et duo candelabꝛa lucentia ante dn̄m habent potestatem claudere celū nubibus et aperire poꝛtas eius/ quia lingue eoꝛum claues celi facte sunt. Alleluya. ℣. Laudate pueri dn̄z: laudate nomen dn̄i. Alleluya. ℣. Iudicabūt sancti nationes et dominabuntur populis ⁊ regnabit illoꝝ rex ineternū. Pꝛosa.

Alleluya. Mirabilis de⁹ in sanctis: mirabilia dās magnifica. Qui fide p̄clara: vicerūt mūdi grauissima pericula. Iudicum minas: verbera ⁊ blādicias. Contēnentes mēte robusta: verissimo fuderunt regi animas. Ergo triūphāt: laurea cōpti capita. Secuti recti vestigia agni sigular' iā xp̄i sacrata. Qui assidue melliflua dant cātica: ei⁹ pꝛedulcissima pleni gl'ia. Quoꝝ celebrātes solemnia: cōsoꝛtio iungi quo mereamur chꝛistus annuat. Qui nostra est gl'ia. Amē.

Uacāte Alla. dicitur Tractus.

Qui semināt in lachꝛimis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibāt et flebant mittentes semina sua. ℣. Ueniētes autē venient cū exultatione: poꝛtātes manipulos suos. Scd̄m matheum. v.

In illo tempoꝛe. Uidens iesus turbas: ascendit in mōtem. Et cum sedisset: accesserūt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsoꝝ est regnum celoꝛum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrā. Beati qui lugent: qm̄ ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabuntur. Beati misericoꝛdes: quoniā ipsi miaz consequentur. Beati mundo coꝛde: qm̄ ipsi deū videbūt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Beati qui persecutionē patiunt ꝑpter iustitiam: quoniam ipsoꝝ est regnum celoꝛum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines: et persecuti vos fuerint: et dixerint omne malū aduersum vos mentientes pꝛopter me. Gaudete et exultate: quoniā merces vr̄a: multa est in celo. Scd̄m lucam. vj.

In illo tēpoꝛe. Descendens iesus de monte: stetit in loco cāpestri et turba discipuloꝛum

eius et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et hierusalē ⁊ maritima et tyri et sydonis: qui venerant vt audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibꝰ immundis: curabātur. Et omnis turba querebat eum tāgere: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes spiritu: qm̄ vestrū est regnū dei Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint homines: et cū separauerint vos et exprobrauerit vos: et eiecerint nomen vestrum tanq̄ malū ꝑpter filiū hominis. Gaudete in illa die: et exultate. Ecce enī merces vestra: multa est in celo.

Secundum lucam. xij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorum: quod est ipocrisis. Nichil autem opertum quod non reueletur: neq̄ absconditum quod non sciatur. Qm̄ que in tenebris dixistis: in lumine dicētur. Et quod in aure locuti estis in cubiculis: ꝑdicabitur in tectis. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab his qui corpus occidūt: ⁊ post hec nō habent amplius quid faciant. Ostendā autē vobis: quem timeatis. Timete eum qui postq̄ occiderit: habet potestatē mittere ī gehennā. Ita dico vobis: hūc timete. Nōne quinq̄ passeres veneunt dipondio: et vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed et capilli capitis vestri: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico aūt vobis oīs quicunq̄ cōfessus fuerit me corā hominibus: et filius hominis cōfitebitur illū: coram angelis dei.

Secundum lucam. xxj.

In illo tēpore Dixit iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet hec primū fieri: sed nōdū stati finis Tūc dicebat illis Surget gēs ꝯtra gentē: ⁊ regnū aduersꝰ regnū: et terremotꝰ magni erūt per loca / ⁊ pestilētie et fames: terroresq̄ de celo / et signa magna erūt Sed āte hec oīa inicient vobis manꝰ suas: et ꝑsequentur tradētes vos in synagogas ⁊ custodias: trahentes ad reges et presides ꝑpter nomen meū: Continget autē vobis in testimoniū. Ponite ergo in cordibus vrīs: nō premeditari queādmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiā: cui non poterunt resistere et contradicere oēs aduersarij vestri. Trademini autē a parentibus et fratribus ⁊ cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus: propter nomen meū. Et capillus de capite vestro: nō peribit In paciencia vestra: possidebitis aīas vestras

Scd̄m matheū. x.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Nichil opertum quod non reueletur: et occultum quod nō sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumīe. Et quod in aure auditis: predicate sup tecta. Et nolite timere eos

qui occidunt corpus: animam autem nō possunt occidere. Sed potiꝰ eū timete: qui potest aīam et corpus perdere in gehennam. Nō ne duo passeres asse veneūt: ꝛ vnꝰ ex illis non cadet super terram sine patre vr̄o? Vestri autē et capilli capitis oēs nūerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ meliores estis vos. Omnis enim qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo: qui in celis est.

Secundum lucam. xj.

In illo tempore Dixit iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini ꝙ consentitis operibus patrū vestrorum. Quoniam quidem ipsi eos occiderunt: vos autem edificatis eorū sepulchra. Propterea et sapientia dei dicit. Mittam ad illos prophetas et apostolos et ex illis occident et persequentur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum: qui effusus est a constitutione mundi a generatiōe ista: a sanguine abel iusti: vsꝗ ad sanguinem zacharie filij barachie: q̄ periit inter altare et edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatiōe. Ve vobis legisperitis: q̄a tulistis clauem scientie. Ipsi non introistis: ꝛ eos qui introibāt prohibuistis. Cum hec ad illos diceret. ceperunt pharisei et legisperiti grauiter insistere: et os eius deprimere de multis insidiantes ei. Et querētes aliquid capere de ore eius: vt accusarent eum.

Secundum marcum. xiij.

In illo tempore. Egrediente iesu de tēplo: ait illi vnꝰ ex discipulis suis. Magister / aspice quales lapides et quales structure. Et respondens iesus: ait illi. Vides has magnas oēs edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem: qui non destruat. Et cum sederet in montē oliuarū contra templū: interrogauerunt eū separati petrus et iacobus iohānes et andreas. Dic nobis quādo ista fient et quod signū erit: et quādo hec oīa incipiēt cōsūmari. Respondēs iesꝰ cepit dicere illis. Diuisio. Videte ne quis vos seducat. Multi eni venient in noīe meo: dicētes q̄a ego sū: ꝛ multos seducēt. Cū audieritꝭ ꝑlia ꝛ opiniones bellorꝫ: ne timueritꝭ. Oportet eni hec fieri: sed nondū stati finis. Exurget aūt gens cōtra gentē: ꝛ regnū aduersꝰ regnū: et terremotus erūt per loca ꝛ fames. Initiū dolorū hec. Videte aūt vosmetipsos. Tradēt eni vos in cōsilijs: et in synagogis vapulabitꝭ. et āte reges ꝛ ꝑsides stabitis ꝓpter me: in testimoniū illis. Et in oēs gentes: primū oportet ꝑdicari euangeliū. Et cū duxerint vos trahentes: nolite excogitare quid loquamini. Sed quod datū fuerit vobis in illo hora: id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autē frater fratrē in mortē: ꝛ pater filiū. Et isurgēt filij i parētes: ꝛ morte eos afficiēt. Et eritꝭ odio oībꝰ hoībꝰ ꝓpter nomē meū. Qui autē sustinuerit

vsq; in finem hic saluus erit.

Secundum lucam. x.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis Qui vos audit: me audit. Et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit: spernit illũ qui me misit Reuersi sunt autẽ septuaginta duo cum gaudio dicẽtes. Dñe etiã demonia subiciunt nobis in nomine tuo: Et ait illis. Uidebã sathanam: sicut fulgur de celo cadentẽ Ecce dedi vobis potestatem calcãdi super serpentes & scorpiones: & super omnes virtutes inimici: et nichil vobis nocebit. Ueruntamẽ in hoc nolite gaudere: quia spũs vobis subiciuntur. Gaudete aũt qa noĩa vestra scripta sũt in celis.

Secundum matheum. x.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Cũ psequẽtur vos in ciuitate vna: fugite in aliam. Amen dico vobis: nõ consũmabitis ciuitates israel: donec veniat filius hominis. Nõ est discipulus super magistrum: nec seruus super dñm suũ. Sufficit discipulo vt sit sicut magister ei⁹: et seruo vt sit sicut dñs ei⁹. Si patrẽfamilias beelzebuth vocauerũt: quãto magis domesticos ei⁹ Ne ergo timueritis eos. Nihil enĩ opertũ est quod nõ reueleť: et occultũ quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod i aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus: aĩaʒ autẽ nõ possunt occidere. Sed poti⁹ eũ timete: qui potest aĩam et corpus perdere in gehennã. Nonne duo passeres asse veneũt: et vnus ex illis non cadet super terrã sine patre vestro: Uestri aũt capilli capitis: oẽs numerati sũt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Ois ergo qui confitebitur me coram hoĩbus: cõfitebor & ego eũ corã patre meo qui in celis est.

Secundũ lucam. viij.

In illo tpe. Loquente iesu ad turbas ecce mater ei⁹ et fratres stabant foris querẽtes loqui ei. Dixit autẽ ei quidã. Ecce mater tua et fratres tui foris stãt querẽtes te. At ipse respondẽs dicẽti sibi ait. Que est mater mea: & q̃ sunt fratres mei: Et extendens manũ in discipłos: dixit. Ecce mater mea et frẽs mei. Quicũq; enĩ fecerit volũtatẽ patris mei q̃ misit me: ipse meus frater et soror et mater est.

Secundũ matheũ. xix

In illo tpe. Accesserũt ad iesum pharisei: tentãtes eũ & dicẽtes. Si licet homini dimittere vxorem suã quacunq; ex causa Respondens iesus: ait illis. Non legistis quia qui fecit hominẽ ab initio masculũ & feminã fecit eos Et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem: et adherebit vxori sue. Et erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus cõiunxit: homo non separet. Dicũt ei. Quid ergo moyses mandauit dare libellum repudij et dimittere: Ait illis. Quoniã moyses ad duritiam cordis vestri: pmisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicunq; dimise

Tua domine propiciatione et beate marie semper virginis intercessiõe ad perpetuam atq presentem hec oblatio nobis conferat ad prosperitatem et pacem Per dñm. Coio. Beata viscera marie virginis que portauerũt eterni patris filium. Postcõmunio.

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs da qs. btẽ marie semper virginis nos patrociniis vbiq protegi / in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dñm nostrum.

¶ Sequũtur orões cõmunes. Et primo de sctis in ecclia qescẽtibꝰ.

Propiciare qs domine nobis famulis tuis per sanctorum tuorum quorũ reliquie in presenti requiescũt ecclesia merita gloriosa. vt eorum pia intercessiõe ab omnibus semper ptegamur aduersis. Secreta.

Suscipiat clementia tua qs domine de manibꝰ nostris munus oblatum: et per horũ sanctorũ tuorũ oratiões ab oibꝰ nos emũdet peccatis. Per. Postcoio.

Diuina libãtes misteria qs domine vt eorum vbiq intercessio nos protegat / quorũ hic sacra gaudemus habere patrocinia. P. ¶ De oibus sctis. Oratio.

Concede qs ops deꝰ: vt intercessio nos sãcte dei genitricis marie. sãctarũq omnium celestium virtutũ et beatorum patriarcharũ prophetarũ apostolorum / martyrum / cõfessorum / virginũ / et omnium electorum tuorum vbiq letificet. vt dũ eorum merita recolimus patrocinia sẽtiamꝰ. Per eundẽ. Secreta

Oblatis quesumus dñe placare muneribus et intercedẽte btã dei genitrice maria cum oibus sctis a cunctis nos defende

periculis. Per eundē. Postcōio

Sumpsimus dn̄e btē marie sēper virginis ꝛ oīm sctōꝝ tuoꝝ memoriā recolentes sacramēta celestia ꝛ pstātes vt qd̄ tpaliter gerimus eternis gaudijs cōsequamur. Per. Pro cōgregatiōe

Omnipotens sēpiterne deus: q̄ facis mirabilia magna sol⁹ ōptende sup famulos tuos ꝛ sup cūctas cōgregatiōes illis cōmissas spiritū gratie salutaris: ꝛ vt inveritate tibi complaceāt perpetuū eis rorē tue bn̄dictiōis infūde. P do. in vnitate eiusdē. Secre

Hostias dn̄e famuloꝝ tuorū placat⁹ intēde. vt quas in honore noīs tui deuota pro eis offerim⁹ mēte/ pficere sibi sētiāt ad medelam. Per. Postcōio.

Quos celesti dn̄e recreasti munere ppetuo comitare psidio. ꝛ quos fouere nō desinis dignos fieri sēpiterna ptectiōe ꝯcede. P. Pro tēptatiōe carnis Orō

Ure igne sancti spūs renes nostros et cor nostrū domine. vt tibi casto corpore seruiamus: ꝛ mūdo corde placeam⁹ Per dominū eiusdē. Secreta.

Dirūpe dn̄e vineula pctōꝝ nostroꝝ ꝛ vt sacrificare tibi hostiā laudis absoluta libertate et munda mente possimus/ tribue que āte tribuisti. ꝛ salua nos per indulgentiā quos dignat⁹ es saluare per grām. Per. Postcōio

Domine adiutor ꝛ protector noster. in tribulatiōib⁹ obsecram⁹ imensā clementiā tuā et pietatē/ vt per auxiliū grē tue refloreat caro nr̄a vigore pudicitie ꝛ sāctimonie nouitate: vt zona castitatis succicta. lorica fidei circūdata ereptaqꝫ de manu tartari/ in resurrectione iustoꝝ eterna gaudia te largiēte percipiat. Per dn̄ꝫ

¶ Pro quacunqꝫ tribulatione.

Ineffabilē miām tuam nobis dn̄e clemēter ostēde. vt simul nos et a pctīs oībus exuas et a penis quas pro his meremur eripias: et pacē tuā nr̄is cōcede tēporibus. Per. Secreta.

Purificet nos dn̄e q̄sumus muneris presentis oblatio et dignos nos sacra participatione perficiat. Postcōmunio.

Presta q̄s dn̄e/ vt terrenis affectib⁹ expiati/ ad superni plenitudinem sacramēti cuius libauimus sctā tendamus. Per.

¶ Pro petitione lacrimarum.

Omnipotens pijssime de⁹ q̄ sitiēti ppło fōtē viuēt aque de petra pduristi: educ de cordis nr̄i duritia ꝯpūctiōis lacrimas vt pctā nr̄a plāgere valeam⁹ remissionēqꝫ peccatoꝝ te miserante cōsequi mereamur. P do. Secreta.

Hanc oblationē q̄s dn̄e de⁹/ quā tue maiestati pro peccatis nostris offerimus propici⁹ respice ꝛ produc de oculis nostris flumina lacrimarum quibus debita flammarū incendia valeant extingui. Per. Postcōmunio.

Corpore ꝛ sāguine tuo saciati q̄s dn̄e. vt pro pctīs nr̄is cōpūctionē mētis et corporis atqꝫ flumina lacrimarū largiar: quatinus ꝛ hic ꝛ in futuro celestē cōsolationem mereamur. P dn̄m.

¶ Pro rege. Oratio.

QUesumus ops deus. vt famulus tuus rex noster q tua miseratiõe regni suscepit gubernacula/ vtutũ etiã oim pcipiat incremẽta. qbus decẽter ornatus & vicio rũ mõstra deuitare & hostes superare. et ad te q via & veritas & vita es graciosus valeat peruenire. Per dominum. Secreta.

MUnera qs dñe oblata sctifica vt & nobis vnigeniti tui corpus et sanguis fiãt et regi nr̃o ad obtinendã aie corporisq3 salutẽ et ad peragẽdũ iniũctũ officiũ. te largiente vsq3quaq3 proficiant Per eundem. Postcõmunio.

HEc dñe oblatio salutaris famulũ tuũ regẽ nr̃3 ab oibus tueatur aduersis/ quatinus & ecclesiastice pacis obtineat trãquillitatẽ. & post istius tpis decursum ad eternã pueniat hereditatẽ. P dñ3 nostrum iesum christum.

Missa familiaris. Oratio.

DEus cui omne cor patet & omnis volũtas loquitur et quẽ nullũ latet secretũ per infusionem sancti spũs purifica cogitationes cordis nostri. vt perfecte te diligere: et digne laudare mereamur. P. do. Secreta.

HEc oblatio dñe deus cordis nr̃i maculas emũdet vt sãcti spũs digna efficiatur habitatio. P dñm. eiusdem. Postcoio.

COncede qs ops deus spiritũ nos sctm̃ votis promereri sedulis quatinus eius gr̃a ab oibus liberemur tentationibus et peccatorũ nostrorũ indulgẽtiam percipere mereamur. P dominũ eiusdẽ. De caritate. Oratio.

DEus q caritatis dona per grãm scti spũs tuorũ cordibus fideliũ infudisti: da famulis et famulabus tuis pro quibus tuã depcamur clemẽtiã salutẽ mẽtis & corporis: vt te tota vtute diligãt et q tibi placita sũt tota dilectiõe pficiãt P eiusdẽ. Secre.

MIserere qs dñe deus famulis & famulabus tuis p qbus hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati vt per hec sctã supne bñdictiõis grãm obtineãt: et gloriam eterne beatitudinis acquirant. Per. Postcõmunio.

DIuina libantes misteria qs dñe vt hec salutaria sacramenta illis pficiãt ad psperitatẽ & pacẽ: pro quorũ quarũq3 dilectione hec tue obtulimus maiestati. P do. Pro iter agentibus

ADesto dñe supplicationibus nostris & viã famulorũ tuorum in salutis tue prosperitate dispone. vt inter oẽs vite et vie huius varietates: tuo sẽper ptegantur auxilio. P. Secre.

HEc oblationis hostia qs domine quã tibi offerimus pro famulis tuis in cõspectu pietatis tue assumat benigne: tuaq3 super eos bñdictio larga descẽdat quatinus psperũ iter agentes tibi dño seruiãt letiores. P do. Postcoio.

TUa dñe famulos tuos in te sperãtes que sũpsimus sacramẽta custodiãt. et cõtra oẽs aduersantiũ tueant incursus. P.

Missa propria sacerdotis.

OMps sẽpiterne deus q me pctorẽ sacris altaribus astare voluisti / et scti nois tui

laudare potētiā. cōcede q̄so ꝑ hui⁹ v̄tutē sacramēti mihi veniā delictorū. vt grē tue visitatiōe mūdat⁹ tibi idigne valeā ministrare. P. Secre.

PEr hui⁹ dn̄e oblationē sacramēti. da mihi supplicādi affectū. ⁊ lacrimosa suspiria. vt ꝑ hec te opitulāte veniā cōsequi delictoꝝ ⁊ requiē merear sēpiternam Per dn̄m. Postcōio.

HUius dn̄e perceptiōe sacramenti mihi famulo tuo virtutē tue benedictionis infunde ꝑ quā sacris tuis misterijs efficiar dignus qui de tua pietate cōfisus frequētare presumo indignus. P

Alia pro sacerdote.

OMps sēpiterne deus / tue grē pietatē supplici deuotiōe deposco vt oīz maloꝝ meorū vincula soluas cunctisq̄ meis criminib⁹ ⁊ pctīs clemēter ignoscas ⁊ q̄a me indignū et pctōrē ad ministeriū tuū vocare dignat⁹ es sic me ydoneū tibi ministrū efficias. vt sacrificiū de manib⁹ meis placide ac benigne suscipias electorūq̄ sacerdotū me pticipē facias ⁊ de p̄ceptis tuis i nullo me oberrare permittas. Per. Secreta.

DEus qui te precipis a peccatoribus exorari tibiq̄ sacrificiū ɔtriti cordis offerri hoc sacrificiū qd̄ indignis manib⁹ meis offero acceptare dignare / ⁊ vt ip̄e tibi hostia et sacrificiū esse merear miserat⁹ cōcede quo ꝑ ministeriū huius exhibitionē / oīm pctōꝝ meoꝝ pcipiā remissionē. Postcō.

HUi⁹ mihi dn̄e pceptio sacramēti sit pctōꝝ meoꝝ remissio ⁊ tue pietatis oblata ppitiatio. vt per hec te opitulāte efficiar sacris misterijs dign⁹ q̄ de tua pietate cōfisus frequētare p̄sumo indign⁹. P.

Ad pluuiā postulandā.

DEus in quo viuim⁹ mouemur ⁊ sumus. pluuiā nobis tribue ɔgruētē: vt p̄setib⁹ subsidijs sufficiēter adiuti sēpiterna fiducialī⁹ appetam⁹. Secre.

OBlatis dn̄e placare mūerib⁹ ⁊ oportunū nobis pluuie tribue sufficiētis auxiliū et aridā terre faciē fluētis celestib⁹ dignāter ifūde. Postcō.

DElicta fragilitatis nr̄e dn̄e q̄s / ꝑ hec sctā q̄ sūpsimus miseratus absolue et aquaꝝ subsidia p̄be celestiū q̄bus terrene cōditio vegetata te donāte subsistat.

Ad serenitatē po.

AD te nos clamātes dn̄e exaudi ⁊ aeris serenitatē nobis tribue supplicātib⁹ vt q̄ pro pctīs nr̄is iuste affligimur / mia tua p̄ueniēte clemētiā sentiamus. Secre.

PReueniat q̄s dn̄e nos grā tua sēp ⁊ subsequat ⁊ has oblatiōes quas ꝑ peccatis nr̄is noī tuo ɔsecrādas deferim⁹ benign⁹ assume: vt per intercessionē sctōꝝ tuoꝝ cūctis nobis p̄ficiāt ad salutem. P. Postcōio.

PLebs tua capiat dn̄e sacre b̄ndictiōis augmētū et copiosis b̄nficioꝝ tuorū subleuetur auxilijs que tantis precātiū intercessionibus adiuuetur. Per dn̄m nostrum iesum christum.

Ad tempestatem repellendā.

A domo tua q̄s dn̄e spiritales neq̄tie repellāt ⁊ aerearū discedat malignitas tempestatum. P dn̄m. Secreta

Offerim⁹ dñe laudes tibi et muñera pro ɔcessis bñficijs gr̃as referẽtes ⁊ p ɔcedẽdis semp suppliciter deprecãtes. P. Postco

Omnipotens sẽpiterne deus q̃ nos ⁊ castigando sanas ⁊ ignoscẽdo ɔseruas p̃sta supplicib⁹ tuis vt et tranquillitatibus huius optate cõsolatiõis letemur et dono tue pietatis semper vtamur. P.

Pro sancta ecclesia. Oratio.

Ecclesie tue q̃s dñe p̃ces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatib⁹ et errorib⁹ vniuersis secura tibi seruiat libertate. Secre.

Protege nos dñe q̃s tuis misterijs seruiẽtes vt diuinis rebus ⁊ corpore famulemur et mente. P. Postcoĩo.

Quesum⁹ dñe de⁹ noster vt quos diuina tribuis pticipatiõe gaudere / hũanis nõ sinas subiacere periculis. Pro infirmo

Omnipotens sẽpiterne de⁹ salus eterna credentiũ. exaudi nos p famulo la tuo a: p quo a mie tue iploram⁹ auxiliũ vt reddita sibi sanitate gr̃az tibi in ecclia tua referat actionẽ. Secre.

Deus cuius nutib⁹ vite nr̃e momẽta decurrũt suscipe p̃ces et hostias famuli le tui e pro quo a miam tuã egrotãte iploramus vt de cui⁹ piculo metuimus de ei⁹ sanitate letemur. Postcoĩo

Deus infirmitatis humane singulare presidiũ auxilij tui super infirmũ am nostrũ am ostende virtutem. vt ope mie tue adiutus a ecclesie tue sãcte incolumis representari mereat. P.

¶ Pro defunctis. Introitus.



Requiem eternã dona eis dñe et lux ppetua luceat eis. Ps. Aie eoz in bonis demorent et semen eoz̃ hereditet terrã. Oro.

Quesumus dñe vt aie famuli le tui e cuius obit⁹ tui diẽ cõmemoramus / sctõz̃ tuoz̃ largiri digneris ɔsortiũ ⁊ rorẽ et mie tue perhennem infunde. Per do.

Pro episcopo vel sacerdote. Oro.

Deus q̃ iter apostolicos sacerdotes famulũ tuũ põtificali. vel sacerdotali fecisti dignitate vigere. p̃sta q̃s vt eoz quoq3 ppetuo aggregeт ɔsortio. Pro vote

Inclina dñe aurẽ tuã ad preces nr̃as qb⁹ miaz tuã supplices dep̃camur. vt aiaз famuli tui / quã de hoc sc̃lo migrare iussisti. i pacis ac lucis regiõe ɔstituas ⁊ sctõz tuoz iubeas esse ɔsortẽ P. Lcõ li. apo. bti iohis apli. xiiij

In dieb⁹ illis. Audiui vocẽ de celo dicẽtẽ mihi. Scribe bti mortui q̃ in dño moriũт Amodo eni iã dicit sp̃us vt requiescãt a laboribus suis. Opa eni illoz̃ sequunт illos. Ad corinthios. xv

Fratres. Ecce misteriũ vobis dico. Oẽs quidẽ resurgemus: sed nõ oẽs imutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autẽ mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui script⁹ est. Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimul⁹ tuus?

Stimul⁹ aũt mortis: pctm̃ est. virtus vero pcti lex. Deo aũt grãs. q̃ dedit nobis victoriã. Per iesũ xp̃m dñz nr̃z. Ad thessalonicẽses. iiij.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormiẽtib⁹ vt nõ cõtristemini sicut et ceteri qui spẽ nõ habẽt. Si eni credim⁹ q̃ iesus mortuus est ⁊ resurrexit: ita ⁊ deus eos q̃ dormierũt per iesũ adducet cũ eo. Hoc eni vobis dicim⁹ in v̄bo dñi: q̃a nos q̃ viuimus q̃ residui sum⁹: in aduẽtu dñi nõ pueniem⁹ eos q̃ dormierũt. Qm̃ ipse dñs in iussu ⁊ in voce archãgeli ⁊ in tuba dei descẽdet de celo: ⁊ mortui q̃ in xp̃o sũt resurgẽt primi Deinde nos q̃ viuimus q̃ relinquimur simul rapiemur cũ illis in nubib⁹ obuiã xp̃o in aera: ⁊ sic semper cũ dño erim⁹ Itaq̃ ꝯsolamini inuicẽ in v̄bis istis. Ad corinthios j. xv

Fratres. Si in hac vita tãtũ in xp̃o sperãtes sumus miserabiliores sum⁹ oĩbus hoĩb⁹ Nũc aũt christ⁹ resurrexit a mortuis: primitie dormiẽtiũ. Qm̃ quidẽ per hoĩem mors: ⁊ per hoĩez resurrectio mortuorũ Et sicut i adã oẽs moriũtur: ita et in christo oẽs viuificabũtur. Vnusquisq̃ aũt in suo ordine. Per iesũ xp̃m dñz nr̃z.

℟. Qui lazarũ resuscitasti a monumẽto fetidũ tu eis dñe dona requiẽ ⁊ locũ indulgẽtie. ℣. Requiẽ eterna dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. Prosa.

De ꝓfũdis clamãtes: audi christe nr̃as voces: in celesti curia. Pro defũctis fidelibus orat mater nunc oĩbus te supplex ecclesia. Fiãt ergo intẽdẽtes/ vt audiãt tue aures/ hec nr̃a suffragia. Vox hec orat rex glorie/ fidelibus vt hodie concedas remedia. Peccatores quãuis sum⁹/ sustinere non possumus si obserues vicia. Fiãt tamẽ salutaris q̃ offertur nũc a nobis pro defunctis hostia. Hanc quã patri obtulisti offerimus ⁊ nos ipi sit eis ꝓpicia. Propici⁹ esto eis solue vincla iesu reis in tua potẽtia. Propter legẽ quã dedisti/ te sustinent quos fecisti/ auerte supplicia. In te credũt in te sperãt ad te tendũt ⁊ suspirant de fecis miseria. In te die i te nocte in te mane ⁊ vespere sit eis fiducia. Sit apud te quã rogam⁹ pro hijs quib⁹ supplicam⁹ pietatꝭ copia. Vt redimas eos xp̃e supplex rogat chor⁹ iste ab omni miseria Reginarũ imperatrix tua roget te genitrix fiat horũ ipetratrix/ q̃ rogam⁹ maria. Bone iesu rex glorie oẽs scti p̄cipue te rogãtes sic hodie pro eorũ venia. Qui per crucẽ exaltatus/ pctõrũ est misertus audi p̄ces quas deuot⁹/ ad te clamat noster cetus/ cum mia. Per te vĩcla cõfringantur porte mortis destruãtur diaboli cõfundant: ⁊ aĩe cõsequẽtur sẽpiterna gaudia. Amẽ. In lxx. Tractus.

De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã: ℣. Fiãt aures tue itẽdẽtes in orationẽ serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe: domine q̃s sustinebit. ℣. Quia apud te ꝓpiciatio est ⁊ ꝓpter legẽ tuã sustinui te domine.

Secundum iohannem. xj.

In illo tempore. Dixit martha ad iesũ. Domine: si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia

quecunq; popoſceris a deo / dabit tibi deus. Dixit illi ieſus. Reſurget frater tuus Dixit ei martha. Scio q̄a reſurget in reſurrectiōe: in nouiſſīo die. Dixit ei ieſ⁹. Ego ſū reſurrectio et vita. Qui credit in me: etiā ſi mortu⁹ fuerit viuet. Et oīs qui viuit ⁊ credit in me: nō morietur ineternū. Credis hoc? Ait illi. Utiq; dn̄e. Ego credidi q̄a tu es chriſt⁹ filius dei viui. qui in hunc mundum veniſti.

Secuddum iohannem. vj.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſū panis viuus q̄ de celo deſcēdi. Si quis mā ducauerit ex hoc pane / viuet ieternū Et panis quem ego dabo caro mea eſt p̄ mūdi vita Litigabāt ergo iudei adiuicē dicētes. Quōdo poteſt hic nobis carnē ſuam dare ad mādučādū. Dixit ergo eis ieſ⁹ Amē amen dico vobis niſi manducaueritꝭ carnē filij hoīs ⁊ biberitis ei⁹ ſanguinē nō habebitis vitā in vobis. Qui mādūcat meam carnē ⁊ bibit meū ſāguinē: habet vitā eternā Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſīo die. Scd̄m iohannē v

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. ⁊ turbis iudeoꝝ Sicut pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ fili⁹ quos vult viuificat. Neq; eni pater iudicat quēq̄ / ſed omne iudicium dedit filio: vt oēs honorificēt filiū ſicut honorificāt p̄rem. Qui nō honorificat filiū nō honorificat patrē q̄ miſit illū. Amē amē dico vobis: q̄a q̄ verbū meū audit ⁊ credit ei qui miſit me: habet vitā eternā. Et in iudiciū nō veniet: ſed tranſiet de morte ad vitā. Scd̄m iohannē. vj.

In illo tp̄e Dixit ieſus turbis iudeorū. Amē amē dico vobis: niſi mādūcaueritꝭ carnē filij hoīs / ⁊ biberitis ei⁹ ſāguinē: nō habebitis vitā in vobis. Qui mā ducat meā carnē / ⁊ bibit meū ſanguinē: habet vitā eternā. Et ego reſuſcitabo eū: in nouiſſimo die.

Offr. Dn̄e ieſu chriſte rex glīe libera a'as oīū fideliū defūctoꝝ de manu ifernī ⁊ de p̄fūdo lacu libera eas de ore leonis ne abſorbeat eas tartar⁹ ne cadāt i obſcura tenebrarū loca: ſed ſignifer ſctūs michael rep̄ſentet eas in lucē ſāctā quā oli abrahe p̄miſiſti ⁊ ſemini ei⁹. V. Hoſtias ⁊ preces tibi dn̄e offerim⁹. Tu ſuſcipe pro aiabus illis quarū hodie memoriā agimus fac eas dn̄e de morte trāſire ad vitā ſāctā quā oli abrahe p̄miſiſti ⁊ ſēmi ei⁹. Secr

Adeſto dn̄e ſupplicatiōib⁹ nr̄is et hāc oblatione quā tibi offerim⁹ ob diē depoſitiōis p̄ aīa famuli le tui e placat⁹ ac benignus aſſume. Per. Alia ſecreta pro epiſcopo vel ſacerdote.

Suſcipe q̄s domie pro aīa famuli tui ſacerdotꝭ / hoſtias quas offerim⁹: vt cui ſacerdotale donaſti miſteriū dones ⁊ remediū

Abſolue dn̄e q̄s aīaȝ Alia famuli tui ab omni vinculo delictorū. vt in reſurrectionis gloria inter ſāctos ⁊ electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Coio. Lux eterna luceat eis dn̄e cum ſanctis tuis ineternū quia pius es. Coio. Omne q̄d dat mihi pater ad me veniet: et eū qui venit ad me non eiciā foras. Poſtcoio.

Omnipotēs ſempiterne de⁹ collocare dignare aīam famuli le tui e cuius diē depoſitiōis

celebram⁹/ in sinib⁹ abrahe isaac et iacob: vt cũ dies agnitionis tue aduenerit inter sanctos ⁊ electos tuos eũ eam resuscitari precipias Per dominũ. Alia pro episcopo vel sacerdote. Postcõmunio

Propiciare dñe supplicationibus nostris/ et animam famuli tui sacerdotis in regione viuorum eternis gaudijs iubeas sociari. Per. Alia postcõmunio.

Annue nobis domine: vt anima famuli tui remissionem quam semper optauit mereatur percipere peccatorũ. Per.

¶ Pro femina defuncta. Oro

Quesumus dñe pro tua pietate miserere aĩe famule tue: et a contagijs mortalitatis exutã: in eterne saluatiõis partem restitue. Per. Secreta

His sacrificijs q̃sumus dñe aĩa famule tue a peccatis oĩbus exuatur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placatiõis officia perpetuam miam cõsequatur. Per. Postcoĩo

Inueniat q̃s dñe aĩa famule tue lucis eterne cõsortiũ/ cuius perpetue misericordie cõsecuta est sacramentum. Per.

Pro patre et matre. Oratio

Deus qui nos patrẽ et matrem honorare precepisti. miserere clementer aĩab⁹ patris et matris mee eorũq; pctã dimitte: meq; eos in eterne claritatis gaudio fac viuere. Secreta

Suscipe dñe sacrificium qđ tibi pro animab⁹ patris et matris mee offertur eisq; gaudiũ sempiternum et locum pacis tribue: meq; cum eis sanctorum felicitati coniunge. Per. Postcoĩo.

Celestis participatio sacramẽti q̃s dñe aĩabus patris et matris mee requiem et lucem obtineat perpetuã/ meq; cum illis gratia tua coronet eterna. P.

¶ Pro viuis et mortuis. Oratio.

Omnipotẽs sẽpiterne deus qui viuorũ dñaris simul ⁊ mortuorum: omniumq; misereris quos tuos fide ⁊ ope futuros esse prenoscis te suppliciter exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosq; vel presens seculũ adhuc in carne retinet vel futurum iam exutos corpore suscepit. pietatis tue clementia omnium delictorum suorũ veniam et gaudia consequi mereãtur eterna. Per dñm. Secreta.

Deus cui soli cognit⁹ est numerus electorum in superna felicitate locandus/ tribue q̃sumus vt vniuersorum quos in oratione cõmendatos suscepim⁹/ omnium fidelium nomina beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dominum. Postcoĩo.

Purificent nos q̃s ops et misericors deus: sacramenta que sumpsimus et presta. vt hoc sacrificium non sit nobis reatus ad penam sed intercessio salutaris ad veniam sit ablutio scelerũ/ sit fortitudo fragiliũ/ sit contra mundi pericula firmamentũ/ sit viuorum atq; mortuorum fideliũ remissio omnium delictorũ. Per.

¶ In anniuersario. Oratio.

Deus indulgẽtiarum domine da famulo le tuo e cuius

anniuersarium depositionis diẽ cõmemoramus refrigerij sedem quiet⁊ btitudinẽ luminis claritatẽ. Lcõ libri machabeorũ. ij. xij.

In diebus illis. Uir fortissimus iudas collatiõe facta: duodecim milia dragmas argẽti misit hierosolimã: offerri ea ibi pro peccatis mortuorum. Iuste ⁊ religiose / de resurrectione cogitans. Nisi eñi eos qui ceciderant resurrecturos speraret: supfluũ videretur et vanum orare p mortuis. Et quia considerabat q hij qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluentur. Scdm iohannem vj.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. et turbis iudeorum Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eũ q̃ venit ad me non eiciã foras. Quia descẽdi de celo non vt faciã voluntatẽ meam: sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas ei⁹ qui misit me patris: vt omne qd dedit mihi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouissimo die Hec est autẽ voluntas patris mei qui misit me. vt oĩs qui videt filium et credit in eum: habeat vitã eternã. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Secreta.

Propiciare quesumus domine supplicationibus nostris pro anima famuli le tui tue cuius hodie annua dies agitur. pro qua tibi offerimus sacrificiũ laudis: vt eam sanctorum tuorũ consortio sociare digner⁊. p. Postcõ

Presta quesumus domine vt anima famuli le tui e cuius anniuersarium diem depositionis celebram⁹ his purgata sacrificijs indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam.

¶ Pro congregatione. Oratio.

Deus venie largitor et humane salutis amator: q̃s clemẽtiam tuã: vt nostre congregationis fratres et sorores amicos parentes et bñfactores nostros qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis: ad ppetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum. Secreta.

Deus cuius miẽ nõn est numerus suscipe deprecationem nostram. et animabus quibus tui nominis confessionẽ tribuisti: per hec sacramenta salut⁊ nostre cunctorũ tribue remissionem peccatorum Per. Postcoĩo.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt anime pro quibus hoc sacrificiũ laudis tue obtulimus maiestati/ per huius virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserante recipiãt beatitudinem. ¶ Pro his q̃ in cimiterio requiescunt. Oratio.

Deus cui⁹ miseratione anime fidelium requiescũt famulis ⁊ famulabus tuis omnibus hic et vbiq; in christo quiescentibus da propicius veniam peccatorũ. vt a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine le

tentur. Secreta.

PRo animabus famulorũ famularumqꝫ tuarũ ⁊ omnium catholicorũ dormientiũ hic et vbiqꝫ hostiā domine suscipe benignus oblatā: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrēde mortis exuti: vitam mereantur eternam. Per dominũ. Postcoio.

DEus fidelium lumen animarũ / adesto supplicationibus nostris: et da famulis ⁊ famulabus tuis quorũ corpora hic ⁊ vbiqꝫ in christo requiescunt refrigerij sedē: quietis beatitudinē luminis claritatem. Per dominũ. nostrum. Oratio communis.

FIdelium deus omniũ conditor et redēptor. animabus famulorum famularumqꝫ tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum. vt indulgentiam quā semper optauerunt pijs supplicationibus cōsequantur Qui viuis. Secreta.

HIs quesum⁹ domīe placatus intende muneribus: ⁊ quod ad laudem nominis tui supplicantes offerimus / ad indulgētiam proficiat omnium fideliuꝫ defunctorum Per do Postcoio.

ANimabus quesumus domine famulorum famularumqꝫ tuarum oratio proficiat supplicātium. vt eas et a peccatis omnibus exuas et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas. Alia generalis.

PIetate tua q̄sumus dn̄e / nostrorũ vincula delictorũ absolue: ⁊ intercedente beata et gloriosa semperqꝫ virgine dei genitrice maria cũ omnibus sanctis: nos famulos tuos ⁊ omnem populum catholicum ab omni aduersitate custodi: oēsqꝫ cōsāguinitate ac familiaritate / vel confessione ⁊ oratione nobis iunctos a vicijs omnibus purga: virtutibus illustra pacem ⁊ salutem nobis tribue: hostes visibiles ⁊ inuisibiles remoue: pestem repelle amicis et inimicis nostris veram caritatem largire: et omnibus fidelibus viuis ac defunctis vitam et requiem eternam concede Per eundem dominũ nostrum iesum christum filiũ tuũ. Qui. Secreta

DEus qui singulari corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta. hac oblatione placatus / maculas scelerum nostrorũ absterge: et omnium christianorum viuorum atqꝫ mortuorũ pctā dimitte nobisqꝫ oīb⁹ pmia eterna concede. Qui. Postcoio.

SUmpta sacramenta quesumus domine omnia crimina nostra detergant omnēqꝫ prauitatem ⁊ hostilem impugnationem visibiliũ atqꝫ inuisibiliũ meritis sanctorum omnium a nobis procul repellant: et omnibus fidelibus viuis ac defūctis prosint ad veniā: p quorũquarũqꝫ tibi sunt oblata salute. Per eundē. ¶ Pro desiderātibus penitētiā. Orō.

OMnipotens sēpiterne de⁹ in cuius humana cōditio potestate consistit animā famuli tui ab omnib⁹ absolue peccatis. vt penitentie fructum quē voluntas eius obtinuit preuent⁹ mortalitatꝭ nō pdat. P. Secreta.

Satisfaciat tibi domine q̄s/ pro anima famuli tui sacrificij presentis oblatio. et peccatorum suorum veniam quem quesiuit iueniat: et quod officio lingue implere non potuit/ desiderate penitentie compensatione percipiat. Per dominū. Postcōio.

Deus a quo speratur & datur omne quod bonum est tribue per hec sancta que sumpsimus. vt sicut anime faml'i tui penitentiam velle donasti: sic indulgentiam tribuas misertus optatam. Per dominū nostrum.

Pro papa. Oratio.

Deus omnium fideliū pastor et rector: famulū tuū quem pastorē ecclesie tue preesse voluisti propitius respice: da ei quesum⁹ verbo et exēplo quibus preest proficere. vt ad vitam vna cū grege sibi credito perueniat sēpiternā. Per dn̄m. Secreta.

Oblatis domine placare muneribus: & famulum tuum quem pastorem populo tuo p̄esse voluisti/ assidua protectione guberna. Per dominū. Postcōio.

Hec nos domine quesumus diuini sacramēti perceptio protegat: et famulū tuum quē pastorem ecclesie p̄esse voluisti: vna cū cōmisso sibi grege saluet sēp & muniat. Per do. Alia gn̄alis

Sancte dei genitricis marie et beatorum celestium virtutum sanctorum chorum/ patriarcharum/ prophetarum/ apostolorum/ euangelistarum/ martyrum/ confessorū/ virginum/ atq̄ omnium simul sanctorum tuorum quesumus omnipotens deus meritis ac precibus placatus tribue nobis miam tuā et da populo tuo imobilē fidei firmitatem et pacem. Repelle a nobis hostem famem et pestem: da nobis in tua virtute constantiam et fortitudinē. Immitte hostibus nostris formidinem et inualitudinem: tribue omnib⁹ nobis bona facientibus vite eterne beatitudinem: da inimicis nostris/ et omnibus in christo quiescentibus remissionem peccatorū/ et requiem sēpiternā. Per eundē. Secreta.

In cōspectu maiestatis tue quesumus omnipotēs de⁹ intercedente sancta dei genitrice maria cū omnib⁹ sanctis tuis oblationes nostre et preces acceptabiles ascendāt. & tua propiciatione veniam nobis et pacē tribue: hostem famē & pestem a nobis repelle. fidem spem et caritatem nobis largire defensione tua nos sēper circumtege. hostium nostrorum superbiam et virtutem cōtere. omnibus nobis bona facientibus gratie tue abundātiam tribue: discordantes ad bonam pacē conuerte. defunctis nostris veniam concede. et omnibus fidelib⁹ tam viuis q̄ defunctis vitā sempiternā largire. Per eūdē. Postcōio

Per huius sacramenti misteriū atq̄ virtutē q̄sum⁹ omnipotēs deus: intercedente sācta dei genitrice maria cū omnibus sanctis tuis viciorū nostrorū macule deleātur: et preces nostre in conspectu maiestatis tue acceptabiles inueniātur: popul⁹ tuus

peccatis ⁊ hostibus liberetur. ⁊ fi dei rectitudine roboretur. hostiū nostrorum superbia et fortitudo prosternatur. pestilētia et fames procul pellantur. bona facientes abundantia repleantur. discordā tes in fraternam pacem reuocentur. defuncti nostri requiem cōsequātur: et omnes fideles tui dñe vitam perpetuam adipisci mereantur. Per eundem. Alia.

Pietate tua quesumus domine nostrorum solue vincula delictorum. ⁊ intercedēte pro nobis beata ⁊ gloriosa semperq virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis. dñm papā pōtifices ⁊ abbates nostros et oēs congregationes illis commissas reges et principes nostros et omnem populum catholicum et nos famulos tuos locū istum / atq oīa loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesq affinitate ac familiaritate vel confessione et oratione nobis iunctas a vicijs omnibus purga: virtutibus illustra. pacem et salutē nobis tribue. hostes visibiles et inuisibiles remoue. infirmis nostris sanitatem cōcede. carnalia desideria repelle. aerem salubrem indulge. incredulos cōuerte. amicis et inimicis nostris caritatē largire. et omnibus fidelibus viuis ⁊ defūctis in terra viuentium vitā et requiem eternam concede. Per eundē dñm nostrū iesū xpm filiū. Secre.

Deus qui singulari corporis tui hostia totius mundi soluisti delicta hac oblatiōe placatus maculas scelerū nostrorum absterge. ⁊ omnium christianorū fidelium viuorum et defunctorū intercedēte beata virgine maria cum omnibus sanctis peccata dimitte. eisq premia eterna cōcede. Qui viuis et regnas. Postcoīo.

Sumpta sacramenta quesumus dñe omnia nostra crimina detergant. omnemq prauitatem / et hostilem rabiē atq subitaneam mortem meritis beate et gloriose semperq virginis dei genitricis marie et omnium sanctorum tuorum a nobis procul repellant: et omnibus fidelibus viuis et defunctis prosint ad veniam: pro quorum quarūq tibi sunt oblata salute. Per eundem dominū

¶ Quicūq hanc missam subscriptā celebrat / habebit tria milia annorum indulgētiarum cōcessa a bonifatio papa.

¶ De nomine iesu. Introitus

In nomine iesu omne genu flectatur. celestium terrestrium et infernorum: ⁊ omnis lingua cōfiteatur: qa dominus noster iesus christus: in gloria est dei patris. Ps Laudate dominū qm bonus est dñs: psallite noi eius qm suaue est. Gl'ia. Oremus. Oro.



Deus qui gloriosissimū nomen iesu christi vnigeniti filij tui fecisti fidelibus tuis sūmo suauitatis affectu amabile: ⁊ malignis spiritibus

tremendum atq terribile: cōcede propici⁹: vt omnes qui hoc nomē iesu deuote venerantur in terris sctē cōsolatiōis dulcedinē in p̄sēti pcipiāt: ꝛ ī futuro gaudiū exultatiōis ꝛ iterminabilis iubilatiōis obtineāt. Per. Lcō actuū apłoꝝ.

In diebus illis. Petrus repletus spiritu sancto dixit. Principes populi et seniores audite. Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi / in quo iste saluus factus est: notum sit omnibus vobis / et omni plebi israel: quia in nomine domini nostri iesu christi nazareni quē vos crucifixistis quem de⁹ suscitauit a mortuis / in hoc iste stat corā vobis sanus. Hic est enim qui reprobatus est a vobis edificantibus. Hic factus est in caput anguli / et non est in alio aliquo sal⁹: nec enī est aliud nomen sub celo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. ℞. Constituit dominus deus pater ad dexteram suam iesum in celestibus super omnem principatum. potestatem. virtutem. et dominationem: et super omne nomen quod nominatur nō solum in hoc seculo: sed etiam in futuro: et omnia subiecit sub pedibus eius. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriā nominis tui libera nos / ꝛ propicius esto peccatis nostris. ꝑpter nomē tuum domine. Allřa. ℣. Dulce nomen domini nostri iesu christi: melos in auribus: mel in esu: cor vertit in iubilum / et fugat mundi cymbalum.

¶ In tēpore paschali. Alleluya ℣. Surgēs domin⁹ iesus noster: stetit in medio discipuloꝝ suoꝝ / ꝛ dixit eis: pax vobis alleluya. Prosa.

Dulcis iesus nazarenus iudeorum rex amenus / pius pulcher / florid⁹. Pro salute sue gentis subit mortē cum tormētis factus pallēs liuidus. Dulce nomen ꝛ cognomē: hoc transcēdens est pre nomē oībus noībus. Mulcet reos sanat eos: fouet reos mūdat eos: seruat ab īsultib⁹. Hui⁹ regis sub vexillo: statu degis in tranquillo: hostes tui fugiūt. Nomen iesu meditatum: belli fugat apparatū / hostes victi rugiunt. Hoc est nomen recolendū: qđ sic semp est tremendū: malignis spiritibus. Hoc est nomen salutare et solamē singulare / quod succurrit tristib⁹. Hoc nos decet honorare: archa cordis inserare cogitare peramare: amore sed heroico. Ignati⁹ hoc docuit: hoc passus insonuit / cor eius scissum patuit: inscriptum iesu celico. Et quid maiora cupimus: ꝙ ꝙ iesus sit intimus / qui est preamantissimus: et q̄rit nos amare. Amat feruentissime: amat constantissime: et suos vult iuuare. Nomen suum fecit tale. vt sit cunctis cordiale / capitale principale: dilectū ex intimis. Habēt hoc nature iura: vt amantem tota cura: reamemus placitura: prestantes exanimis. Iesu nomen omne bonum tenet dulcem facit sonum: promerēt regni thronū: auditū letificat In hoc lucet splēdor p̄ris: in hoc patet decor mr̄is: in hoc fulget honor fr̄is hoc fr̄es magnificat. Caput iesu cor mens manus: vuln⁹ liuor sanguis planus: pedes corpus vigor sanus: parātur hoibus

Hec torquentem passa dura: his lesura et natura: reparantur pia cura/ purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire: quare nomē iesu mire facit bonos concupire: sui inherentiam. Iesus pulcher in decore: summe bonus in valore mitis lenis cum dulcore: pron⁹ ad clementiam. Iesus est rex gl'iosus: iesus forma speciosus/ iesus lingua gratiosus/ et mirād⁹ opere. Iesus fortis animosus iesus pugil vigoros⁹: iesus donis copiosus/ ꝛ gaudet tribuere. Ies⁹ pie viscerosus: iesus doctus luminosus/ iesus est delicios⁹/ et sapit dulcissime. Iesus fama gl'iosus iesus cunctis fructuosus/ iesus tot⁹ virtuosus: fovet suos optie. Summus potens in vigore sūmus celsus in honore: summus grat⁹ in amore/ omnem laudem obtinet. In sciendo omne sapit: ābiendo cūcta capit/ diligēdo corda rapit: et illata retinet. Ergo ya nobis nomen gratum: dulcis iesus appellatum/ sic in corde sit firmatum: vt non possit exui. Hoc reatum peccatorum tollat: prestet iubilorū/ odas sede beatorū donet nobis perfrui. Amen.

Tractus sequens dr̄ in. lxx. et. xl.

Dulce nomen iesu christi. felix nomen ferens tristi: iocundās mente iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructū et obductu et seductum/ purgat corda nubilo. ℣. Nominatum inuocatum. honoratum predicatum semper sonat dulciter ℣. Tam peccatum ꝙ reatum: cōdonatū expurgatum reddit mulcens leniter. ℣. Hostes ferit mores serit: mala terit graues gerit et plenum est presidiū. ℣. Nos defendit nos attendit: nos intēdit et extendit hoc nomen in gaudium.

Secundum matheum. ij



In illo tēpore. Angelus domini apparuit i somnis ioseph dicēs. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam cōiugē tuā. Quod enim in ea natū est/ de spiritu sancto est. Pariet autem filium: ꝛ vocabis nomen eius iesum Ipse eni saluum faciet populum suū a peccatis eorum. Hoc autem factū est vt impleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem Ecce virgo cōcipiet in vtero ꝛ pariet filium: et vocabitur nomē ei⁹ emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Offr. In nomine iesu demonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: et si mortiferū quid biberint nō eis nocebit: super egros manus iponent et bene habebunt all'a.

Secre. In veneratiōe dilectissimi filij tui iesu christi domini nostri: tibi deus pater misericordiarum deuotis mentibus hostias immolamus suppliciter deprecantes: vt earum virtute cūctis egentibus prestent auxiliū: ꝛ in eodem nomine delectantes/ salutarē sui propositi cōsequantur effectum. Per dominum nostrū iesum christū christū filiū tuum. Qui tecum vi. Coio. Vincenti dabo manna absconditum: et dabo illi talē tū cādidū: et in calculo nomē nouū scriptū quod nemo scit nisi q̄ accipit. Postcō

SAcrosancta mysteria que sumpsimus domine in honorem nominis complacentissimi filij tui domini nostri iesu christi deuotis precordijs recolentes: q̄s vt incrementa spiritualis exultationis accumulent: et affectū nostrum ad hoc salutiferū nobis nomen iugiter imprimendū attendant: et ad iubilandum in iesu salutari nostro dulcissimo totiꝰ mētis attentionem promoueant. Per eundem dominum nostrū.

¶ Missa compassiōis siue lamentationis btē Marie. Officium.

VIde domīe quoniam tribulor cōturbatus est venter meus submersum est cor meū in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum. ps. Posuit me dominus desolatam: tota die merore confectam. Gloria pa. Oratio.

PIetatem tuā quesumꝰ domine iesu clementissime q̄ pro nobis peccatoribus mortem subiēs tēporalē: nec ꝓprio corpori nec materno dolori parcere voluisti. presta vt nos passionis tue memoriā eiusdēq; matris tue mesticiam recolētes: vobiscū felicitatis eterne simꝰ ꝑticipes. Qui vi. Lco hieremie prophete. Trenor. ij.

IN diebus illis. Dixit hieremias propheta. Cui cōparabo / vel cui assimilabo te virgo filia hierusalē. Cui adequabo te et consolabor te / virgo filia syon? Magna est enim velut mare / cōtritio tua. Quis medebitur tui? Plauserunt super te manibꝰ omnes transeuntes per viam / sibilauerunt ⁊ mouerunt capita sua super filiam hierusalem. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt et frenduerunt dentibus suis / et dixerūt En ista est dies quem expectabamus Fecit dominus que cogitauit. cōpleuit sermonem suum quem preceperat a diebꝰ antiquis. Destruxit et nō pepercit / ⁊ letificauit sup te inimicū: et exaltauit cornu hostium tuorum. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem ⁊ noctem / non des requiem tibi: neq; taceat pupilla oculi tui. Consurge et lauda in nocte / in pricipio vigiliarum. Effunde sicut aquam cor tuum: in cōspectu domini. ℟.

Omnes inimici mei audierūt malū meum: letati sunt quoniam tu fecisti: quia ingemisco ego. et non est qui consoletur me. ℣. Multi enim gemitꝰ mei et cor meum merens: quia dominꝰ me posuit amarā. Alleluya. ℣. Ecce positꝰ est hic in ruinam: et in resurrectionem multorum in israel. et in signum cui contradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ¶ In tpe paschali secūdum. Alleluya. ℣. Omnes inimici eiꝰ apprehenderunt eam inter angustias: vnde desolata est vehementer: non habens cōsolatorem. Aliud Alla. in eodē ℟. ℣. Posuit me domiuus desolatam: tota die merore confectam. ¶ In tempore quadragesimali. Tractus.

VSq; quo domīe obliuisceris me in finem. vsq; quo auertis faciē tuam a me. ℣. Quam diu ponam consilia in aīa mea: dolorē ī corde meo per diē ℣. Vsq; quo exaltabit inimicus meꝰ sup me: respice et exaudi me dn̄e deus meus ℣. Qm̄ tu domīe suauis ⁊ mitis ⁊ multe

misericordie omnibus inuocātibus te. ℣ Intende anime mee & libera eā: propter inimicos meos eripe me. ℣. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo quoniā tribulor velociter exaudi me. ℣. Respice in me et miserere mei: da imperiū puero tuo et saluum fac filium ancille tue. Prosa

Meste parētis christi marie lacrymas eya nunc recole plebs agni mitis cruore redēpta. Qui generis hūani collapsi maculas / purpurea lauit in cruce vulnera: passus cruenta. Sputa clauos atq ludibria / spinas tulit et seua verbera. Mater cernēs tanta supplicia / flet: discerpens pect⁹ & vbera Heu me clamat / heu me cōgeminat: plorans tristis & sepe replicat fili dulcissime cur ita pateris. Cur confixus in cruce moreris / ac si reus fuisses sceleris: cū nichil vnq̄ mali cōmiseris. Heu me clamans dat alta suspiria / dicēs cur vita durat sic āxia: cur nō moriar / mors autē cur mihi parcit. Que mater vnq̄ que ve puerpera / nati dilecti tāta supplicia videre simul et vltra / viuere possit? Est ista ne gratia / quam sic mihi retulisti gabriel dicens: aue maria gratia plena? Sunt mihi contraria que prius promisisti / cū michi nunc pro gratia sunt dolor et pena. Inter omnes mulieres me dixisti benedictam / oēs nunc videre possunt me gementem / et afflictam. De hoc senex symeon prophetat dicens vt euangelista narrat. Ecce positus est in ruinam tuus iste filius. Et tuam ipsius animam / pertransibit gladius. Mater leta concepisti / & dolorem non sensisti: quādo virgo peperisti tuum vnigenitū. Cū vsura nunc soluisti / penas quas tunc euasisti: vidēs modo morte tristi / mori tuum filium. Sic stat mater desolata / iam nō mater sed orbata: dulci suo filio. Plangit plorat / prestolatur / quoadusq deponatur: corpus de patibulo. O lachrymosus intuit⁹ sedet semimortua parens et extincti funeris. in gremio tenet exuuias. Omnia pererrat stigmata locaq cruenta clauorum necnon et plagas singulas videt spinoso precicta tim pora serto: et in latere patētes cordis ianuas. O grauis dolor & gemitus. Nati quondam speciosa mēbra modo liuida: tractat mater inter man⁹ teneras. Amplexatur osculatur ora facta pallida propter penas / atq plagas asperas. Manus extorquēs exclamauit fletuq corp⁹ irrigauit: stillas vt riuos lachrymans. Uenit tā dē ioseph pius / corp⁹ iuoluit syndone: venit atq nichodemus / perfundens illud vnguine. Post in monumēto nouo / preparabāt recōdere. Quis potest lachrimas tenere / licet sit corde saxeo: et non simul cōdolere / in hoc plāctu virgineo. Qui cum ipsa nescit flere nō est ei cōpassio. Qui scrutator scripturarū est: videbit feminarū plāct⁹ amarissios. Anna samuelis orat temulenta q̄ dū plorat putaṯ apud emulos. Uox rachelis vlulātis in rama personuit: suos filios plorantis consolari noluit. Trist noemi dolebat seua mortis dū trahebat maritū cū filys

Annaq; thobie flebat / quando pater hunc mittebat: in rages p pecuniis. Anna mater samuelis: annaq; thobie noemi et rachelis si credamus hieremie plorabant cum lachrymis. Sed ad lachrymas amaras virginis marie matris christi crucifixi veriq; messie non erat planctus similis. Ergo mater iesu christi / propter penas quas tulisti pro tuo dulci filio des vt tecū hic ploremus: ⁊ cor nostrum perforemus compassionis gladio. Sic o virgo dolorosa fac nos tecū lacrymosa sentire suspiria: vt post vitā infelicē habeamus te ductricē ad etna gaudia. Amē.

Secundum Johannem. xix.

In illo tpe. Stabant iuxta crucē iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe / ⁊ maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem stantem / ⁊ discipulū quem diligebat / dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eā discipulus in suam. Offr. Christū cruce mortuū nostros ob defectus: meste mater aspicit pios per affectus: et clamauit lacerās capillos ⁊ pectus: heu me iacet filius meus hic despectus: nuper inter milia qui fuit electus: sicut myrrhe fasciculus meus sic dilectus. Secreta.

Hostias quesumus omnipotens redempcor in memoriam acerbissime passionis tue lachrimosiq; doloris quem pia virgo mestissima mater pro tua morte sustinuit tibi sacrandas propitius intuere et psta: vt per eas pietatis et compassionis lachrymas tibi viuo et vero deo: cum eadem sanctissima matre tua valeamus offerre. Qui viuis et re. Prefatio Qui salutem. Coio. De cruce depositum corpus videns christi mesta mater lachrimās atq; vultu tristi: dixit o dulcissime fili quid fecisti: quod has penas asperas et mortem subisti. Postcoio.

Redemptor noster atq; saluator eterne deus. fragilem facturā tuam / nos pietatis oculo respicere digneris et presta: vt qui p̄ciosi corporis ⁊ sāguinis tui sacrosancta mysteria / pro totius populi salute oblata percepimus per hec ad cōpassionis lachrimas tueq; mestissime matris deuotionē facilius attendamus. Qui vi.

Missa ad honorē virginis gloriose pro mulieribus pregnatis aut alias in partu laborātibus. Intro.



Alma virgo virginū sancta dei genitrix p deuotis porrige ancillis tuis p̄ces obnixas ad filium que parturientium benigna es auxiliatrix. Ps. Iurauit dn̄s dauid veritatem: et nō frustrabit eum de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Gloria. Oro.

Exaudi clemētissime pater deprecationem serui tui p pauperibus ancillis tuis in partu nunc aut in posterū laborantibus maiestati tue deuotissime supplicantis: vt quemadmodum tua eas prouidentia concipere decreuisti: ita ipsa benedictione tua preambula: ad laudem tui sacri nominis virgie gloriosa suffragāte celeriter iubeas expedire. Per.

Lectio libri Genesis. iii.

In diebꝰ illis. Dixit dñs ad adã. Nũqd ex ligno de quo tibi pceperã ne comederes comedisti? Dixit adã. Mulier quã dedisti sociã mihi/ dedit mihi de ligno ꝛ comedi. Et dixit dñs ad mulierẽ Quare hoc fecisti? Que respõdit. Serpẽs decepit me: ꝛ comedi. Et ait dñs ad serpentẽ. Quia fecisti hoc/ maledictꝰ es inter oĩa animãtia: et bestias terre. Inimicicias ponam inter te et mulierem/ et semen tuum et semen illius. Et ipsa conteret caput tuum: et tu insidiaberĩ calcaneo eiꝰ. Mulieri quoqꝫ dixit. Multiplicabo erũnas tuas et conceptus tuos. In dolore paries: et sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tibi. Ade vero dominus dixit. Quia audisti vocem vxoris tue. maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea: cunctis diebus vite tue. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terrã de qua sumptus es. Quia puluis es. ꝛ in puluerem reuerteris. ℟. Ecce virgo concepit et absqꝫ dolore peperit nobis filiũ: cuius nomen vocatus est iesus. ℣. Qui sicut pluuia in vellus: ita in vterum virginis descẽdit / et velut sol porta clausa ex vtero virginali ad nos introiuit. Alla. ℣. Ad tuum o maria confugiũt presidium: pauperes in partu laborãtes quas suis queso non despicias in necessitatibus sed a periculis cũctis libera eas virgo semper benedicta. Sequentia.

O Ancilla christi maria mater dei: pauperẽ exaudi peccatorem ad te vere suspirantem: ne matrum in vtero periclitẽtur infantuli. Qui propter defectum baptismi macula irretiti originali in lymbũ condescẽdũt qui pars est inferni. Maria itaqꝫ miseris succurre puerulis / qui pro graui ade prothoplaustorum nebula visione dei ibi carent ppetua. O iudicia dei abyssus multa: qui licet sine culpa pereant: non tamen sine causa. Quam igitur pniciosꝰ pomi vetiti eue fuit morsus: quo mors posteris sic concludebatur. Sed o qͣ felix fuit et letabũdus o maria iter te et angelũ dialogus: quo vita orbi toti oriebatur. Pre ceteris autem tuus videtur splẽdescere beatissimus absqꝫ dolore partus. Per quẽ eue maledictio est soluta: nec minꝰ benedictio est mulieribus cunctis condonata. Ad quem ergo refugient desolate pregnantes nisi ad te cunctarũ consolatrix cum lachrimis gemẽtes. Audi eas virgo immaculata/ nec parentum aspiciat vnigenitus tuus ad peccata. Sed paruulorum vlulatus clementer exaudi ne in perhenni subijciantur inferni formidolosa adeo pena. Eos deniqꝫ post sacri baptismatis vndam regeneratos perducere digneris ad eterna gaudia. amẽ

Secundum iohannem. xv.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Mulier cũ parit tristitiam habet: quia venit hora eius. Cum autẽ peperit puerum: iam non meminit pressure eius ppter gaudiũ: qꝛ natꝰ est homo i mũdũ. Amẽ amẽ dico vobis si quid petieritis patrẽ in noĩe meo dabit vobis. Petite et accipietis: vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. Offer.

Aue maria parturientium consolatrix gratia plena infantiũ subleuatrix: quia domin⁹ est tecum ipsorum esto protectrix vt pre mulieribus benedicta dicaris: et super omnes benedictus a cunctis christicolis extollat fruct⁹ ventris tui. Secre.

Piissime christe iesu q̃ absq; doloris contagione ex vtero virginali almifice matris tue/ in mundum tua dignatione sanctissima porta clausa exire dignatus es: concede propicius: vt fructus ancillarum tuarum in orbẽ terrarum sanos et incolumes taliter disponas peruenire: q̃ ad fõtem baptismatis/ vna tecũ regenerari mereantur. Qui viuis.

Coio. In partu puerorũ o maria sol tuus resplẽdeat misericordie quo lucẽte cetera post deum luminaria sunt quasi non sint Postcõmunio.

Beatissime spiritus per quẽ condita sunt vniuersa/ supplicíter tuas exaudire digner; famulas: pro quibus has tue porrigimus pietati preces: vt quemadmodũ tuo felici sancto iuuamine optãt liberari: ita suffragiis beatissime matris dei lumen gratie tue in earum celeri expeditiõe infundere digneris. Qui cũ patre.

¶ Missa sctarũ soror videl; marie virginis. marie iacobi. et marie salome. Introitus.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore sanctarũ sororũ de quarum solemnitate gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Oro.

Deus qui beatas mariam iacobi et mariam salome genitricis tue sorores/ ad resurrectionem nũciãdã elegisti. tribue quesumus. vt a peccatorũ tumulis resuscitati/ earũ meritis tecũ in celo perẽniter viuere valeam⁹. Per. Epla Ego quasi vitis Req̃re in nati. bte marie. R. Letetur mons syon et exultent filie iude. V. Filie tyri in muneribus vultũ tuum deprecabũtur. Tpe pas. Alla. V. Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait/ aue te. tunc accesserunt et tenuerũt pedes ei⁹ Alla. V. O flores florum geminata lucerna sororum sursum vestrorũ deferte preces seruulorum. Prosa.

Laudes christo decantem⁹ hymnos dulces presentemus marie sororib⁹. Iubilem⁹ his matronis que fruũtur celi donis cum supernis ciuibus. Iste due sũt sorores stelle maris et sũt flores pares pari nomine. Nam marie sunt vocate facte sunt plene dotate/ pleno sancto flamine. His duabus anna mater: sed nõ fuit vnus pater/ cum maria virgine. Nam ioachim et cleophas anne nubũt et salomas subsequẽti ordine. Primus gignit veram cleophas gignit alteram: et salomas tertiam. Non fuerunt steriles: sed in prole nobiles precurrẽte gratia. O q̃ felix q̃ p̃clara anna mater et q̃ cara trinã gignẽs filiam. Prima deo dedicata xp̃; gignit illibata manẽt christi lilia Sequẽs est iacob mat q̃ dicit̃ xp̃i frat/ in similitudĩe Ioseph iust⁹ symõ et thadeus/ ex hac sit̃ pater est alpheus sacro gaudẽt numine

zebedeus ex alia iacobum de galicia iohannes huic addit. Hee matres sunt egregie: et sunt anne tres filie sic secunda redditur Hee sorores cum maria magdalena mente pia valde mane veniunt. Dolentes ad monumentum et secum ferunt unguentum christum non inveniunt Heu qui revolvet petram conspexerunt revolutam viso pavent angelo. Qui dulciter has affatur ut nunciat exhortatur: cuilibet discipulo. Atque petro nunciari vult angelus nec celari/ sed ut vadent passu pari: statim in galyleam. Que dum irent audientes quod viveret et credentes adest christus ad gementes occurrens per plateam. Has salutat valde lete eisque dicens avete: ecce vivus sum gaudete/ patet resurrectio Tunc accedunt ad beatos pedes tenent amplexatos osculantur perforatos mulcet leta visio. Resurgentis sunt nuptie primordia leticie intimarunt laude plena/ cum maria magdalena desolatis fratribus. Ergo pie nos matrone que nepotem in agone vidistis et resurgere: faciatis nos scandere secum in celestibus. Amen. Secundum marcum xvi.

In illo tempore. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: ut venientes ungerent iesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant ad invicem. Quis revolvet nobis lapidem ab hostio monumenti? Et respicientes: viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valde et introeuntes in monumentum/ viderunt iuvenem sedentem a dextris coopertum stola candida/ et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expavescere. Iesum queritis nazarenum crucifixum: surrexit non est hic. Ecce locus: ubi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galyleam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Offer. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Sanctarum sororum marie iacobi et marie salome interventu quesumus domine. ut in nobis fragrent odoramenta virtutum: que sepulto domino preciosa aromata paraverunt. Qui tecum. Com. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galyleam alleluya. Postcom.

Sacris huius diei completis misteriis te suppliciter domine exoramus. ut unigenitus tuus hec in nobis semper mystice operetur que maria iacobi et maria salome per aromatum munera detulerunt. Per eundem. ¶ Sequitur missa de novissima quinque plagarum christi. facta a sancto iohanne evangelista. sexta feria. Cui papa iohannes. xxii. concessit tam audientibus quam dicentibus. C. dies indulgentiarum. Beatus bonifacius papa egrotavit usque ad mortem et petens a domino suavitatem prolongari. Ad quem mittens dominus sanctum raphaelem archangelum dicens. Surge et scribe officium illud: et lege quinque vicibus et recipies sanitatem. Et quicunque sacerdos devote legerit pro se vel pro alio homine egrotante: recipiet sanitatem. et in futuro vitam eternam. Et in quacunque

tribulatiõe homo extiterit in hoc seculo statim liberabitur. Et pro quacunqꝫ anima defuncta leget: statim post cõplementũ soluetur a penis. Sanctus bonifacius statim se erigens coniurauit per deũ omnipotentẽ: vel ꝙ absqꝫ sui periculo recederet: aut quis esset vel ad quid venisset īdicaret. Qui statim dixit se archangelũ raphaelẽ a deo missum priꝰ principatũ promittens. Tunc sanctus bonifacius apostolica auctoritate indulgentiã tribuens/ omnibꝰ deuote celebrantibus et cõparẽtibus ad predictum officium septimã partem omnium peccatorum. ⁊ deuote audientibus quadraginta dies criminaliũ ⁊ omniũ venialium in domino relaxauit.

¶ Ad missam. Introitus.



Humiliauit semetipsũ dñs deus noster iesus christus vsqꝫ ad mortem mortem aũt crucis ꝓpter quod et deꝰ exaltauit illum et dedit illi nomẽ quod est super omne nomen. ps. Mias dñi ineternũ cãtabo. Glia. Orõ.

Domine iesu christe fili dei viui/ qui de celis ad terrã descẽdisti de sinu patris ⁊ in ligno crucis quinqꝫ plagas sustinuisti ⁊ sanguinem tuũ in remissionẽ peccatorum nostrorũ fudisti: te suppliciter deprecamur: vt in die iudicij ad dexteram tuã audire mereamur illam dulcissimam vocẽ venite benedicti patris mei. Qui cum eodẽ patre et spiritu sancto viuis et regnas deus in secula seculorum. Lectio isaye prophete.

Hec dicit dominꝰ. Effundã super domum dauid ⁊ sup habitantes hierusalem spiritum gratie et miserationis. Et aspicient in eum: quẽ crucifixerunt. Et plangent eum planctu quasi vnigenitum: et dolebunt super eum vt doleri solet in morte vnigeniti Et illa die erit planctus magnus in hierusalem. Et dicetur ei. Que sunt iste plage in medio manuũ tuarum? Et dicet. His plagis plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum et super virum coherentem mihi: dixit dñs exercituum. Percutiam pastorẽ et dispergentur oues gregis. Dixit dñs omnipotẽs. ℟. Impropẽrium expectauit cor meum et miseriam. sustinui qui simul contristaretur: et non fuit. qui consolaretur me quesiui: ⁊ nõ inueni. ℣ Et dederũt in escã meã fel: et in siti mea potauerũt me aceto. Alla. ℣. Aue rex noster tu solus nostros miseratꝰ es errores patri obediens vsqꝫ ad mortẽ ductus es vt agnus mansuetus ad occisionem: tibi gloria osanna triumphus ⁊ victoria: tibi summo laudis et honoris corona. Alla. ℣ Christꝰ factꝰ est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem mortem autem crucis propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Si septuagesima vel quadragesima fuerit dicatur

(Tractꝰ. Crux iesu christi aperuit nobis ianuam celi crux soluit vinculum mortis. ℣. Per hoc vite lignum signum sacrum salutis nostre defende nos iesu christe. ℣ Qui per crucem et sanguinem redemisti nos auxiliare nobis. Saluator mundi salua nos om-

nes qui saluasti petrũ in mari miserere nobis.

Sequentia.

Cenam cum discipulis christe celebrasti. Et mortem apostolis palam nũciasti. Et auctorem sceleris iudam demõstrasti. Et egressus protinus ortulũ intrasti. Tunc procidens dominus humi se prostrauit: et transferri calicem a se postulauit: sed patris arbitrio illud commendauit. Et ecce mox sãguinis sudor emanauit. Iudas post hoc osculũ/ori dedit christi. ad quid inquit dñs amice venisti nũc tradis osculo quẽ iam vendidisti/assistentes protin⁹ irruerũt ministri. Nox isõnis itaqȝ pro tunc ducebat: nulla prorsus requies iesu prestabat ministrorum ipsa plebs iniuriaꝫ: dum iesum eripere pylatus conatur. Iudeorum furia magis inflammatur: et tumultus populi ingens excitatur. Et plebis vox intonat vt crucifigatur: militib⁹ traditur vinculis artatur. Undiqȝ verberibus corpus cruciaꝫ. Caput regis glorie spinis coronatur: postqȝ flexis genibus quisquis irritatur. Ecce caro tenera nostri saluatoris: ad colũnam nequiter coartaꝫ loris: et flagellis ceditur impij tortoris: hinc emanant riuuli vndiqȝ cruoris. Post vrbis in medium iesus ꝓcedebat: et crucis patibulum humeris ferebat. Ad fores et hostia popul⁹ fluebat: tortoribus iam tarde qui in cruce pẽdebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris: et ventis ac frigori turpiter nudaris. Innocens ab impijs ad crucem damnaris: et quasi dux sceleris medio locarꝭ. Tẽsis ligno brachijs manus conclauãtur: in cruce carnis truces claui applicantur. Nerui vene simili modo laniantur plante pedum manuũ ferro perforantur. Effũdit riuos sãguinis corpus saluatoris: properet huc aĩa/queqȝ peccatoris: ꝛ hauriat ꝗppiã sacrati liquoris/quo freqẽter liniat vulnera doloris. Ad hũc ergo ꝓpera fontem redemptoris: et fluẽtis ipleat viscera doloris: hauriens quantũlibet in corde dulcoris. Loquẽs iesus postea sitio dicebat: acetũqȝ impius felle cõmiscebat: et infusum spongie ori porrigebat: quod degustãs paululũ sumere nolebat. O iesu mirifice quid est quod agebas: tu de siti cõquerens in cruce ferebas. Numquid hanc dolorib⁹ magis sentiebas: credo in hoc salutẽ nostram exprimebas. Vocẽ promens vltimam patrem inuocasti cum clamore valido tandem expirasti sic salutem omniũ dure cõsũmasti. Cur ergo supbio tu hũiliarꝭ ego penas ꝑpetro tu dure tractarꝭ ego pomum mordeo: tu felle potaris mollia desidero/tu dure tractarꝭ. Nemũ cuius valeat mẽs vel lingua fari quãtũ virgo credit int⁹ cruciari. Videns nati viscera/lãcea rimari eius vnigenitũ in cruce leuari. Corpus quidem mortuũ iam nil sentiebat latus ei⁹ lãcea miles perforabat: vnde aqua salutis ac sanguis fluebat: quam fixam in filij latere videbat. Ad hunc propera fontem saluatoris vt fluẽtis quippiam haurias dul-

coris aque vite lacrimam preciũ cruoris: hinc tua curare profluat languoris. Amen.

Secundum iohannem. xviij.

In illo tpe. Sciens iesus qa iam oĩa consummata erat vt cõsũmaretur scriptura dixit. Sitio. Uas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi autem spongiã plenam aceto isopo circũponẽtes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum. dixit. Consũmatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudei ergo quoniam parasceue erat iudeorũ / vt nõ remanerent corpõra in cruce sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati. rogauerũt pilatũ vt frãgerẽtur eorũm crura & tollerẽtur Uenerunt ergo milites: et primi quidem fregerũt crura et alteri⁹ qui crucifixus est cum eo. Ad iesũ autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuum: nõ fregerũt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit et cõtinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: et scimus: quia verũ est testimoniũ ei⁹

Credo. Offr. Insurrexerũt in me viri iniqui absq̃ mĩa quesierunt me interficere et non pepercerũt in faciem meam conspuere et lanceis suis vulnerauerunt me et cõcussa sunt oĩa ossa mea. Secre.

Domĩe iesu christe qui pro redemptione generis humani crucis lignũ ascendisti: vt vniuersus mundus qui erat in tenebris illuminaretur illã lucẽ in anima et corpore nostro semp tribue. vt ad eternam lucem peruenire mereamur. Qui viuis. Prefacio. Qui salutẽ huma. g. Coio.

Foderũt manus meas et pedes meos & dinũerauerũt oĩa ossa mea Postcõ

Domine iesu christe fili dei viui qui hora diei sexta p redemptione mũdi crucis patibulum ascendisti et sanguinem tuũ preciosum in remissionẽ peccatorum nostrorum fudisti te humiliter deprecamur: vt post obitũ nostrũ paradisi ianuas facias gaudẽter introire. Qui viuis et regnas.

¶ Missa pro euitanda mortalitate pro qua dñs clemẽs sext⁹ cõstituit omnibus audientibus ducẽtos quadraginta dies indulgẽtiarum. Et quilibet audiẽs missam / debet in manu sua tenere cãdelã donec missa fuerit cõpleta: et per quinq̃ dies ↄtinuare dictã missã.

¶ Ad missam. Introitus.

Recordare domine testamenti tui & dic angelo percutiẽti. cesset nũc manus tua vt nõ desoletur terra / et ne perdas omnem aĩam viuentem. Ps. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouem ioseph. Gloria. Oratio.

Deus qui non mortem sed penitentiam peccatorum desideras: populum tuũ in afflictione clamantem quesumus domine ad te conuerte propicius. vt dum tibi deuotus extiterit / iracũdie tue ab eo flagella amoueas.

¶ Memoria de sancto sebastiano

Lectio libri regum. xxiiij.

In dieb⁹ illis. Immisit dominus pestilentiã in israel de mane vsq̃ ad tempus constitutũ & mortui sunt ex populo a dan

vsq; bersabee septuaginta milia virorum. Cumq; extendisset manum suam angelus domini sup hierusalem. vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionē pp̄li. Et ait angelo pcutienti populum: sufficit nunc/contine manū tuam. Erat autem angel⁹ domini iuxta aream areuna iebuzei. Dixitq; dauid ad dominū: cū vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccaui: et ego inique egi. Isti qui oues sunt: qd fecerūt? Vertatur obsecro ira tua contra me: et contra domum patris mei. Venit autem gad propheta domini ad dauid in die illa et dixit ei. Ascende et constitue altare domino: in area areuna iebuzei. Et ascendit iuxta sermonem gad. quem precepit ei domin⁹. ℟.

Misit dominus verbum suum et sanauit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino misericordie eius ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Alla. ℣. Seruabo populum meum in medio hierusalem et ero eius in deum in veritate ⁊ iusticia. Prosa. Veni scte spi. vts i die pen.

Secundum lucam. iiij.

In illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domū symonis. Socrus autem symonis tenebat magnis febribus. Et rogauerūt illū pro ea. Et stans super illam: imperauit febri. et dimisit illam. Et cōtinuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autē occidisset: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamantia et dicētia quia tu es fili⁹ dei. Et increpans non sinebat ea loqui: qa sciebant ipsum esse christum. Facta autē die egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebant eum: ⁊ venerunt vsq; ad ipsū. et detinebant illum: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus: oportet me euāgelizare regnum dei. Offr. Stetit pontifex iuxta mortuos et viuētes habēs thuribulum aureum in manu sua et offerēs incensi sacrificiū/placauit iram domini. et cessauit plaga a populo alla. Secre.

Subueniat nobis domine sacrificij presentis oblatio que nos ab erroribus vniuersis potenter absoluat: et a totius eripiat perditionis incursu. Per dominū nostrum iesum christum

Coio. Multitudo languentium et qui vexabātur a spiritibus immundis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat ⁊ sanabat omnes. Postcommunio.

Exaudi nos deus salutaris noster et intercedente beata dei genitrice maria/populum tuū ab iracūdie tue terroribus libera: et misericordie tue fac largitate securū. Per dominū nr̄m.

¶ De despōsatione marie ioseph Ad missam. Officium.



Vxor tua sicut vitis abundās in lateribus domus tue: et filij tui sicut nouelle oliuarū in circuitu mēse tue. Ps. Beati oēs qui timēt dn̄m: qui ambulant in viis eius. Gloria pa. Oratio.

Deus qui beatissimam matrē tuā iusto ioseph despō-

sari voluisti: tribue quesum⁹: ut qui illorum coniugium tue incarnationis mysterio consecratū credimus/ ad contemplandam cum illis maiestatis tue gloriā trāseamus. Qui vivis. Epla. Mulierē fortē. i festo scte āne. R. Aut ego indigna illis fui aut illi mihi fortitā fuerunt indigni/ quia alteri viro conseruasti me. V. Virum cum timore tuo domine non cum libidine mea consensi in matrimonio suscipere. Alla. V. Confidit in ea cor viri sui: nobilis in portis quando sederit cum senatoribus terre. Sequē.

Collaudemus cum canticis coniugiū virginale quod cōmercium carnale non pertulit Quia filium protulit virgo maria vocat virū virginem per modum mirum consentiens Uxor ioseph concipiens carne sola preter thorum non solius sed ambor non pluribus/ sed cōmuni coniugibus lege matrimoniali: vir datur uxori tali diuinitus. Columba missa celitus supra virgā certum signum dedit ioseph fore dignum pre ceteris. Coniugio mulieris supra facultatem rerū pariture deū verum et hominē. Uirgo suscepit virginem sub federe nuptiarum qui traxerunt genus clarum a regibus. Uxor a sacerdotibus clara sacerdotem gignit regem quoqꝫ qui presignit coniugium. In quo se prebet filiū omni procul a cubili sine semine virili progenitū. Et parentibus subditum creatorem creatura suscipit in sua cura fideliter. De⁹ paret humili uxor parit genitorem. vir suis alit rectorem laboribus Coniugatis pauperibus: sed iustis hoc dedit donum. vt haberēt omne bonum in vnico. Omnib⁹ iustis publico quod circuncidens vocauit vir iesū nec dubitauit accipere. Coniugem plenam onere quod non dedit descriptum censum soluens in egyptum nō distulit. Ire quem furor compulit herodis matrem et natum portans per dei mandatum post referens Quo adiri non deserēs audiuit celi cantores magos vidit ꝛ pastores cum gaudio. Dantes decus presepio in quo fuit reclinat⁹ puer mox in templo latus ad dominum Paruo precio virginum redemptus eū inuenitur duodenis custoditur in preciū. O felix matrimonium nulla tale tulit etas: quod supra nature metas deducitur. Textrix pauperi subditur. fabro presides regina vtrisqꝫ proles diuina se subicit. Quos nūc in celo reficit uxorem matrem coronans imperium orbis donans sublimiter. Uno datur feliciter pfrui se cunctis horis: vbi deū iūctis choris angelicis collaudemus cum canticis.

Euangeliū. Cū esset desponsata. qre in vigilia nati. dñi. Credo. Offr. Tu scis domine quoniam non luxurie causa suscepi sororem meam coniugio: sed sola posteritatis dilectione in qua benedicatur ab omnibus gentibus nomen tuum in secula. Secreta.

Tibi domine sancte pater hostiam laudis immolamus illius coniugij memoriā recolentes in quo sine semine virili conceptus est de virgine fili⁹ tu⁹

vnigenitus domin⁹ noster iesus christus. Qui tecum. Prefatio. Eterne deus. Et te in desponsatione. Coio. His noctibus iūgemur deo filij quippe sanctorum sumus et non possumus ita coniungi sicut gētes que ignorant deum. Postcōmunio

Maiestati tue domine gratiarum actiones referim⁹ pro cōiugio ioseph et marie qđ sicut pro nostra salute celebratū cognouimus: ita fructum in eo natum nobis ad eternam salutē prodesse sentiamus. Qui tecū viuit.

¶ Missa de sctō rocho. Introit⁹.

Congratulamini omnes in domino diē festum beati rochi commemorantes: in cui⁹ commemoratione letetur ecclesia/ plebs exultat/ et angeli dulcia dant melodia dicētes/ gloria tibi domine / qui talem virum in confessorem elegisti. Ps. Btī inmaculati in via: q̄ ambulant in lege domini. Gloria patri. Oratio.

Deus qui es gloriosus ī gloria sanctorum et cūctis ad eorum patrocinia confugientib⁹ sue petitionis salutarē prestas effectum: concede plebi tue/ vt intercedente beato rocho cōfessore tuo que eius celebritati deuote se exhibet / a languore epydimie quam in suo corpore pro tui nois gloria passus est sit libera/ ꝫ tuo nomini semper sit deuota. Per dominū.

Lectio epistole btī pauli apostoli. Ad timotheum. ij. ij.

Carissime. Memor esto dominum iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangelium meū in quo laboro vsq̄ ad vincula quasi male operans sed verbū dei nō est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutem consequantur que est in christo iesu cum gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinā institutionem. propositū. fidem. longanimitatem. dilectionē. patientiam. persecutiones. passiones qualia mihi facta sunt antiochie iconie. et ex omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui volunt pie viuere in christo iesu: persecutionem patiuntur. R. Tibi pio sācto rocho honor sit et gloria te depcantes apud celeste numen tuis pcibus a morbo epydimie saluos redde. V. Fac q̄s btē confessor xpī vt apud deum pces nr̄e nō sint vane et nobis aeris temperiem cōcede vt in fine tecū in celis cōgratulemur. Alleluya. V. O btē ꝯfessor roche q̄ magna apud deum sunt merita tua quibus credimus nos a morbo epydimie posse liberari et aeris temperiem concedi. Prosa

Cessat morbus cessat pestis altari edificato. Sācte roche xpī testis pro nobis deū orato Vt cesset epidimia qua flagellatur patria. Et cum misericordia currat dei sentētia. Finitaq̄ miseria huius labentis seculi. Tecum simus in glīa dicam⁹ amen singuli. Scdm matheum. xxiiij

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Vigilate quia nescitis qua hora dn̄s vester venturus sit. Illud autem scitote quia si sciret pater familias/ qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiq̄ et non sineret perfodi domum su-

am. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem cõstituit dominus super familiam suam vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus eius/ inuenerit sic facientem. Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eũ

Offr. Te beatum rochum christi confessorem exoratum facimus et preces ad te patrem nostrum dirigimus: vt tua intercessione a languoribus epydimie saluemur: et aeris tẽperie potiamur. Secre

Parce nobis domine. et flagella ire tue quae peccata nostra merentur: precibus et meritis beatissimi confessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per dominum nostrũ iesum christũ.

Coio. O quam magnificũ est nomẽ tuum btẽ roche: qui tuis intercessionibus languentiũ multitudinẽ nosti saluare. et tuũ nomẽ gloriosum commemorãtibus omnibus te propitium exhibere: veni et salua nos a morbo epydimie et aeris temperiem nobis concede. Postcõmunio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui celestia sacramenta percepimus intercedẽte beato rocho confessore tuo: per hec cõtra omnia aduersa mundi muniamur: et ab omni morbo et peste/ ac subitanea morte liberemur. Per dominum. Officiũ beate marthe virginis hospite dñi.

Marthe pie memoriã agamus: dando gloriam deo/ cuius potentia vicit drachonis furiam. ps Dum signo crucis viculo: nodata est et cigulo. Gloria Oro

Quesumus omnipotens deus: vt sicut meritis et intercessiõe beate marthe virginis hospite tue: lazarum fratrem suum iam fetidum et mortuum resuscitare dignatus es: et ipsam proprijs manibus sepelire/ sic et fideles tuos a viciorũ sordibus morte perpetua et subitanea digneris propicius liberare: et tecum in celestibus collocare. Qui viuis.

Lectio libri sapientie.

Gratia mulieris sedule delectabit virum suũ: et ossa illius impinguabit. Disciplina illius. datum dei. Mulier sensata et tacita: non est immutatio erudite anime. Gratia super gratiam: mulier sãcta et pudorata. Omnis autem ponderatio: non est digna cõtinentis anime. Sicut sol oriẽs mũdo in altissimis dei/ sic mulieris bone species in ornamentum domus eius. Lucerna splendens super candelabrum sanctũ: et species faciei sup etatẽ stabilẽ. Coluñe auree sup bases argẽteas: et pedes firmi: sup plãtas stabilis mulieris. Fundamẽta eterna: sup petrã solidã. Et mandata dei in corde mulieris sancte. R. Domine nõ est tibi cure: quod soror mea reliquit me solam ministrare. dic ergo illi: vt me adiuuet. V. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea.

Alleluya. V. Cetum virgineũ tenens in alto solio: et vt iubar ethereum clarẽs glorie medio martha cuius miraculis es radiata populis: criminum indulgentia et serpentis dementia profugat tibi aue

dicatur. Alla. ℣. Martha cuius virtutibus: tota fulget ecclesia tuis obtine precibus: beata nobis gaudia. **Tractus.**

Qui confidunt in te gloriosa hospita christi. ℣. Spes eorū erit firma ineternū. ℣. Quia dilecta es a domino valde: ex hoc nunc et vsq; in seculū ℣. Ideo pro tuis supplicantibus exorare dominum: vt nos trahat ad gloriam supernorum ciuium. **Prosa.**

Ave martha gloriosa. celi iubar mundi rosa/ saluatoris hospita. Melodia gaudiosa presens decantatur prosa: tibi laude debita. Tu sola virtute dei morbum regis clodouei / curasti incurabilem. Vnde regis ⁊ regine tue laudent medicine / virtutē mirabilem. Orta stirpe regia: regem regum propria domo suscepisti. Feminarum gloria cūcta volatilia pascentē pauisti. Per te serpens est subuersus: per te iuuenis submersus vite restituitur. Per te damnantur errores: per te decorantur mores: et fides extollitur. Oliua pietatis: ⁊ quis tue sanctitatis: dicet excellentiā. Vitā fratris meruisti: ex aqua vinum fecisti: per diuinam gratiam. Animam tue sororis: audistis supernis choris ferri cum leticia. Corpus tuum tarrascone sepeliuit cum frōtone christus manu propria. Ora pro nobis domina: per te nostra peccamina deleantur. Impetra martha gratiam: hijs qui tuam memoriam venerantur. In angusta mort; hora: nobis si placet implora peccatorum veniā. Cursuq; vite perfecto ducas nos tramite recto: ad supnā curiā amē. **Scdm lucā.** x.

In illo tempore Intrauit iesus in quoddam castellum ⁊ mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam Et huic erat soror nomine maria que etiam sedens secus pedes domini/ audiebat verbū illi⁹. Martha aūt satagebat: circa freqūs ministeriū. Que stetit: et ait. Domine/ non est tibi cure: quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respondēs: dixit illi dominus. Martha martha sollicita es: et turbar; ergo plurima Porro vnū est necessariū. Maria optimā partē elegit: q̄ nō auferet ab ea **Offr.**

Stetit angelus iuxta aram tēpli: marthe sue hospite ei⁹ animā assumēs exutā a corpore: comite sibi astante frōtone antistite: gloriose locans eam in virginum agmine cū leticia ⁊ exultatiōe. **Secre.**

Admitte pi⁹ et misericors deus hostias et p̄ces quas in sācto altari tuo tibi deuote offerimus: ad commemoratione̅ virginis tue marthe q̄ tibi pura mente seruiuit in terris vt ipsius intercessione te permittente viuamus in celis. Qui viuis. **Coio.** O quā dulcis ⁊ quā pia est christi clemētia: q̄ pro marthe et marie sororū instātia. lazarum resuscitauit a mortis angustia. **Postcō**

Sumptis dn̄e salut; eterne mysterijs: te suppliciter exoramus: vt intercedēte btā ⁊ gloriosa virgīe martha hospita tua illius gaudiorum efficiamur participes: ⁊ eterni premij coheredes Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre in vnitate sp̄ussancti deus. Per.

¶ Sequitur officium sponsaliũ. Et primo Bñdictio annuli. Orõ.

Creator et cõseruator humani generis dator gratie spiritualis largitor eterne salutis tu dñe permitte spiritũ sctm̃ paraclitũ sup hunc annulũ: vt que illũ gestauerit sit armata virtute celestis defẽsiõis ⁊ pficiat illi ad eternã salutẽ. Amẽ. ¶ Incipit missa sponsalium. Introit⁹

Benedicta sit sãcta trinitas atq̃ ĩdiuisa vnitas cõfitebimur ei q̃a fecit nobiscũ misericordiam suam. Ps. Benedicam⁹ p̃rem et filiũ cũ sctõ spũ. Orõ

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fi dei eterne trinitatie gloriã agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem quesum⁹: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Alia oratio.

Exaudi nos oĩpotẽs et misericors de⁹: vt quod nostro ministratur officio / tua bñdictione ✠ potius impleatur. Per dñz

Ad corinthios prime. vj.

Fratres. Nescitis quoniã corpora vestra mẽbra sũt christi? Tollens ergo membra christi: faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici: vnũ corp⁹ efficitur? Erunt enim inquit duo in carne vna. Qui autẽ adheret domino. vnus spiritus est. Fugite: fornicationẽ. Omne eni pctm̃ quodcũq̃ fecerit homo: extra corpus est. Qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. An nescitis quoniã mẽbra vrã tẽplũ sunt spiritus sancti qui in vobis est quem habetis a deo / et non estis vestri? Empti enim estis precio magno: glorificate ⁊ portate deum: in corpore vestro. ℟ Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes sup cherubin. ℣. Benedicite deũ celi: q̃a fecit nobiscum misericordiam suam. Alla. ℣. Benedictus es domine in firmamento celi: et laudabilis et superexaltat⁹ in scl̃a.

Secundum matheum. xix.

In illo tempore Accesserũt ad iesum pharisei tẽtantes eum et dicẽtes. Si licet hoĩ dimittere vxorẽ suã quacũq̃ ex causa? Qui respondẽs: ait eis. Non legistis quia q̃ fecit hoĩem ab ĩitio masculũ ⁊ feminã fecit eos? Et dixit Propter hoc dimittet homo patrem et matrẽ: ⁊ adherebit vxori sue. et erunt duo in carne vna. Itaq̃ iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Credo. dicit. Offr. Benedictus sit de⁹ pater vnigenitusq̃ dei filius sanctus quoq̃ spiritus quia fecit nobiscũ miam suã. Secreta.

Sanctifica q̃s dñe deus per tui scti nois inuocationem huius oblatiõis hostiã: et per eã nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dñm. Alia secre.

Suscipe quesumus domine pro sacri cõnubij lege munus oblatum: ⁊ cuius largitor es operis esto dispositor. Per dñm.

¶ Anteq̃ dicat. Pax dñi. prosternant se vir et mulier ante altare.

Propiciare domine (Orõ. supplicationib⁹ nostris: et

institutis tuis quib⁹ propagationem humani generis propagasti benignus assiste: vt qđ te auctore iungitur. te auxiliante seruetur. Per dominum nostrũ iesum christũ filiũ tuũ. q̄ tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdem spũsſcti de⁹.

P Er oīa secula seculoꝝ amē. D ominus vobiscũ Et cũ spũ tuo. S ursũ corda. Habem⁹ ad dñm. G ratias agamus domino deo nr̄o. Dignũ et iustum est.

V Ere dignũ ꝛ iustũ est equũ ꝛ salutare. Nos tibi semꝑ ꝛ vbiqꝫ gratias agere Domīe scīe pater omnipotēs eterne deus.

Q Ui potestate virtutis tue de nichilo cuncta creasti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad imaginem dei facto: ideo īseparabile mulieres adiutoriũ cōdidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium. docens quod ex vno placuisset institui. nunq̄ liceret disiungi Deus qui tam excellenti misterio coniugalem copulam consecrasti vt christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum Deus per quē mulier iūgit̄ viro. et societas p̄ncipaliter ordinata ea bene ✠ dictione donetur: que sola nec per originalis peccati penam: nec per diluuij est ablata sētentiam. Respice propicius super hanc famulam tuam N. que maritali iungenda est consortio tua se expetit protectiōe muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in xp̄o: imitatrixqꝫ sanctarũ permaneat feminarũ. Sit amabilis vt rachel viro: sapiens vt rebecca: longeua et fidelis vt sara. Nichil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet nexa fidei mandatisqꝫ ꝑmaneat vni thoro iuncta cōtactus illicitos fugiat. muniat infirmitatem suam robore discipline. Sit verecundia grauis pudore venerabilis doctrinis celestibus erudita. Sit fecunda in sobole/sit ꝓbata et innocens: ꝛ ad beatorum requiē: atqꝫ ad celestia regna ꝑueniat ꝛ videat filios filioꝝ suorum vsqꝫ in tertiam et quartā progeniem et ad optatam perueniat senectutem. ✠ Per dñm.

Sequitur Pax domini. ꝛc.

¶ Si sint plures omnia dicantur vt s. vsqꝫ Qui potestate: et tunc dicatur vt sequitur.

Q Ui potestate virtutis tue de nichilo cuncta creasti: q̄ dispositis vniuersitatis exordijs homini ad imaginem dei facto: ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium docens quod ex vno placuisset institui: nunq̄ liceret disiungi. Deus qui tam excellēti mysterio coniugalem copulam consecrasti vt christi et ecclesie sacramētum presignares in federe nuptiarum Deus per quem mulier iungitur viro: et societas principaliter ordinata ea bene ✠ dictione donetur: que sola nec per originalis peccati penam: nec per diluuij est ablata sententiā. Respice ꝓpici⁹ suꝑ has famłas tuas N ꝛ N. que maritali iugende sunt consortio tua se expetũt ꝓtectione muniri.

Sit in eis iugum dilectionis ꝛ pacis: fideles ꝛ caste nubãt in christo imitatricesqꝫ sanctarum permaneant feminarum. Sint amabiles vt rachel viro: sapientes vt rebecca. longeue et fideles vt sara. Nichil in eis ex actib⁹ suis ille auctor preuaricationis vsurpet / nexe fidei mandatisqꝫ permaneant vni thoro iuncte. contactus illicitos fugiant / muniant infirmitates suas robore discipline. Sint verecundie graues pudore venerabiles doctrinis celestibus erudite. Sint fecũde in sobole sint probate et innocentes / et ad beatorũ requiẽ / atqꝫ ad celestia regna perueniãt: ꝛ videãt filios filiorũ suorum vsqꝫ in tertiam et quartam progeniem et ad optatam perueniãt senectutẽ ✠ Per. Pax domini. Agnus dei. Coio. Benedicim⁹ deum celi ꝛ coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcõmunio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti susceptio et sempiterne sancte trinitatis cõfessio. Oratio.

Quesumus omnipotẽs de⁹ instituta prouidentie tue pio amore comitare vt quos legitima societate connectis: lõgeua pace custodias. Per dominum.

¶ Benedictio salis et aque omnibus dieb⁹ dñicis. Et primo Exorcismus salis.

Adiutorium nostrũ in noĩe dñi. Qui fecit celum ꝛ terrã. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum.

Exorcizo te creatura salis. per deum ✠ viuum. per deum ✠ verum. per deũ ✠ sanctũ per deum qui te per heliseum prophetam in aquam mitti iussit / vt sanaretur sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: vt sis omnibus te sumentibus sanitas anime ꝛ corporis et effugiat atqꝫ discedat ab eo loco quo aspersa fuerit omnis fãtasia et nequitia vel versucia diabolice fraudis / omnisqꝫ spũs immundus adiuratus Per eum qui ventur⁹ est iudicare viuos ꝛ mortuos et seculum per ignem Amẽ.

Immensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploram⁹: vt hãc creaturã salis quam in vsum humani generis tribuisti benedicere et scti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sis omnib⁹ sumentib⁹ salus mẽtis ꝛ corporis ꝛ quicquid de eo tactum vel respersum fuerit / careat oĩ imundicia oĩqꝫ ipugnatiõe spiritalis neqtie. Per virtutẽ dñi nr̃i iesu xpi. Qui vẽtu. ꝛc.

Exorcizo te creatura aque ĩ noĩe ✠ dei patris omnipotẽtis: ꝛ in noĩe ✠ iesu xpi filij eius dñi nostri ꝛ in virtute ✠ spũs sancti. vt fias aqua exorcizata ad effugandã omnem potestatẽ inimici et ipsum inimicum eradicare ꝛ

explantare valeas cũ angelis suis apostaticis. Per virtutẽ eiusdẽ.

DEus qui ad salutẽ humani generis maxima queqꝫ sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris. et elemẽto huic multimodis purificatiõib9 preparato virtutẽ tue bene ✠ dictionis infũde: vt creatura misterijs tuis tibi seruiens: ad abiciendos demones/ morbosqꝫ pellẽdos diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit: careat omni imũdicia liberetur a noxa. nõ illic resideat spiritus pestilens non aura corrumpens. discedant omnes insidie latẽtis inimici: ⁊ si quid est quod aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti. aspersiõe huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita: ab omnibus sit impugnationib9 defensa. Per eum qui ventu. Hic mittat sal in aqua Commixtio salis et aque pariter fiat. In nomine p̃ris ⁊ filij et sp̃us sancti amẽ.

DEus inuicte virtutis auctor et insuperabilis imperij rex ac semper magnificus triumphator: qui aduerse dominationes vires reprimis/ qui inimici rugiẽtes seuiciam superas qui hostiles neq̃tias potẽs expugnas te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturam salis et aque dignanter accipias ✠ benignus ✠ illustres pietatis tue more sãctifices: vt vbicũqꝫ fuerit aspersa / per inuocationẽ sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus abiciatur: terror venenosi serpentis procul pellatur ⁊ presentia sãcti spiritus nobis miam tuam poscentibus vbiqꝫ adesse dignetur. Per dñm eiusdẽ. Aqua ista sit bñdicta et a deo sanctificata. In noĩe p̃ris. Postea Asp̃ges. Oro.

EXaudi nos domĩe sãcte pater omnipotẽs eterne deus et mittere dignare sanctũ angelum tuũ de celis qui custodiat foueat protegat visitet et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per christum dominũ nr̃m

CUnctipotens genitor deus omni creator eleyson. Fõs et origo boni pie luxqꝫ perhennis eleysõ. Saluificet pietas tua nos bone rector eleyson. Christe dei splẽdor virt9 patrisqꝫ sophia eleyson. Plasmator humani factor lapsis reparator eleysõ. Ne tua dãnetur iesu factura benigne eleyson. Amborum sacrum spiramẽ nexus amorqꝫ eleyson. Procedẽs fomes vite fons purificans vis eleyson Purgator culpe venie largitor optime eleyson. Offẽsas dele sacro nos munere reple. Spũs alme eleyson.

KYrie fõs bonitatis pater ingenite a quo bona cũcta ꝓcedunt eleyson. Kyrie qui pati natũ mundi pro crimine ipsũ vt saluaret misisti eleysõ. Kyrie q̃ septiformis dans dona pneumate / a quo celum terra replentur eleysõ Christe vnice dei p̃ris genite quẽ de virgine nasciturum mũdo mirifice sancti predixerunt prophe-

te eleyson. Christe agye celi compos regie / melos glorie cui seper astans pro numine angelorū decantet apex eleyson. Christe celitus adsis nostris precibus pronis mentibus quem in terris deuote colimus ad te pie iesu clamantes eleysō. Kyrie qui baptizato in iordanis vnda xpo effulgens specie columbina apparuisti eleyson. Kyrie spiritus alme coherens patri natoqꝫ vnius vsye consistēdo flās ab vtroqꝫ eleyson. Kyrie ignis diuine pectora nostra succende vt digni pariter proclamare possim⁹ semper eleyson.

Pater cūcta qui gubernas eleyson. Sedes sedēs in supernas eleysō. Plebem pro vultu cernas eleyson O christe splendor patris eleyson. Intacte fili mēris eleysō. Ne claustris demur atris eleyson. Utriusqꝫ sacrum flamen eleyson. Miserorum sis solamen eleyson. Trinum esse atqꝫ vnum ꝯfitemur eꝰ. Ut cū ipso gl'iemur eꝰ.

Rex virginum amator de⁹ marie decus eleyson. Qui de stirpe regie claram ꝑducis mariam eleyson. Preces eius suscipe dignas pro mundo fusas eleyson Christe deus ex patre homo nat⁹ marie matre eleyson. Quem ventro beato maria edidit mūdo eleyson. Sume preces nostras marie alme dicatas eleyson. O paraclite / obumbrās corpus marie eleyson. Qui dignū facis thalamum pectus marie eleyson. Qui super celos spiritum leuas marie. Fac nos post ipsam scandere tua virtute. Ut mereamur diuino frui munere eleyson.

Kyrie vginitatis amator inclite pater ⁊ creator marie eleyson. Kyrie qui nasci natū volens de virgine corp⁹ elegisti marie eleyson Kyrie qui septiformis ditando munere pectus consecrasti marie eleyson Christe vnice de maria genite quem de virgine nasciturū stirpis dauitice desiderauerunt prophete eleyson. Christe vsye gygas fortis gemine quem pro homine homo sine virili semine prodijsti de ventre marie eleyson. Christe celitus adsis matris laudibus quas pro virib⁹ ore corde actuqꝫ psallimus proles pie iesu marie eleyson. Kyrie qui incarnato de virginis carne nato sub nostra specie sup rorem requieuisti eleyson. Kyrie spiritus alme amborum nexus amorqꝫ celestis gratie quam infudisti marie eleyson. Kyrie simplex ⁊ trine crismate nos sancto reple vt digni carmine laudes decātem⁹ marie eleysō

Clemēs rector eterne pater īmēse eleysō. Nostras nec ne voces exaudi benedicte domie eleyson. Ether stellifer noster nostri digneris eleyson Plebem tuā sabaoth agye semper rege eleysō Trine ⁊ vne sedulas nostras preces rex suscipe eleyson. Fidem auge his qui credūt in te tu succurre eleyson. Respice nobis omnibus īclite fer opē de excelsis ⁊ nostras redemptor orbis terre voces iugi āgelorum carmini adiunge eleyson. Cunctipotens sophie tue lumen nobis infunde eleyson. Tripertite et vne. Kyrie qui manes

ineternum cū patre te ore te cor-
de atq; mēte psallamus nunc tibi
o beate iesu bone te precamur om
nes assidue eleyson.

Kyrie rex genitor īgenite ve
ra essentia eleyson. Kyrie
luminis fōs & rerum cōditor eley
son. Kyrie qui nos tue ymagini si
gnasti specie eleyson. Christe qui
perfecta es sapientia eleysō. Chri
ste lux oriens per quem sunt om-
nia eleyson. Christe dei forma hu
mane particeps eleysō. Kyrie spi
ritus viuifice vite vis eleysō. Ky
rie vtriusq; vapor in quo cuncta
eleyson. Kyrie expurgator scele-
rum & largitor gratie quesumus
propter nostras offensas noli nos
relinquere. O consolator dolen-
tis anime eleyson.

Kyrie deus sempiterne vita
viuens in te eleyson Kyrie
rex immense sceptrum tenens im
periale eleyson Kyrie pater īcrea
te necnon ingenite eleyson. Chri-
ste cuius dextera condita sūt om-
nia eleyson. Christe altissime na-
te vginisq; inuiolate eleyson Chri
ste qui nos proprio redemisti san-
guine eleyson. Kyrie spiritus vi-
uificans repletos caligine eleysō
Kyrie paraclite pcedēs ab vtroq;
eleyson Kyrie septiformis gratie
ppotēs in munere. Petim9 reple
nos carismate: quos purgasti cri
mine o fideliū aduocate eleyson.

Orbis factor rex eterne eley
son. Pietatis fons īmense
eleysō. Noxas oēs nr̄as pelle eley
son. Christe qui lux es mundi da-
tor vite eleyson. Arte lesos demo
nū ītuere eleysō Confirmās te cre
dentes conseruansq; eleyson. Pa-
trem tuum teq; flamen vtrorūq;
eleyson. Deum scimus vnū atq;
trinum esse eleyson. Clemens no
bis assis iesu bone vt viuamus in
te eleyson.

¶ Officiū archangeli raphaelis
potest celebrari pro peregrinanti
bus vel itinerātib9. potest etiā ce
lebari p cūctis infirmis: & etiā a
demonio obsessis: eo q angel9 est
medicinalis. Introitus.

Ego sum azarias ana
nie magni filius: ego
sū raphael archāgel9
vn9 ex septem q asta-
mus ante cōspectum
domini: pax vobis: nolite timere
domin9 exaudiuit preces vestras
et misit me ad vos vt curem vos
alleluya. Ps. Benedicite dominum om
nes electi eius: agite diem leticie: et confi
temini illi. Gloria patri. Oratio.

Deus qui beatum raphae-
lem archangelum thobie
famulo tuo pperanti preuiū dire
xisti: & ī iter hui9 vie ac vite varie-
tates atq; discrimina / donasti cu
stodem. da qs: vt eiusdē protega-
mur auxilio: quatenus et vite pre
sentis vitem9 pericula: et ad gau
dia valeam9 puenire celestia. P.

Lectio libri Thobie. xij. ca.

Dixit angelus raphael ad
thobiā. Eteni sacramētū
regis abscondere bonū est. Ope-
ra autē dei reuelare & cōfiteri ho-
norificū est. Bona est orō cū ieiu-
nio & elemosyna magis q thesau
ros auri recōdere. Qm̄ elemosy-
na a morte liberat: & ipa est q pur-
gat pctā: & facit īuenire vitā eter-

nã Qui aũt faciũt peccatũ et iniq tates: hostes sũt aĩe sue. Manifesto ergo vobis veritatẽ: ꝛ non abscõdam a vobis sermonẽ occultũ Quãdo orabas cũ lachrimis: ꝛ sepeliebas mortuos: ꝛ derelinqbas prandiũ: ꝛ abscondebas mortuos per diẽ in domo tua: ꝛ nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationẽ tuam dño. Et q̃a acceptus eras deo necesse fuit vt tẽptatio pbaret te. Et nũc misit me dñs vt curẽ te: et sarã vxorẽ filij tui a demonio liberem. Ego sũ raphael angel⁹: vn⁹ ex septẽ qui astam⁹ ante dñz. Cũ hec audisset turbati sũt: ꝛ trementes ceciderũt sup terrã in faciẽ suam. Dixitq; eis angel⁹: pax vobis nolite timere. Eteni cũ essem vobiscũ: per voluntatẽ dei erã. Ipsũ bñdicite ꝛ cãtate illi. Videbar quidem vobiscũ mãducare: ꝛ bibere. sed ego cibo et potu inuisibili / qui ab hoibus videri non potest: vtor Tẽpus ergo est: vt reuertar ad eũ q̃ me misit. Vos aũt bñdicite dñz et narrate oĩa mirabilia ei⁹. Gr. Angelus raphael apprehẽdit et ligauit demonẽ. ℣. Magn⁹ dñs noster: ꝛ magna virtus eius. Alla. ℣. Missus est raphael angel⁹ a deo ad thobiã ꝛ salutauit eũ: et dixit ei. gaudiũ sit tibi semper. Alla. ℣ Angele medicinalis: mecũ sis ppetualis: ꝛ sicut fuisti cũ thobia: ita sis mecũ sẽper in via. Alla. ℣. Angelũ nobis: medicũ salutis mitte de celis raphael: vt oẽs sanet egrotos paritercq; nostros dirigat actus. Alla. ℣. Angel⁹ dñi descẽdit de celo ꝛ accedẽs reuoluit lapidem ꝛ sedebat super eũ. Scdm iohannẽ.


In illo tpe. Erat dies festus iudeorũ / ꝛ ascẽdit iesus hierosolymã. Est aũt hierosolymis probatica piscina q̃ cognominat hebraice bethsaida: quinq; portic⁹ habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguẽtiũ cecorũ / claudorũ aridorũ / expectãtiũ aq̃ motũ. Angel⁹ aũt dñi / scdm tẽpus descẽdebat in piscinã: ꝛ mouebatur aqua Et q̃ prior descẽdisset in piscinam post motionẽ aque sanus fiebat a quacũq; detinebatur ĩfirmitate. Offr. In honore scti raphaelis psallat militãs ecclia: q̃ virtute dei p̃tis: ligauit demonẽ: ꝛ thobie visum reddidit quo priuatus fuerat alleluya. Secreta.

Mitte deus archãgelũ tuũ raphaelẽ cũ medicamine opificẽ: q̃ sanitatẽ mẽtis reportet ꝛ corporis: misericordieq; celestis donũ infundat. ꝛ q̃ in nobis sunt aduersa deponat: vt q̃ nr̃a iniquitate tabescim⁹: de tua quã nõ meremur pietate letari cõcedas. P. Coio. Iubilus sũme laudis resonet i ore oim: ad laudẽ beati raphaelis archãgeli: vt ipse cuius memoria agitur in terris ad deũ p nobis itercedat i celis alla.

Dirigere dignare Postcõ. dñe de⁹ i adiutoriũ nr̃z raphaelẽ archãgelũ: ꝛ quẽ tue maiestati semp assistere credim⁹ tibi nr̃as exiguas p̃ces bñdicẽdas assignet. Per dominum nostrũ.

¶ Missale Ad vsũ ꝛ ɔsuetudinẽ diocesis Aurelianeñ. politissimis formulis in alma Parisiorũ academia ĩpẽsis Petri mercatoris impressũ: additis plurimis ɔmoditatib⁹ q̃ in ceteris desiderãt. Nãq̃ i illis ãnotata tãtũ remittũt: hic suis i locis ad plenũ p̃scripta sũt.




I·N·R·I

